διακωλύσωμεν ἰόντα φόνον
τοῖσιν ὁμαίμοις.
ΘΗ. Δράσω καὶ τάδε, καὶ πάνθ' ὁπόσ' ἂν
μέλλω πράσσειν πρόσφορά θ' ὑμῖν,
καὶ τῷ κατὰ γῆς, ὃς νέον ἔρρει,
πρὸς χάριν. οὐ γὰρ δεῖ μ' ἀποκάμνειν.
ΧΟ. Ἀλλ' ἀποπαύετε, μηδ' ἐπὶ πλείω
θρῆνον ἐγείρετε.
πάντως γὰρ ἔχει τάδε κῦρος.

1773. καὶ πάνθ' ὅσα ἂν A.
καὶ πάντα γ' ὅσ' ἂν B.
1777. μήτ' ἐπὶ πλείω

ANNOTATIO

IN

OEDIPUM COLONEUM.

ANNOTATIO

IN OEDIPUM COLONEUM.

IN ARGUMENTUM.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.] Laur. A. *Υπόθεσις οἰδίποδος τοῦ ἐπὶ κολωνῷ.* Impressi: *Υπόθεσις τοῦ ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδος.* Hujus argumenti tres habemus editiones valde inter sese diversas, unam ab Aldo, (quam revocavit Stephanus,) alteram a Turnebo, tertiam a Brunckio profectam. E codicibus MSS. solos Laur. A. et Par. B. cum Aldi editione contuli. (81)

1. *συνημμένος πῶς ἐστι*] Laur. A. *συνημμένος πῶς ἐστιν.* Turnebus et Brunckius recte *συνημμένος πῶς ἐστί.*

2. *τῆς γὰρ πατρίδος ἐκπεσὼν Οἰδίπους*] Laur. A. *τῆς γὰρ πατρίδος ἐκπεσὼν ὁ οἰδίπους.* Haec verba delevit Turnebus.

2, 3. *ἤδη γηραιὸς ὤν,*] Laur. A. *ἤδη γεραιὸς ὤν.* Turnebus *ἤδη γὰρ γεραιὸς ὤν.* Verba *ἤδη γεραιὸς ὤν* cum superioribus *τῆς γὰρ πατρίδος ἐκπεσὼν Οἰδίπους* male conjungunt Aldus et Brunckius.

3. *ὑπὸ τῆς θυγατρὸς*] Brunckius *ὑπὸ μιᾶς τῶν θυγατέρων.*

4, 5. *ἦσαν γὰρ τῶν ἀρσένων περὶ τὸν πατέρα φιλοστοργότεραι.*] Par. B. *ἦ γὰρ τῶν ἀρσένων περὶ τὸν πατέρα μᾶλλον φιλόστοργοι.* Turnebus: *τῶν γὰρ ἀρσένων αἱ θήλειαι περὶ τὸν πατέρα μᾶλλον φιλόστοργοι.*

6. *κατὰ τὸ πυθόχρηστον, ὡς αὐτός φησι, χρησθὲν αὐτῷ*] Laur. A. *κατὰ πυθόχρηστον ὡς αὐτός φησι χρησθὲν αὐτῷ.* Turnebus: *κατὰ τὸ ἐν Πυθῶνι χρησθὲν αὐτῷ, ὡς αὐτός φησι.*

8, 9. *τότε μὲν οὖν ἔρχονται,*] Laur. A. Par. B. Turnebus, Brunckius: *τὸ (τότε Turn.) μὲν οὖν πρῶτον γέροντες ἐγχώριοι, ἐξ ὧν ὁ χορὸς συνέστηκε (συνέστηκεν Laur. A.), πυθόμενοι (πυθόμενος Par. B.) συνέρχονται.*

10, 11. *ἔπειτα δὲ Ἰσμήνη—πρὸς αὐτόν.*] Haec in Par. B. propter homoeoteleuton omissa sunt.

12. καὶ τὴν γενομένην ἄφιξιν] An legendum γενησομένην.

13. ἐπὶ τῷ ἀπαγαγεῖν αὐτὸν] Laur. A. Par. B. ἀγαγεῖν pro ἀπαγαγεῖν. Sic etiam Turnebus, qui delevit αὐτόν.

(82) 14. ἄπρακτος ἀπαλλάττεται.] Par. B. ἄπρακτος ἀποστέλλεται.

15. ὁ Σοφοκλῆς] Articulum non habet Par. B.

ου

18. τῷ ἑαυτοῦ δήμῳ,] Par. B. τῷ ἑαυτῷ δήμῳ.

19. ἦν γὰρ Κολωνόθεν.] Tres sunt hujus adverbii formae, Κολωνόθεν, Κολώνηθεν, Κολωνῆθεν. Primam exhibet Aldus, secundam Laur. A. et Turnebus, tertiam Par. B. et Brunckius. Reisigius Κολωνόθεν ex Aldina revocavit. Analogiae contraria videntur Κολώνηθεν et Κολωνῆθεν. Sed contra analogiam invaluit usus. Eustathius p. 351, 10. ὁ δὲ ἐκεῖθεν δημότης, ὁποῖος καὶ αὐτός, κολώνηθεν ἐλέγετο φῦναι, οὐ καλωνόθεν, ὡς ὅμοιον ὂν καλωνὸν καὶ κολώνην εἰπεῖν, καὶ ἐκ κολωνοῦ καὶ κολώνηθεν. Inscriptio Attica apud Chandlerum p. 70. *ΖΩΠΥΡΑ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΥΛΑΣΙΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ ΜΗΝΟΔΩΡΟΥ ΚΟΛΩΝΗΘΕΝ ΓΥΝΗ.* Philostratum τὸν Κολωνῆθεν memorat Demosthenes in Midiam p. 535, 9. iterumque orationis in Neaeram scriptor p. 1352, 8.

20. ὥστε τὸν μὲν δῆμον ἐπίσημον ἐπιδεῖξαι,] Laur. A. Par. B. Turnebus, Brunckius, ἀποδεῖξαι.

21. χαρίσασθαι δὲ καὶ τὰ μέγιστα τοῖς Ἀθηναίοις,] Turnebus χαρίσασθαι δὲ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις.

21, 22. δι᾽ ὧν ἀπορθήτους ἔσεσθαι,] Laur. A. ἀπορθήτων.

22. καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτοὺς κρατήσειν] Par. B. κρατῆσαι.

23. ὑποτίθεται ὁ Οἰδίπους, προαναφωνῶν ὅτι διαστασιάσουσι] Turnebus: ὑποτίθεται ὁ Οἰδίπους, προαναφωνῶν, καὶ ὅτι διαστασιάσουσι. Brunckius: ὑποτίθεται ὁ Οἰδίπους προαναφωνῶν, καὶ ὅτι διαστασιάσουσι. Consentiunt in καὶ ὅτι Laur. A. Par. B.

25. διὰ τὸν αὐτοῦ τάφον.] Laur. A. Par. B. Turnebus, διὰ τὸν τάφον αὐτοῦ. Brunckius, διὰ τὸν αὐτοῦ τάφον.

P. 4. *ΑΛΛΩΣ.*] Laur. A. Σαλουστίου. Par. B. Ἄλλως: σαλουστίου πυθαγορείου. Brunckius, Ἄλλη ὑπόθεσις. Hoc argumentum omisit Turnebus.

1. *περὶ τὸν Οἰδίπουν*] Laur. A. *περὶ τὸν οἰδίποδα.*

2. *τὰ ἐν τῷ ἑτέρῳ Οἰδίποδι.*] Par. B. *καὶ τὰ κ. τ. λ.*

2. *πεπήρωται γάρ,*] Par. B. *πεπλήρωται γάρ.*

3. *ὁδηγούμενος*] Deest in Par. B.

4. *καὶ ἔστιν ἐν τῷ τεμένει τῶν σεμνῶν Ἐριννύων.*] Insolens locutio in scripto Grammatici: nam est coloris poëtici. Sophocles Aj. v. 837. *σεμνὰς Ἐριννῦς.* SCHAEF. *Ἐριννύων* uncinis inclusi. Exspectasses aut *τῶν Ἐριννύων* aut *τῶν σεμνῶν.* Ita mox v. 16. *πρὸς τῷ ναῷ τῶν σεμνῶν.* Ubi *θεῶν* de suo addidit Stephanus.

5. *ἐν τῷ καλουμένῳ Ἱππείῳ Κολωνῷ,*] Brunckius (83) *Ἱππίῳ*, et mox *Ἱππίου* v. 6. *Ἱππίῳ* v. 17.

6. *Ποσειδῶνός ἐστιν ἱερὸν ἱππείου,*] Par. B. *καὶ* addit ante *ἱππείου.*

7, 8. *ἔστι γὰρ αὐτῷ*] Laur. A. *ἔστιν γὰρ αὐτό.*

9. *οὐ μή ἐστιν*] Par. B. *οὐ μήν ἐστιν.*

11. *ὁρᾷ γάρ τις αὐτὸν τῶν ἐντεῦθεν,*] Laur. A. *αὐτῶν τῶν ἐντεῦθεν.* Par. B. *αὐτὸν τὸν ἐντεῦθεν.*

11, 12. *καὶ πορεύεται ἀγγέλλων, ὅτι τις παρὰ τῷ χωρίῳ τούτῳ προσκάθηται.*] Laur. A. *καὶ πορεύεται ἀγγέλλων ὅτι ἄρα τῶι χωρίωι τοῦτο προκάθηται.* Par. B. *καὶ πορεύεται ἀπαγγελῶν, ὅτι τις ἄρα τῷ χωρίῳ τούτῳ προκάθηται.* Brunckius: *καὶ πορεύεται ἀγγελῶν, ὅτι τις ἄρα τῷ χωρίῳ προσκάθηται.*

13. *ἐν χοροῦ σχήματι*] Laur. A. *ἐν χορῶι σχήματι.*

13, 14. *μαθησόμενοι τὰ πάντα.*] Par. B. Brunckius, *μαθησόμενοι τὰ δέοντα.*

15. *καὶ τῇ θυγατρὶ*] Par. B. *καὶ τῇ μητρί.*

15. *ἄφατος δέ ἐστι*] Laur. A. *ἀφάτος δὲ ἐστιν.* Par. B. *ἄφατος δ᾽ ἔστι.*

16. *ἐν δράματι,*] Articulum addunt Laur. A. Par. B. Brunckius.

16. *ὡς οὐδενὶ ἄλλῳ σχεδόν.*] Par. B. Brunckius, *ὡς οὐδὲν ἄλλο σχεδόν.* Dativum revocavit Reisigius.

18, 19, 20. *Ἡ σκηνὴ κ. τ. λ.*] Haec verba superiori argumento addunt Laur. A. et Turnebus. Laur. A. in fine addit *προλογίζει οἰδίπους.* Par. B. *προλογίζει ὁ οἰδίπους.* Turnebus *προλογίζει δὲ οἰδίπους.* Brunckius ut Laur. A.

P. 5. *ΑΛΛΩΣ.*] Quae sequuntur primus publici juris fecit Fridericus Thierschius in Actis Philologorum Monacensium T. I. p. 522—526. Usus est Thierschius apographo Victorii manu facto, Victorius autem, ni fallor, membranis Laurentianis, e quibus hoc argumentum iterum descripsi.

1. *Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα*] Victorii apographum *οἰδίπουν* habet, meum *οἰδίποδα*.

2. *Σοφοκλῆς ὁ υἱιδοῦς*] MS. *υἱιδοῦς*. Sed diphthongus *υι* neque ante vocalem *ι* neque ante consonam stare potest in eadem voce. Scribendum igitur *ὑϊδοῦς*. Sic etiam *ὑΐδιον* apud Aristophanem Vesp. 1347.

3. *ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος*,] MS. *μήκωνος*. *Μικίων* appellatur a Diodoro XIV. 17. ad Olymp. XCIV. 3. Sed chronicon Arundelianum recte *ΜΙΚΩΝΟΣ*. (84) Aristophanes Lys. 679. *τὰς δ' Ἀμαζόνας σκόπει*, | *ἃς Μίκων ἔγραψ' ἐφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσιν*. Onatam Miconis f. Aeginetam saepius memorat Pausanias. Virgilius pastorem Miconem appellavit Ecl. III. 10. VII. 30.

5. *ὅς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου*,] Callias, Alexias, Pythodorus, Euclides, Micon. Quintus igitur a Callia Micon, si quintus a Gyge Croesus apud Herodotum I. 13. Sed alteram numerandi rationem non solum recentiores, verum etiam nonnunquam sequuntur veteres.

5. *ἐξ ὧν ὁ μὲν Ἀριστοφάνης*] MS. *ἐξ ὧν μὲν ὁ ἀριστοφάνης*.

5. 6. *ἐν τοῖς Βατράχοις ἐπὶ Καλλίου*] Consentit Ranarum argumenti scriptor: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετ' Ἀντιγένη διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια*. Consentit etiam de Phrynichi Musis.

6, 7. *ἀνάγει τοὺς στρατηγοὺς ὑπὲρ γῆς*,] Non Aristophanes Ranis, sed Eupolis *Δήμοις*, *ἀνάγει τοὺς στρατηγοὺς ὑπὲρ γῆς*, nempe Miltiadem, Aristidem, Cimonem, Periclem. Vide ad Med. 589—92. p. 146. In Ranis *ἀνάγεται* Aeschylus.

12. *καλῶς ἐτελεύτησ'*,] MS. *καλῶς ἐτελεύτησεν*. Thierschius *καλῶς τ' ἐτελεύτησ'*, nescio an recte.

16. *καὶ τὴν παροιμίαν*] Ante haec verba *ὥστε* excidisse suspicatur Thierschius.

19. *Φερεκράτης*] Thierschius *καὶ Φερεκράτης*.

21. *Οὗτος, πόθεν ἦλθες*;] MS. *οὗτος ποτ' εἰσῆλθεν*. Apud Harpocrationem v. *Κολωνίτας* ita corruptum legitur hoc distichon: *Οὗτος πόθεν ἥκεις ἐς Κολωνόν*, *ἢ μὴν οὐ τὸν ἀγοραῖον*, *ἀλλὰ τὸν τῶν ἱππέων*.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.] Personas hoc ordine collocatas exhibet Laur. A. *Οἰδίπους*. *Θησεύς*. *Ξένος ἀλήτης*. *Χορὸς γερόντων Ἀττικῶν*. *Ἀντιγόνη*. *Κρέων*. *Πολυνείκης*. *Ἰσμήνη*. *Ἄγγελος*. De ea quae *Ξένος ἀλήτης* dicitur, vide ad fabulae v. 36.

IN IPSAM FABULAM. (85)

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩΙ.] De loco cui nomen *Κολωνός*, videndus Meursius in Pagis Atticis, et Reliquorum Atticorum cap. VI. maxime vero Cicero in suavissimo exordio libri V. de Finibus, ubi *mollissimum carmen* appellat versus istos Oedipi requirentis quemnam in locum pervenisset. Brunck. Ciceronis verba sunt: *Nam me ipsum huc modo venientem convertebat ad sese Coloneus ille locus, cujus incola Sophocles ob oculos versabatur: quem scis quam admirer, quamque eo delecter. Me quidem ad altiorem memoriam Oedipodis huc venientis, et illo mollissimo carmine, quaenam essent ipsa haec loca, requirentis, species quaedam commovit, inanis scilicet, sed commovit tamen.* Haec in Academia, quo deambulationis caussa ex urbe venisset, dicere fingitur Q. Cicero. Academia vero sex stadia distare a porta, quae Dipylon appellabatur, paullo ante dicitur. De Colono Thucydides VIII. 67. *ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω πόλεως, ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα.* Haec ut conciliet Meursius, ϛ̄ pro *δέκα* apud Thucydidem scribendum censet. Utcumque se habet haec res, videtur Academia ita propinqua fuisse Colono, ut illam laudando gratissimum *δημόταις* suis se facturum crediderit noster. Vide ad v. 668.

5, 6. *σμικρὸν μὲν ἐξαιτοῦντα, τοῦ σμικροῦ δ' ἔτι | μεῖον φέροντα,*] Par. B. F. T. Vat. Farn. recte *τοῦ σμικροῦ*. Ceteri MSS. *τοῦ μικροῦ*, ut Aldus. Idem *ἔπους μικροῦ* Oed. C. 445. *ταῖς τηλικαῖσδε σμικρὰς* ibid. 1116. *ἐπωφέλημα σμικρὸν* Phil. 275. *αὐτοῦ μικρὰ* El. 1115. His exceptis, eam legem de *σμικρὸς* et *μικρὸς* in his fabulis servat Aldus, quam indicavi ad Med. 561. p. 143.

6. Suidas v. *Σπάνις* non male *μείω φέροντα*. Sed idem v. *Ξυνουσία*, *πλέω* habet v. 65. ubi rectius vulgo *πλέον*.

7, 8. *στέργειν γὰρ αἱ πάθαι με, χὠ μακρὸς ξυνὼν | χρόνος διδάσκει,*] Euphoniae ergo vocum ordinem inverti. Legitur vulgo *χὠ χρόνος ξυνὼν μακρός*.

Brunck. Sic etiam Suidas v. *Πάθαι*. Hunc ordinem recte revocavit Schaeferus.

7. Legitur et *παρὼν* pro *ξυνὼν* [in margine Turnebianae]: sed nostram hanc lectionem illi praefero, ut quemadmodum dicitur aliquis *συνεῖναι γήρᾳ*, (eadem forma qua *συνεῖναι πενίᾳ* pro *συζῆν πενίᾳ*,) ita vicissim dicatur *γῆρας συνεῖναι τινι*. Nam *χρόνος*
(86) *μακρὸς* est *γῆρας*. Steph. Perperam in T. pro *ξυνὼν*, *παρών*. Brunck. Par. B. T. Vat. Farn. *παρών*. Ceteri MSS. *ξυνών*, ut vulgo. Semel monendus est lector, quatuor codices Par. B. T. Vat. Farn. in eadem lectione consentientes pro uno codice habendos esse, utpote ab eodem archetypo derivatos. Qui liber si hodie exstaret, in eo reperirentur, nisi magnopere fallor, *παρὼν* v. 7. *οἰδίπου** v. 14. Oedipi persona* v. 25. *εἴπερ ἐστὶν* sine *γε* v. 27. *πρινὴ* v. 36. *ἀλλ' οὐδ' ἐμόν τι* v. 47. *τί δρᾶν* (Vat. *τί δρᾶς*) v. 48. *ἄτιμος ἐξ ἐμοῦ* v. 51. *κερδανῇ** v. 72. *παρηγγύα** v. 94. *ὁδοιπόρων** v. 99. *ὧδε** v. 111. *λεύσσετ' αὐτὸν** v. 121. *δῆλον δ'** v. 146. *ἐρητύει** v. 164. *ἄκοντας** v. 172. *προσβίαζε* v. 180. *εὖ γὰρ ἀΐεις* v. 181. *μαστεύων* v. 210. *μοιριδία** v. 229. *γεραὸν ἀλαὸν** v. 238. *τοὐμοῦ* vel *τοῦ 'μοῦ** v. 243. *ὃς ἂν* v. 252. *ἄγει* v. 255. *εἰ τὰς ἀθήνας** v. 260. *μοῖραν** v. 278. *πολλή γ' ἀνάγκη** v. 293. *ἆσσον ἡμῶν* v. 312. *σαίνει** v. 320. *δύσμορ' ἐσορᾶν* v. 527. *σῇ γε* (Vat. *σῇ γ' ὦ*) v. 332. *δεινὰ τἀκείνοις* v. 336. *πληθύνων** v. 377. *καὶ κατ' εὐνοίας χάριν* v. 390. *ἄμφω γ' ὁμοίως** v. 417. *σφε** v. 421. *κατῄνεσεν* v. 452. *ἤλαυνεν ἐκ γῆς* v. 431. *κἀκ τῶνδε* (Par. T. Farn. *ταῖνδε*) *δ' οὔσαιν** v. 445. *αὐτῶν** v. 446. *τῇσδέ τε* v. 452. *τῇδε μὲν πόλει** v. 459. *θίγων** v. 470. *κρόκοισιν* v. 474. *οἰοπόκῳ** v. 475. *τόδε** v. 478. *ἀλγηδόνας** v. 514. *αὔτ' ἄρ'* (Par. T. Farn. *αὐτὰρ*) *εἰσὶν** v. 534. *κἀπώλεσα** v. 547. *θέλω σ' ἐρέσθαι** v. 556. *λῆσιν** v. 583. *οὐ σμικρὸς γὰρ* (Vat. *ἔστ'*) v. 587. *πότερα δὲ** v. 588. *ἀναγκάσουσί σε* v. 589. *θέλοιντ'* (Vat. *θέλοιεν*) *ἂν* v. 590. *θεοῖς τὸ γῆρας** v. 608. *ἐκ μακροῦ χρόνου* v. 620. *τῇ γῇ τε* v. 635. *τὸν ξένον* v. 638. *ἐς δόμους** v. 645. *ἐπινίσσεται** v. 698. *πέλοπός ποτε** v. 697. *θάλλον* vel *θαλλόν* v. 701. *εἴσας* v. 713. *τηλίκον ἀπεστάλην** v. 735. *μήποτ' ὀκνεῖτε** v. 731. *ἀστῶν* v. 737. *καδμεῖος* v. 741. *ἐκ δὲ τῶν πάντων ἐγὼ** v. 742. *ἤδ' ἡ δύσμορος** v. 749. *κύψον** v. 757. *τίς αὕτη* v. 775. *τῆσδέ γ' ἡδονῆς* v. 780. *πρός γε τοὺς φίλους* v. 814. *σέ γ'*

αὐτὸν v. 868. τοῦσδε v. 875. εἰδῶ v. 889. γέλως δ' ἐγὼ v. 903. οὔτε τῆς σῆς χθονὸς v. 912. ἐπεμβαίνων (Farn. ἐπ' ἐμβαίνων)* v. 924. πληθύνων* v. 930. γλώττης v. 936. τοὔργον τόδ'* v. 941. ἔπραξα v. 941. μηνιοῦσιν v. 965. πάλιν (Par. B. πάλιναι) v. 965. ἴκνοιθ' v. 970. γενεθλίου v. 972. ῥητόν τ' ἄρρητον (Par. T. Farn. ἄρρητόν τ') ἔπος v. 1001. δοκεῖς v. 1035. ὦ semel tantum* v. 1099. κἀναπαύσατον* v. 1113. καὶ (Vat. καί μόι) χαῖρέ μ' ὦ 'ναξ v. 1130. φιλήσω θ' ἤ θέμις v. 1131. τὰ λοιπά μοι v. 1137. τὰ τοῦδ' ἔπη v. 1141. σοι τοῦτο προσχρήζει v. 1168. νυχιᾶν (Farn. νυχᾶν) v. 1248. ἄγαν γ' (Vat. ἄγαν) ἐκμανθάνω v. 1264. δυσπρόσιτον v. 1277. ἃ δ' ἦλθον ὧδε v. 1291. ἔργων v. 1297. ἐφεστᾶσι v. 1312. πτωχὸς δὲ σὺ v. 1335. καὶ ταῦτα μὲν σοῦ v. 1344. εἵνεκ' v. 1346. πέμψας v. 1349. μὴ 'μαυτῷ v. 1365. ἐμοὶ v. 1367. νῦν ὁρᾷ* v. 1370. τοὺς ταρτάρους v. 1389. καὶ κτερίσμασιν v. 1410. οὐκ ἀγγελοῦμεν v. 1429. ἀλλ' ἐμοί (Vat. ἐμή) γ' ἤδ' ὁδὸς v. 1432. αὖθις v. 1438. πῶς οἶσθα τοῦτο* v. 1474. αἰγίζων v. 1495. ψευδόθυμα v. 1517. ὡς οὐδ' ἂν v. 1528. κνυζᾶσθαί τ' (Par. T. Farn. κνυζᾶσθ') v. 1571. ἔλυσε (Vat. ἔλευσε) v. 1594. ἔχοντα χεῖρα κρατὸς v. 1652. ἤ τις (Farn. ἤ) νερτέρων v. 1661. συναπόκειται v. 1752. Scripturae diversitates sunt plus CXX. quae omnes paucis exceptis in quatuor MSS. Par. B. T. Vat. Farn. exstant, quarumque ne unam quidem in ullo alio scripto libro reperi. Turnebus e Par. T. nonnullas, quas asterisco notavi, in textum admisit, ceteras plerasque in margine aut in appendice indicavit. Ingeniosae conjecturae sunt, licet non omnes verae, ἄκοντας pro ἀκούοντας v. 172. σαίνει pro σημαίνει v. 320. κατῄνεσεν pro κατήνυσεν v. 432. ἀστῶν pro ἀνδρῶν v. 737. τίς αὕτη pro τοσαύτη v. 775. εἰδῶ pro ἴδω v. 889. ἐγὼ pro ἐμῷ v. 903. ἐπεμβαίνων pro ἐπιβαίνων v. 924. aliaeque fortasse nonnullae. Vehementer autem falleretur, qui hujus recensionis auctorem meliores libros quam Laur. A. et Par. A. habuisse suspicaretur.

9, 10. ἀλλ' ὦ τέκνον, θάκοισιν εἴ τινα βλέπεις, | ἢ πρὸς βεβήλοις, ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν,] Sunt qui εἴτινα βλέπεις interpunctionibus includant. Steph. Post θάκοισιν, quod vulgo sequentibus continuant, interpunxi, jungens θάκοισιν στῆσόν με κἀξίδρυσον: nam, ut est in Argumento altero, Oedipus πρῶτος καταλύει

τὴν ὁδοιπορίαν. Εἴτινα, scil. θάκον. Schaef. Ordo est: στῆσον κἀξίδρυσόν με ἢ πρὸς βεβήλοις θάκοισιν, (εἴτινα βλέπεις,) ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν. Longe aliter interpretatur Reisigius.

11. *στῆσόν με κἀξίδρυσον, ὡς πυθώμεθα*] Codd. et Aldus soloece, *πυθοίμεθα*. Brunck. Sic MSS. omnes. Gl. in Laur. A. *μαθησόμεθα*, cujus auctor *ὡς* pro *ἐπεὶ* accepisse videtur. Recte scripturam mutasse mihi videtur Brunckius, licet vulgatam soloecam appellare non audeam. Aeschylus Suppl. 675. *Καὶ γεραροῖσι πρεσβυ | τοδόκοι γεμόντων | θυμέλαι, φλεγόντων θ', | ὡς πόλις εὖ νέμοιτο.* Plus apud me valent hujusmodi exempla, quam argumenta, quibus optativum *πυθοίμεθα* defendere conatur Reisigius. Sed in Aeschyli loco imperativi *φλεγόντων* et *γεμόντων* pro optativis positi, non male optativorum constructionem habent. In Sophoclis autem versu imperativi *στῆσόν με κἀξίδρυσον* re vera imperativi sunt. Perpetua in his formis confusio. Similia vitia sunt apud Sophoclem *στεγοίμεθα* Trach. 596. *φέροιμεν* El. 57. apud Euripidem *δεξαίμεθα* Hel. 873. *λαθοίμεθα* v. 1249. *στείχοιμεν* Ion. 1616.

12, 3. *μανθάνειν γὰρ ἥκομεν | ξένοι πρὸς ἀστῶν,*] Gl. in Vat. *προσήκομεν*. Notanda constructio *μανθάνειν ἥκομεν*, cui *ὥστε* deesse monet Reisigius. Confer Porsonum ad Med. 1300. suae ed. 1270. nostrae.

13. Laur. B. *ξένοι πρὸς αὐτῶν*. De quo errore vide ad Oed. T. 222.

15. *χ' ἃ 'ν ἀκούσωμεν, τελεῖν.*] Membr. et Aldus copulam male omittunt. Brunck. Copulam addunt Par. B. F. T. Ricc. B. Vat. Farn. Sed lectiones omnes, quae in solis Par. B. T. Vat. Farn. reperiuntur, sive bonae sint, sive malae, auctoritatem habent nihilo majorem quam meae aut Brunckii conjecturae. Par. vero F. et Ricc. B. quoties ab archetypo suo
(87) Laur. A. discedunt, id plerumque librariorum aut inscitiae aut oscitationi tribuendum est, nonnunquam vero, ut in hoc versu, corrupta emendandi studio. Recentiorum igitur editionum scriptura pro mera conjectura habenda est, neque eam prorsus improbo, licet duplicis hujus craseos exempla desiderem. Sed veri similius est excidisse θ', quod toties apud tragicos excidit. Exempla vide in annotatione ad

vv. 288. 531. 592. 735. 746. 785. 902. 941. 1315. 1363. 1540. †

13. Vat. γ' ἄ 'ν, ἀκούσωμεν. Sic etiam ὄνομ' ἄν, εὐξαίμην v. 41. πρίν γ' ἄν, ἐνδείξω v. 48. ὡς ἄν, προσαρκῶν v. 72. ἕως ἄν, ἐκμάθω v. 114. ἵν' ἄν, εὐσεβείας v. 188. ὃς ἄν, εἰ v. 252. Quae scribendi ratio per totam fabulam in illo codice obtinet, qui solam particulam ἄν hoc modo a sequente vocabulo semper separat.

13. Laur. B. ποεῖν pro τελεῖν.

14. Πάτερ ταλαίπωρ' Οἰδίπους,] Par. B. T. Vat. Farn. οἰδίπου, quod propter vocativum ταλαίπωρε consulto repositum videtur. Ceteri MSS. recte οἰδίπους. Vide ad Oed. T. 405.

14, 5. πύργοι μέν, οἳ | πόλιν στέγουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων πρόσω] Sic excusum mallem, sublata distinctione [post ὀμμάτων]. Verba melius quam in editis scholiis exponuntur in veteri glossa: λίαν ἀπ' ὀμμάτων πόρρω εἰσίν: valde ab oculis, a conspectu, procul sunt. Ὡς saepe occurrit pro λίαν adverbiis junctum. Sic El. 1457. ὡς ἠπίως, λίαν πράως. Vide Lexicon in Ὡς. BRUNCK. Glossema λίαν habet etiam Laur. A. Sed idem significare videtur ὡς ἀπ' ὀμμάτων quod ὡς ἰδόντι v. 76. Nihili est var. lect. apud scholiasten ὡς ἀνομμάτω.

16. χῶρος δ' ὅδ' ἱερός,] Laur. A. B. Par. B. F. Ricc. B. ἱρός, minus Attice. Sic etiam Suidas v. Ἱρος diserte.

16. ὡς ἀπεικάσαι,] Legitur ὡς σάφ' εἰκάσαι [in margine Turnebianae]. At p. 276. [v. 152.] habetur ὡς ἐπεικάσαι. Atque ut ibi rursum ὡς ἐπεικάσαι, ita vicissim ἀπεικάσαι rursum habetur p. 336. [Trach. 141.] Sed in eadem tragoedia legimus etiam αὖτ' ἐπεικάζων, videlicet pag. 374. [v. 1222] Sic et alibi [El. 663.] Ἦ καὶ δάμαρτα τήνδ' ἐπεικάζων κυρῶ. STEPH. Mihi magis arridet lectio Aldina, ὡς σάφ' εἰκάσαι. HEATH. Par. A. ὡς σάφ' εἰκάσαι, ut Aldus.

† Aristophanes Av. 108. ΕΠ. Ποδαπὼ τὸ γένος; ΕΥ. Ὅθεν αἱ τριήρεις αἱ καλαί. Probant hanc scripturam Hermannus Elem. p. 137. et Reisigius ad Aristophanem p. 18. Dobraeus vero p. (112) articulum ante γένος defendum censet. Sed Ποδαπὸς τὸ γένος exstat Pac. 185. Malim igitur in Avibus Ποδαπὼ τὸ γένος δ'. [Vid. Commentar. in Aristophan. Vol. VII. part. I. p. 180. ED. LIPS.] Malim etiam Ach. 1022. ΔΙ. Πόθεν δ'; ΓΕ. Ἀπὸ Φυλῆς ἐλαβόν οἱ Βοιώτιοι.

Ricc. A. καὶ σάφ' εἰκάσαι, quod eodem redit. Saepe enim permutantur ὡς et καί. Laur. A. ὡς ἀφεικάσαι. Ceteri MSS. ὡς ἀπεικάσαι. Sic etiam Suidas v. Ἶρος. Plura de ἀπεικάσαι et ἐπεικάσαι Wesselingius ad Herodotum IX. 32. qui Stephani verba male accepit.

16, 7. βρύων | δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου.] Exempla desidero hujus constructionis. Aliter Aristophanes Nub. 45. βρύων μελίτταις καὶ προβάτοις καὶ στεμφύλοις.

17, 8. πυκνόπτεροι δ' | εἴσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες.] Suidas v. Ἶρος, πυκνώτερον. Philostratus p. 866. a Burtono indicatus, πυκνότερον.

(88) 18. εὐστομοῦσ' ἀηδόνες·] Glossa, καλῶς ᾄδουσι. Brunck. Pollux II. 100. καὶ ἀηδόνες παρὰ Σοφοκλεῖ εὐστομοῦσιν.

19. οὗ κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου.] Κάμπτειν κῶλα, γόνυ, *sedere, quiescere.* Vide Aeschylum Prom. 32, 396. Apollonium Rhod. I. 1174. Brunck.

19. Omnes libri recte πέτρου. Sed Laur. A. γρ. πάγου.

20. μακρὰν γὰρ ὡς γέροντι προυστάλης ὁδόν.] Erunt fortasse, quibus exquisitius videatur ὁδοῦ, quod exhibet Suidas v. Οὐ τοπικὸν ἐπίρρημα. Conferenda μακρὰν βαρβάρου χθονὸς et similia. Sed adverbium μακράν, quippe in quo subaudiatur ὁδόν, genitivum ὁδοῦ respuere videtur.

22. Χρόνου μὲν οὕνεκ' οὐ μαθεῖν με δεῖ τόδε.] Par. B. Vat. οὐ λαθεῖν. Deinde Par. F. solenni permutatione χρὴ pro δεῖ.

25. Ἔχεις διδάξαι δή μ', ὅπου καθέσταμεν;] Sic Vaticanus cod. teste Orvillio ad Charitonem p. 119. quod praeferendum videtur codd. nostrorum et Aldi lectioni ὅποι, licet hoc non prorsus sit damnandum. Latet enim in verbo καθέσταμεν motus significatio. Sic in Eurip. Bacchis 180. ποῖ δεῖ χορεύειν, ποῖ καθιστάναι πόδα; Brunck. Par. F. Ricc. B. ὅπῃ. Vat. ὅπου. Ceteri MSS. ὅποι, ut Aldus, quod revocavit Reisigius. Simili modo v. 26. Ricc. B. πῇ, Par. F. πῆ, Laur. B. πού, ceteri MSS. ποι. Recte Brunckius: *Latet enim in verbo καθέσταμεν motus significatio.* Ita Euripides Or. 1330. Ἄραρ'. ἀνάγκης δ' εἰς ζυγὸν καθέσταμεν. Utrobique sententiae conveniret ἐληλύθαμεν. Photius: Ὅποι: ὅπου. Ὅποι ποτέ: ὅπου ποτέ.

25. πᾶς γάρ τις ηὔδα τοῦτό γ' ἡμῖν ἐμπόρων.]

Hunc versum membr. cum Aldo Antigonae continuant: alii perperam Oedipo eum tribuunt. BRUNCK. Oedipo tribuunt Par. B. T. Vat. Farn. necnon edd. recentiores ante Brunckium.

25. τοῦτον ἡμῖν] [Legendum] τοῦτό γ' ἡμῖν, *illud.* Respicit ad Athenas eum locum esse. REISK. Legendum puto τοῦτό γ', *istud*, scilicet nos non longe ab Athenis abesse. HEATH. Libri omnes τοῦτον ἡμῖν mendose. Esset enim hoc pronomen ad χῶρον referendum, quod falsam efficeret sententiam. Quum enim locum nesciat qui sit, dicere non potest se de eo a quovis viatore certiorem factum. Proinde legendum cum Heathio τοῦτό γ', scilicet *Athenas haud longe abesse.* BRUNCK. Solus Par. F. τοῦτό γ' ἡμῖν.

27. Ναί, τέκνον, εἴπερ γ' ἐστὶν ἐξοικήσιμος.] Membr. et Aldus εἴπερ ἔστι γ' — Alii codd. particulam γε prorsus omittunt. BRUNCK. Εἴπερ ἐστί γ', Sic libri, probo verborum ordine, quem nihil erat cur Brunckius mutaret. V. Porson. ad Euripid. Med. v. 814. SCHAEF. Laur. A. Ricc. B. εἴπερ ἐστί γ'. Laur. B. Par. A. εἴπερ ἐστί γ', ut Aldus Ricc. A. (89) Par. F. εἴπερ ἔστι γ'. Par. B. Vat. εἴπερ ἐστίν. Par. T. Farn. εἴπερ ἐστιν.

28. Ἀλλ' ἔστι μέν γ' οἰκητός.] [Legendum] μέντοι (pro μέντοι) οἰκητός. REISK. Ἀλλ' ἔστι μὴν οἰκητός. Aldus ut A. B. ἀλλ' ἔστι μὲν οἰκητός. In T. μέν γ' — Sed scribendum erat, ut edidimus, ἔστι μὴν — BRUNCK. Sic Laur. A. B. Par. F. Ricc. B. Cum Aldo consentiunt Par. A. B. Ricc. A. Vat. Uterque Triclinianus μέν γ'. Vide an legendum etiam v. 44. Ἀλλ' ἵλεῳ μὴν τὸν ἱκέτην δεξαίατο.

31, 2. χὤστί σοι λέγειν | εὔκαιρον ἐστιν, ἔννεπ',] Vat. λέγοι.

32. ὡς ὡνὴρ ὅδε.] In codd. ἀνὴρ sine articulo, sollemni librariorum errore. BRUNCK. Rectius Schaeferus ὡνήρ. Edd. superiores ἀνήρ, quod revocavit Reisigius, cui nihil opus esse articulo videtur. Nunc legitur ἁνὴρ etiam vv. 630. 1486. 1665.

33, 4. Ὦ ξεῖν', ἀκούων τῆσδε, τῆς ὑπέρ τ' ἐμοῦ, | αὑτῆς θ' ὁρώσης,] Sic Aldus et veteres codd. Imperfectus est sermo ab hospite abruptus. Triclinius perperam ἀκούω. BRUNCK. Hanc scripturam ex appendice Turnebianae admisit Stephanus. Omnes MSS. praeter Triclinianos ἀκούων.

34. Laur. A. B. αὐτῆς ὁρώσης.

34, 5. *οὕνεχ' ἡμὶν αἴσιος | σκοπὸς προσήκεις τῶν ἀδηλοῦμεν φράσαι,]* Vat. *προσήκοις.*

35. [*Ἀδηλοῦμεν.* Ita Turnebiana in margine.] Scribitur et *ἃ δηλοῦμεν*, sed perperam, meo judicio: licet Turn. etiam editio lectionem illam in textu habeat. Ut autem *ἀδηλοῦμεν* exponit scholiastes *ἀγνοοῦμεν*, sic *ἀδηλίαν*, Hesychius *ἄγνοιαν.* STEPH. Qui e margine Turnebianae dedit *ἀδηλοῦμεν*, quod servarunt omnes recentiores. Omnes MSS. *ἃ δηλοῦμεν*, ut Aldus. Utramque scripturam agnoscit Scholiastes. Omnes etiam libri *τῶν*. Gl. in Laur. A. *ἀντὶ τοῦ τούτων.* Sed *τῶν* neque pro *τούτων* hic accipi potest, neque pro *ὧν* nisi post vocalem in hoc metro usurpari solet. Legendum aut *τῶνδ' ἃ δηλοῦμεν*, aut *ὧν ἀδηλοῦμεν.* Hoc praetuli. Laur. A. *τῶι* pro *ὧ* habet El. 422. metro repugnante. Saepius non legitur *ἀδηλία* pro *ἄγνοια*. Hesychius: *Ἀδηλίαν: ἄγνοιαν, ἀφάνειαν.*]

36. Quae hic inducitur persona nimis absurde *Ξένος* vulgo appellatur, vel etiam absurdius *Ξένος ἀλήτης*, quomodo ipse Oedipus nominatur v. 1096. Natus error e v. 33. ubi *Ὦ ξεῖνε* eum appellat Oedipus. Eodem argumento *χορὸς ξένων* dici potuisset, qui vulgo est *Χορὸς Ἀττικῶν γερόντων.* Reposui *Ἀθηναῖός τις.*

36, 7. *Πρὶν νῦν τὰ πλείον' ἱστορεῖν, ἐκ τῆσδ' ἕδρας | ἔξελθ'.]* Sic membr. et Aldus. In B. *πρὶν ἢ τὰ* — BRUNCK. Par. F. *πρὶν ἤ.* Par. B. T. Vat. Farn. *πρινή*, quod admisit Turnebus. Laur. A. B. Par. A. Ricc. B. *πρὶν νῦν*, ut Aldus. Ricc. A. *νῦν* *πρὶν νυν.*

(90) 36. Par. A. Ricc. A. *ἐκ τῆς ἕδρας.*

37. *ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν.]* Vat. apud Dorvillium ad Charit. p. 429. *οὐκ ἐξὸν πατεῖν.* Nec male. Suidas: *Οὐκ ἐξόν: οὐ προσῆκον, οὐ πρέπον.* Sed fallitur Dorvillius. Non enim *οὐκ ἐξόν*, sed *οὐχ ἁγνὸν* in Vat. legi monet Amatius. Neque aliter ipsa Dorvillii collatio quae apud nos in bibliotheca Bodleiana adservatur. Ceteri MSS. *ἁγνόν*, ut vulgo.

39, 40. *αἱ γὰρ ἔμφοβοι | θεαί σφ' ἔχουσι,]* Gl. *ἤγουν αἱ φοβεραί.* BRUNCK.

40. *Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι.]* In B. *σκότους.* BRUNCK. Par. A. T. Ricc. A. Farn. *σκότου.* Ceteri MSS. *σκότους.* Sic etiam Suidas v. *Εὐμενίδες.* Alteram scripturam magis Atticam appellat Porsonus ad Hec. 825. Ita omnes libri v. 106.

41. *Τίνων; τὸ σεμνὸν ὄνομ' ἂν εὐξαίμην κλύων.*] Interrogationis nota, quae post *τίνων* ponitur, inde tollenda est et ad versus finem transferenda. Heath. Perperam vulgo post *τίνων* interrogationis signum positum, quod in fine versus poni debebat. Brunck. Laur. A. *τίνων· τὸ σεμνὸν ὄνομ'. ἂν εὐξαίμην κλύων.* Recte Par. B. T. Vat. Farn. nisi quod Vat. post *ἄν*, (de qua ratione vide ad v. 15.) Farn. post *εὐξαίμην* distinguit. Ceterum Par. A. *σκαιὸν* pro *σεμνὸν* habet. Recte distinguunt MSS. nonnulli.

42, 3. *Τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ὢν | εἴποι λεώς νιν*] Optativum in talibus absque particula *ἂν* non consistere jam monuimus; scribendum videtur, *ὅ γ' ἐνθάδ' ἄν.* Vauv. Vulgo legitur soloece, *ὅ γ' ἐνθάδ' ὢν | εἴποι λεώς νιν.* Optativus *εἴποι* absque particula *ἂν* hic stare non potest: est autem participium *ὢν* prorsus otiosum. Manifestus est librarii error. Brunck. Ita tamen MSS. omnes et Suidas v. *Νιν.* Eustathius p. 763, 57. *ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν εἴπῃ λεώς.* Vulgatam revocavit Reisigius, qui eam in commentatione de particula *ἂν* p. 125. ita defendit, ut defendi possent aliquot millia exemplorum, in quibus vulgo legitur *ἄν*, si ea particula ab omnibus abesset. Quis enim hanc interpretationem patienter ferat: *ὅ γ' ἐνθάδ' ὢν λεώς, εἰ εἴποι, εἴποι νιν Εὐμενίδας.* Non allegavit Euripidem Andr. 930. *Πῶς οὖν τάδ', ὡς εἴποι τις, ἐξημάρτανες;* Neque Aristophanem Av. 180. *Ὥσπερ εἴποι τις, τόπος.* Quos tamen allegarat Vauvilliersius. Ut Brunckii scripturam revocarem, movit me praeter alia similis varietas apud Euripidem Ion. 440. *καὶ γάρ, ὅστις ὢν βροτῶν, | κακὸς πεφύκει, ζημιοῦσιν οἱ θεοί.* Ita Aldus. Hodie legimus: *ὅστις ἂν βροτῶν κακὸς πεφύκῃ.* Particulae *ἂν* omissae aut in aliam mutatae exempla vide vv. 70. 146. 205. 252. 565. 631. 780. 1174. Adde v. 1418. modo male se habeat vulgata.

42. *Νιν* pro *αὐτὰς* a Scholiasta damnatur temere et imperite. Accusativus est utriusque numeri et trium generum. Vide Valckenarium ad Hippol. 1253. Brunck. Mirum profecto, si quid apud veteres gram- (91) maticos mirum esse posset, esset gl. in Laur. A. *ἀντὶ τοῦ αὐτάς. διὸ τὸ ζ.* Iterum in hac fabula legitur plurale *νιν* v. 1123.

43. *ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά.*] Subaudi *ὀνόματα.* Burt.

44. Ἀλλ' ἵλεῳ μὲν τόνδ' ἱκέτην δεξαίατο.] Lego τὸν ἱκέτην, postulante versu. LOND. B. Recte editor Londinensis τὸν ἱκέτην. Vox enim haec primam semper corripit. HEATH. Sic legendum, ut infra 284. 487, 1008. Aldus et codd. τόνδ' — Idem cum membr. ἵλεως mendose. In duobus aliis ἵλεῳ. BRUNCK. Laur. A. Par. A. F. Ricc. A. B. ἀλλ' ἵλεως μέν, ut Aldus. Laur. B. Par. B. T. Vat. Farn. ἀλλ' ἵλεῳ (vel ἵλεω) μέν. Schol. in lemmate ἵλεως habet, in interpretatione ἵλεῳ. De μὲν vide ad v. 28. Deinde omnes MSS. τόνδ' ἱκέτην. Heathii verba, *Vox enim haec primam semper corripit*, quid sibi velint nescio.

45. ὥστ' οὐχ ἕδρας γῆς τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι.] Multo melior videtur scholiastae lectio ὡς οὐχ, quam secutus est Latinus interpres. VAUV. Scholiastes: ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀναστήσομαι ἐντεῦθεν. Videtur igitur non ὥστ' sed ὡς legisse: idque verum puto. SCHAEF. Quid hic faciat γῆς, non video, legerimque potius γε. MUSGR. Bothius: ὥστ' οὐχ ἕδρας γε τῆσδ'. Reisigius vero: ὥς γ' οὐχ ἕδρας γῆς τῆσδ'. Dedi ὡς οὐχ ἕδρας γε τῆσδ'. V. 1528. ὥστ' pro ὡς habet Par. F.

47. Ἀλλ' οὐδὲ μέντοι τοὐξανιστάναι πόλεως | δίχ' ἐστὶ θάρσος.] Par. A. Ricc. A. ἀλλ' οὐδὲ μέντοι, ut impressi. Ricc. B. ἀλλ' οὐδὲ μέν τι. Laur. A. B. Par. F. ἀλλ' οὐδ' ἐμόν τοι. Par. B. T. Vat. Farn. ἀλλ' οὐδ' ἐμόν τι.

48. Vat. θράσος. Θάρσος pro ἀσφαλές. Ordo est: Ἀλλ' οὐδὲ μέντοι ἀσφαλές ἐστι τὸ ἐξανιστάναι σε δίχα πόλεως. Ita Phil. 106. Οὐκ ἄρ' (vel potius Οὔτ' ἄρ') ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προσμῖξαι θράσυ.

48. πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τί δρῶ.] In B. T. τί δρᾶν, ut etiam Scholiastes legisse videtur: nec deterius est. Bonus ille hospes rem ad populares *deferre* vult, ἐνδεικνύναι, ut sciat quid facto opus sit. Praegnans est phrasis: πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τοῖς δημόταις, ὥστε βουλεύεσθαι αὐτοὺς τί δραστέον. BRUNCK. Par. A. Ricc. A. πρὶν ἐνδείξω τί δρῶ. Laur. A. B. Par. F. Ricc. B. πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τί δρῶ. Par. B. T. Farn. πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τί δρᾶν. Vat. πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τί δρᾷς. Particulam γε ab Aldo omissam habent ed. Juntina B. et omnes recentiores.

49, 50. Πρός νυν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ' ἀτιμάσῃς | τοιόνδ' ἀλήτην, ὧν σε προστρέπω φράσαι.] Ἀλείτην H. Steph. in Thes. [T. III. p. 1633. D.] v. Προστρέπω. BURT.

50. Ὧν regitur ab ἀτιμάσῃς. Sic ὧν μὲν ἱκόμην ἄτιμον Oed. Tyr. 808. [788.] Musgr. Hinc lego apud Aeschylum Prom. 781. Τούτων σὺ τὴν μὲν τῇδε, τὴν δ' ἐμοὶ χάριν | θέσθαι θέλησον, μηδ' ἀτιμάσῃς λόγον. Vulgo λόγους.

50 Scribitur et προτρέπω [in margine Turnebianae], sed retinendam esse nostram lectionem apparet ex iis quae annotavi in quendam locum paginae 50. [Aj. 831. τοιαῦτά σ', ὦ Ζεῦ, προστρέπω.] Steph. Par. A. Ricc. A. προτρέπω, ut Aldus. De Vat. incertus sum. Aut enim προτρέπω praetermisit collationis Dorvillianae auctor, aut προστρέπω Amatius. Ceteri MSS. προστρέπω, quod recte admisit Turnebus. Sic (92)
etiam Suidas v. Προστρέπω.

51. Σήμαινε, κοὐκ ἄτιμος ἔκ γ' ἐμοῦ φανῇ.] Laur. A. Ricc. B. ἄτιμός γ' ἔκ γ' ἐμοῦ. Par. B. T. Vat. Farn. contrario vitio ἄτιμος ἐξ ἐμοῦ. quod ex appendice Turnebianae admisit Stephanus. Laur. B. Par. A. F. Ricc. A. ἄτιμος ἔκ γ' ἐμοῦ, quod ex Aldina recte revocavit Brunckius.

52. Τίς ἔσθ' ὁ χῶρος δῆτ' ἐν ᾧ βεβήκαμεν;] Perperam in libris τίς δ' ἔσθ' — Brunck. Optime Brunckius δέ expunxit, una enunciatione cum δῆτα incommode sociatum. Reis. Solus Vat. τίς ἐσθ'.

54, 5. ἔχει δέ νιν | σεμνὸς Ποσειδῶν.] Pausanias I. 30. p. 76. de Colono: λέγουσι δ' οὖν καὶ βωμὸν Ποσειδῶνος Ἱππίου, καὶ Ἀθηνᾶς Ἱππίας. — τὸ δὲ ἄλσος τοῦ Ποσειδῶνος καὶ τὸν ναὸν ἐνέπρησεν Ἀντίγονος ἐσβαλών, καὶ ἄλλοτε στρατιᾷ κακώσας Ἀθηναίοις τὴν γῆν.

55, 6. ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς | Τιτὰν Προμηθεύς.] Adde hoc exemplum illis, quae in not. ad Aj. 674. collegimus. Schaef. Vide ad Oed. T. 27. ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς | σκήψας ἐλαύνει λοιμὸς ἔχθιστος πόλιν.

56. Pausanias I. 30. p. 75. ἐν Ἀκαδημείᾳ δέ ἐστι Προμηθέως βωμός. καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἔχοντες καιομένας λαμπάδας. κ. τ. λ.

56, 7. ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον | χθονὸς καλεῖται τῆσδε χαλκόπους ὀδός,] Plura ex deperditis auctoribus adduxit Scholiastes: quibus adde, eo fortasse pertinentem, hujus fabulae v. 1662. [1590.] χαλκοῖς βάθροισι etc. Musgr. Χαλκόπους ὀδός. Perperam vulgo ὁδός. Vide Scholiastam ad v. 1590. et Lexicon in Ὀδός. Brunck. Plura ad v. 1590.

58. *οἱ δὲ πλησίοι γύαι*] Magis mihi arridet lectio a Scholiaste servata, *αἱ δὲ πλησίον γύαι*, quam et firmat codex Vaticanus teste Dorvillio ad Chariton. p. 206. MUDG. Nomen *γύη* [imo *γύης*] pro masculino plerumque habent poëtae: Vide ad Eurip. Heraclid. 842. [839.] Adjectivi *πλησίος* exempla vide Antig. 772. 774. [761. 763.] Trachin. 905. 913. [891. 898.] Nulla igitur causa est, cur vulgatae lectionem a Scholiasta commemoratam anteponamus. MUSGR. *Αἱ δὲ πλησίον γύαι.* Sic recte B. T. In membr. ut in impressis perperam, *οἱ δὲ πλησίοι γύαι*. BRUNCK. Hanc scripturam recte revocavit Reisigius. Bothius *οἱ δὲ πλησίον γύαι*. Exquisitius est adjectivum *πλησίος* quam adverbium *πλησίον*, magis Atticum *ὁ γύης* quam *ἡ γύη*. Vide ad Heracl. 839. Cum Aldo consentiunt Laur. A. B. Par. A. Ricc. A. nisi quod Laur. B. solenni vitio *γυίαι* habet. Var. lect. in Laur. A. *γρ. αἱ δὲ πλησίον γύαι.* Ceteri MSS. *αἱ δὲ πλησίον γύαι* (vel *γυίαι*), ut Brunckius.

59, 60. *τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν | ἀρχηγὸν εἶναι*,] [Legendum] *τὸν ἱππότην*. REISK. In libris *τόνδ' ἱππότην* perperam, eodem librariorum errore, quo supra 44. *τόνδ' ἱκέτην*, et v. 52. *τίς δ' ἔσθ'* — BRUNCK. Adde *τοῖσδ' ἐνθάδ' αὐτοῦ* v. 78. Par. A. B. *τὸν δ' ἱππότην*. Sic etiam Juntina B. invito, ni fallor, editore. Vulgatam revocavit Reisigius. *Recte*, inquit, *Doederlinus statuam Coloni herois ostendi putat.* Ego Brunckium sequor. Nec male se haberet *τόν θ' ἱππότην*.

59. De pronomine *σφίσι* vide ad El. 1070. ubi recte Schaeferus *σφιν*.

60, 1. *καὶ φέρουσι τοὔνομα | τὸ τοῦδε κοινὸν πάντες ὠνομασμένοι.*] Mendose vulgo *ὠνομασμένον*, quod
(93) quidem membr. etiam exhibent a prima manu, sed superscripta nostra lectione. BRUNCK. Par. A. *ὠνομασμένον* (superscr. *οι*). Ricc. A. Vat. *ὠνομασμένοι*. Ceteri MSS. *ὠνομασμένον*, ut impressi ante Brunckium. Recte schol. *ὠνομασμένοι Κολωνιᾶται δηλονότι.*

63. *ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ πλέον.*] Laur. A. *πλέον* (superscr. *ο*). Laur. B. *πλέων*. Suidas v. *Ξυνουσία*, *πλέω*, ut jam monui ad v. 6. Confusa sunt *πλέον* et *πλέων* etiam v. 1162.

65. *Καὶ κάρτα τοῦδε τοῦ θεοῦ γ' ἐπώνυμοι.*] Post *καὶ κάρτα* lubenter distinxerim, ut sit *καὶ κάρτα* (pro

quo in prosa καὶ μάλα) subaudito ex praecedente versu ναίουσί τινες: deinde sequatur ἐπώνυμοί γε, reddaturque γε, *et quidem.* STEPH. Hermannus ad Vigerum n. 296. B: *Hac prima significatione γε frequens est in responsionibus, rei cum aliqua accessione vel limitatione confirmandae caussa.* Exempla vide ad v. 475. Quod attinet ad καὶ κάρτα, confer v. 301. Καὶ κάρθ', ὅτ' ἂν περ τοὔνομ' αἰσθηταί τὸ σόν. Non distinguit noster Aj. 527. Καὶ κάρτ' ἐπαίνου τεύξεται πρός γ' οὖν ἐμοῦ. Quae ratio nostro etiam loco convenientior videtur.

66. ἄρχει τίς αὐτῶν; ἢ 'πὶ τῷ πλήθει λόγος;] Edd. omnes aut ἄρχει τὶς αὐτῶν, quod ambiguum est, aut ἄρχει τις αὐτῶν. Hanc scripturam sequuntur omnes quos vidi interpretes. Scribendum τίς ostendit similis sententia apud Euripidem Cycl. 119. Τίνος κλύοντος; ἢ δεδήμευται κράτος; Recte Laur. A. aliique MSS. nonnulli ἄρχει τίς αὐτῶν. Sed MSS. nullam in hac re auctoritatem habent, neque aliud considerandum, quoties inter τίς et τὶς dijudicandum est, quam utrum eorum sententiae convenientius sit. Versus, ut nunc legitur, cum his verbis Anglicis conferri potest: *How much did you give for it? Or did you get it for nothing?* Res clarior fiet exemplis, quorum magna apud tragicos copia est. Sophocles Aj. 102. Ποῦ σοι τύχης ἕστηκεν; ἢ πέφευγέ σε; Euripides Hec. 777. Εὗρες δὲ ποῦ νιν; ἢ τις ἤνεγκεν νεκρόν; Or. 1425. Σὺ δ' ἦσθα ποῦ πότ'; ἢ πάλαι φεύγεις φόβῳ; Phoen. 276. ὠή, τίς οὗτος; ἢ κτύπον φοβούμεθα; Iph. A. 702. Τίνος (ita lego pro θεοῦ) διδόντος; ἢ βίᾳ θεῶν λαβών; Ibid. 704. Γαμεῖ δὲ ποῦ γῆς (ita lego pro ποῦ νιν); ἢ κατ' οἶδμα πόντιον; Iph. T. 1164. Τί τοὐκδιδάξαν τοῦτό σ'; ἢ δόξαν λέγεις; Cycl. 117. Τίνες (ἄνθρωποι scilicet) δ' ἔχουσι γαῖαν; ἢ θηρῶν γένος; El. 628. Πόσων μετ' ἀνδρῶν; ἢ μόνος δμώων μέτα; Quibus fortasse addendus hujus fabulae v. 71. Ὡς πρὸς τί λέξων; ἢ καταρτύσων μολεῖν; Vide etiam ad v. 643. 822.

70. Ἆρ' ἄν τις αὐτῷ πομπὸς ἐξ ὑμῶν μόλοι;] (91) Laur. A. ἆρ' οὖν τίς αὐτῷ. In οὖν consentiunt omnes MSS. praeter Par. A. Ricc. A. Sic etiam Juntina B. Reisigius: Ἆρ' ἄν τις αὐτῷ πομπὸς ἐξ ὑμῶν, μολεῖν;

71. Ὡς πρὸς τί λέξων, ἢ καταρτύσων μόλοι;] *Quid ille dicturus aut moliturus ibit?* LOND. B. Πρός τι λέξων est τί προσλέξων. Verte: *Quid nunciaturus aut perfecturus hoc itineris suscipiet?* HEATH.

Καταρτύσων μολεῖν. Sic membr. et Aldus cum Suida in Καταρτύζω *. Perperam ceteri μόλοι, quod e fine praec. versus a supino librario repetitum. Brunck. Omnes MSS. praeter Par. A. Ricc. A. μόλοι. Utramque scripturam agnoscit schol. Aldus: ὡς πρός τι λέξων, ἢ καταρτύσων μολεῖν; Suidas vero ὡς πρός τι λέξων, quod tacite adoptavit Brunckius. Laur. A. ὡς προ στί λέξων, syllabis male divisis. Nulla difficultas esset in hoc versu, si certum esset verba πρός τι λέξων pro τί λέξων πρὸς αὐτὸν accipi posse. Sed ὡς πρὸς τί sensu longe diverso habet noster Oed. T. 1174. Ὡς πρὸς τί χρείας; Trach. 1149. Ὡς πρὸς τί πίστιν τήνδ' ἄγαν ἐπιστρέφεις; Idem Oed. T. 1027. Ὡδοιπόρεις δὲ πρὸς τί τούσδε τοὺς τόπους; Ibid. 1144. Τί δ' ἔστι; πρὸς τί τοῦτο τοὔπος ἱστορεῖς; Ὡς πρὸς τί igitur τίνος χάριν significare videtur. Legebam: Ὡς πρὸς τί, λέξον. ἢ καταρτύσων μολεῖν; Euripides Med. 678. Τί δῆτ' ἔχρησε; λέξον, εἰ θέμις κλύειν. El. 901. Τί χρῆμα; λέξον, ὡς φόβου γ' ἔξωθεν εἶ. Confer omnino Heracl. 96. Τί χρέος; ἢ λόγων πόλεος ἔνεπέ μοι, | μελόμενοι τυχεῖν; Vauvilliersio placet: Ὡς πρός τι; λέξων ἢ καταρτύσων μόλῃς Musgravio: Ὡς πρός τι, λέξων ἢ καταρτύσων (vel potius καταρτίσων), μόλοι; *Num ut huc veniat ob aliquid Theseus, dicturus an moderaturus?* Schaefero: Ὡς πρὸς τί λέξων ἢ καταρτύσων μόλῃ; Doederlino: Ὡς πρὸς τί, λέξων ἢ καταρτύσων, μόλοι. *Ad quod eat, dicturusne aliquid an arcessiturus?* Reisigius dedit: Ὡς πρὸς τί λέξων ἢ καταρτύσων μόλοι; Interpretatur vero fere ad mentem Musgravii, ut μόλοι non ad nuncium sed ad Theseum pertineat.

71. Par. B. καταρτίσων. Vat. apud Dorvillium καταρτίσων, apud Amatium καταρτίσον.

72. Ὡς ἂν προσαρκῶν σμικρά, κερδάνῃ μέγα.] MSS. ad unum omnes μικρά, minus recte, modo vera sit ratio, cujus ad v. 5. mentionem feci.

(95) 72. Par. B. T. Vat. Farn. κερδανῇ vel κερδανῆ. Sic etiam edd. recentiores ante Brunckium. Ceteri MSS. penacute. Analogia postulare videtur κερδήνῃ, ut σημήνῃ, τεμύνῃ et similia. Phrynichus apud Bekkerum p. 62. Σημῆναι καὶ ἐσήμηνα ἐρεῖ, ἀντὶ τοῦ ση-

* Reisigius p. 184. *aliis, cum Suida, Vol. II. p. 264., μόλοι reperientibus,* Si Mediolanensem aut Aldinam editionem consuluisset, μολεῖν scriptum reperisset.

μᾶναι καὶ ἐσήμανα. ὡσαύτως φῆναι καὶ ἀποφῆναι καὶ προφήνας, καὶ ἐθέρμηνα καὶ θερμήνας, καὶ ἐτεκτήνατο τεκτήνασθαι, καὶ ἐμήνατο μήνασθαι καὶ ἐκμῆναι· καὶ διὰ τοῦ ρ, ἐχθήρας καὶ ἐκάθηρας, καὶ διὰ τοῦ λ, ἔσφηλα καὶ σφήλας. Libenter igitur reponerem κερδήνῃ. Sed obstant libri. Omnes κερδάναιμι Trach. 191. κερδάνῃς Aj. 107. κερδᾶναι (vel κερδάναι) apud Euripidem Hec. 518. κερδάνῃς apud Aristophanem Ach. 956. et fortasse plura.

74. Ὅσ' ἂν λέγωμεν, πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν.] Tropice, *caligine non obvoluta, perspicua,* ὁρώμενα. Sic saepe activam verbi formam pro passiva adhibet Sophocles, ut infra 1604. παντὸς δρῶντος, pro δρωμένου. Trachin. 196. τὸ ποθοῦν, pro τὸ ποθούμενον. Oed. T. 968. κεύθει pro κεύθεται. BRUNCK. Male κεύθει attulit, quod nunquam significationem activam habet.

75. Οἶσθ', ὦ ξέν', ὡς νῦν μὴ σφαλῇς;] Forsan ἴσθ'. Quomodo Winsemium legisse suspicetur quispiam, ex interpretatione ejus conjiciens. BURT. Interrogandi signum a Turnebo expulsum recte revocavit Brunckius. Vide ad Oed. T. 543. Οἶσθ' ὡς ποίησον; Utriusque loci eandem constructionem esse, nisi quod jubeat ποίησον, vetet μὴ σφαλῇς, monuit post alios Reisigius. Male Par. F. ἴσθ' ὦ ξέν'.

78. τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ μὴ κατ' ἄστυ δημόταις] Ita tacite Brunckius, nescio quo auctore. Omnes MSS. et edd. superiores τοῖσδ' ἐνθάδ' αὐτοῦ. Aldus simili vitio dedit apud Euripidem Heracl. 265. οὔκουν ἔγωγε τῶνδ' ἐνθάδ' εἰμὶ κύριος. Confert Reisigius Eupolin apud Stobaeum IV. 53. ἢν δέ τις τῶν ἐνθάδ' αὐτοῦ μηδὲν χεῖρον φρονῶν, | ἐπιτιθῆται τῇ ποιήσει, πάνυ δοκεῖ κακῶς φρονεῖν.

79. οἵδε γὰρ κρινοῦσί γε] Sic MS. plerique. Sed Laur. A. Par. F. οἵδε γὰρ κρινοῦσί σοι. In Par. F. deletum σοι a correctore. Laur. B. οἱ δὲ κρινοῦσιν σοί γε. Dixi ad Med. 480. p. 160. *Suspectas habeo particulas* γὰρ *et* γε *hoc modo positas. Malim,* οἵδε γὰρ κρινοῦσιν εὖ. Quo nihil fingi posse frigidius ait Hermannus ad Med. 480. in censura meae editionis. Hanc conjecturam nunc repudio, neque vulgatam improbo. Fuisse tamen videntur, qui legerent οἵδε γὰρ κρινοῦσί σοι.

80. ἢ χρή σε μίμνειν, ἢ πορεύεσθαι πάλιν.] Prius ἢ adversus eos, qui εἰ substituerent, tutatus est satis cum Matthia Elmsleius ad Eurip. Med. 480. [p. 159.] Reis. Omnes MSS. ἢ χρή σε μίμνειν. Soli Turnebo debetur εἰ, quod tacite servavit Brunckius. Ita noster Ant. 1216. ἀθρήσαθ' — εἰ τὸν Αἵμονος | φθόγγον συνίημ', ἢ θεοῖσι κλέπτομαι. Trach. 1069. ὡς εἰδῶ σάφα, | εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον, ἢ κείνης. Euripides Ion. 771. Πρὶν ἂν μάθωμεν — εἰ ταὐτὰ πράσσων δεσπότης, τῆς συμφορᾶς | κοινωνός ἐστιν, ἢ μόνη σὺ δυστυχεῖς. Hermannus ad Vigerum n. 246. *Epicorum maxime est ἢ — ἢ ponere pro εἰ vel πότερον — ἢ, quo Attici solent uti.* Cautius loquitur vir summus
(96) ad Med. 480. in censura meae editionis, ita tamen ut ostendat sibi magis placere εἰ — ἢ apud tragicos. Eligat lector.

84. Ὦ πότνιαι δεινῶπες,] Schol. Ὦ πότνι' ὦ δεινῶπες: τὸ ἐντελὲς ὦ πότνιαι. Ita ed. Rom. Sed lemma Ὦ πότνι' ὦ δεινῶπες non nisi editoris conjectura niti videtur. Omnes MSS. ὦ πότνιαι δεινῶπες, ut vulgo, sine ulla varietate. Sola Juntina B. e schol. ὦ πότνι' ὦ δεινῶπες.

84, 5. εὖτε νῦν ἕδρας | πρώτων ἐφ' ὑμῶν τῆσδε γῆς ἔκαμψ' ἐγώ,] Nescio an legendum εὖτέ νυν v. 84. ὅτε νῦν v. 203. Sic enim Euripides El. 408. Ἐπεί νυν ἐξήμαρτες, ἐν σμικροῖσιν ὤν.

85. Ἐφ' scribendum praecepit Hermannus ad Hecub. p. 164., quia praepositio non ad πρώτων ὑμῶν sed ad ἕδρας refertur. Reis. Rectius scribi ἕδρας ἐφ' ὑμῶν quam ἕδρας ἔφ' ὑμῶν sciunt omnes. An vero interpositum πρώτων efficiat, ut pro ἐπὶ scribi debeat ἔπι, mihi non satis liquet.

86. Φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ' ἀγνώμονες.] Laur. A. μὴ γένησθ'. Hesychius: Ἀγνώμονες: ἄβουλοι, ἀσύγγνωστοι, ἐναντιογνώμονες, ἀναίσθητοι, σύμψηφοι.

87. ὅς μοι, τὰ πόλλ' ἐκεῖν' ὅτ' ἐξέχρη κακά,] Tertia Persona Singularis Imperfecti Activi Verbi ἐκχράω. Burt. Gl. ἐμαντεύετο. Brunck. Par. F. Ricc. B. ἔχρη. Μαντεύεσθαι apud Atticos potius *petere* quam *edere oraculum* significat. Quo sensu legitur χρῇ El. 35. Passivum ἐχρήσθη exstat infra v. 355.

89. ἐλθόντι χώραν τερμίαν,] Sic omnes libri et Suidas v. Ἐξέχρη. Τερμία ἡμέρα. Vide tamen an le-

gendum sit: ἐλθόντα χώραν τερμίαν,—ἐνταῦθα κάμψειν κ. τ. λ.

89, 90. ὅπου Θεῶν | Σεμνῶν ἕδραν λάβοιμι καὶ ξενόστασιν,] Σεμναὶ Θεαί, κατ' εὐφημισμόν, αἱ Ἐριννύες, ὥσπερ αἱ αὐταὶ καὶ Εὐμενίδες ἐκαλοῦντο. ἦσαν δὲ τρεῖς. Σεμναὶ θεαί. οὕτως καλοῦσιν Ἀθηναῖοι τὰς Ἐριννύας. *Photii Lex. MS.* Brunck.

90. Laur. A. γρ. καὶ κατάστασιν.

91. ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον,] Membr. et Aldus κάμπτειν. Gl. καταλῦσαι, τελειῶσαι. Brunck. Fuisse videntur, qui legerent κάμψαι. Ita Aristophanes Vesp. 158. ὁ γὰρ θεός | μαντευομένῳ μοὔχρησεν ἐν Δελφοῖς ποτε, | ὅτ' ἄν τις ἐκφύγῃ μ', ἀποσκλῆναι τότε. Plura exempla attulit Reisigius. Sed in nullo libro reperi κάμψαι. Par. A. Ricc. A. κάμπτειν, ut Aldus. Laur. B. καμψεις. Ceteri MSS. κάμψειν. Sic etiam Suidas vv. Ἐξέχρη, Τερμία ἡμέρα, ed. Juntina B. et omnes recentiores.

92. κέρδη μὲν οἰκήσαντα τοῖς δεδεγμένοις,] Sic Aldus et codd. omnes. Turnebus edidit οἰκήσοντα. Brunck. Οἰκήσοντα: Brunckius οἰκήσαντα. Schaef. Haud scio an melius οἰκίσαντα scribatur. Doed. Οἰκίσαντα principio scriptum fuisse conjicientibus ego non valde repugno. Reis. Manifesto scribendum οἰκίσαντα. Par. F. et edd. recentiores ante Brunckium οἰκήσοντα. Ceteri MSS. οἰκήσαντα, ut Aldus, quod revocavit Reisigius.

93. ἄτην δὲ τοῖς πέμψασιν, οἵ μ' ἀπήλασαν.] (97) Laur. A. αὔτην (sic)

94. σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι παρηγγύα,] Perperam Aldus, ut membr. a prima manu, παρεγγύα. Brunck. Laur. A. B. Par. F. Ricc. A. B. παρεγγύα. Par. A. παρεγγύα. Par. B. T. Vat. Farn. παρηγγύα, quod recte admisit Turnebus. Consentit schol. ad v. 1456.

97, 8. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν | ἐξήγαγ' εἰς τόδ' ἄλσος.] Schol. Ms. κατὰ διάνοιαν, φησίν, ἐξ ὑμῶν ἐνταῦθα ἀφῖγμαι. πτερὸν γάρ, τὴν πτέρωσιν τῆς διανοίας, ἢ οἰωνόν. Aliud: Πτερόν. ἢ οἰωνός, ἢ πτέρωσις τῆς ἐμῆς διανοίας. Brunck.

98, 9. οὐ γάρ ἄν ποτε | πρώταισιν ὑμῶν ἀντέκυρσ' ὁδοιπόρων,] Forsan πρώταισιν ὑμῖν ἀντέκυρσ' ὁδοιπορῶν. Lond. B. [Legendum] ὑμῖν et ὁδοιπορῶν in nom. sing. partic. praes. act. Reisk. Vitiosi sunt omnes Impressi. Respice constructionem, et videbis omnino

rescribendum esse ὑμῖν ex Suida v. Νηφάλιος θυσία. Burt. Πρώταισιν ὑμῖν ἀντέκυρσ' ὁδοιπορῶν. Sic bene legitur apud Suidam in Νηφάλιος θυσία. Perperam in codd. nostris, ut in impressis, ὑμῶν. Quin pejus adhuc in T. πρώτοισιν ὑμῶν. Brunck. Sic uterque Triclinianus. Ceteri MSS. ut Aldus. Legendum ὑμῖν e Suida viderat etiam Musgravius. Vide ad v. 289. 312. 347. 414. 1021. Quod ad ὁδοιπόρων attinet, ita scriptum exhibent Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium. Ceteri libri et Suidas recte ὁδοιπορῶν.

100, 1. κἀπὶ σεμνὸν ἑζόμην | βάθρον τόδ' ἀσκέπαρνον.] Gl. ἄξεστον, ἀκαλλώπιστον. ὡς καὶ ἄνω (19.) ἔφη, ἐπ' ἀξέστου πέτρου. Brunck.

102, 3. βίου, κατ' ὀμφὰς τὰς Ἀπόλλωνος, δότε | πέρασιν ἤδη καὶ καταστροφήν τινα,] Ὀμφάς. Gl. μαντείας. — Πέρασιν, τελείωσιν. Brunck.

104, 5. ἀεὶ | μόχθοις λατρεύων τοῖς ὑπερτάτοις βροτῶν.] Par. B. Vat. μόχθοισι. Iidem ἀστοῖσιν v. 171.

110. οὐ γὰρ δὴ τό γ' ἀρχαῖον δέμας.] MSS. ad unum omnes τόδ' ἀρχαῖον δέμας. Sic etiam omnes edd. recentiores ante Reisigium, qui Aldinam scripturam auctore Doederlino recte revocavit. Ita noster v. 265. οὐ γὰρ δὴ τό γε | σῶμ' οὐδὲ τἄργα τἄμ'. Phil. 246 οὐ γὰρ δὴ σύ γ' ἦσθα ναυβάτης κ. τ. λ. El. 1020. οὐ γὰρ δὴ κενόν γ' ἀφήσομεν. Euripides Ion. 954. Τίς γάρ νιν ἐξέθηκεν; οὐ γὰρ δὴ σύ γε. Plura Doederlinus et Reisigius. Nec minus frequentatur οὐ γάρ—γε sine δή. Vide, si tanti est, Euripidem Hipp. 719. Iph. T. 1049. Bacch. 501. Cycl. 250. Heracl. 151. 585. Herc. 1176. El. 517. 1235.

(98) 111. Σίγα. πορεύονται γὰρ ὧδε δή τινες] Sic B. T. In membr. οἵδε δή, ut Aldus edidit. Brunck. Par. B. T. Vat. Farn. ὧδε, quod admisit Turnebus. Ceteri MSS. οἵδε, quod recte revocavit Schaeferus, quem videsis Melet. Crit. p. 77. Ex exemplis ab eo allatis unum conferam Euripidem Or. 548. Καὶ μὴν βασιλεὺς ὅδε (Aldus ὧδε) δὴ στείχει | Μενέλαος ἄναξ.

112. χρόνῳ παλαιοί,] Gl. γέροντες. Brunck.

113, 4. Σιγήσομαί τε, καὶ σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα | κρύψον κατ' ἄλσος,] Μ' est pro μοι vel μου. Alias si pro με accipiatur, debet πολὺ pro πόδα legi. Reisk. Κρύψον με πόδα, pro πόδα μου. Vide ad Oed. T. 717. Brunck. Vide etiam Porsonum ad Hec. 806. ποῖ μ' ὑπεξάγεις πόδα. Duplex accusativus, inquit,

neminem offendet, nisi qui in Atticis poetis hospes sit. Wakefieldius scilicet, qui scribendum conjecerat ποδί. Ceterum MSS. omnes καὶ σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα. In solo Par. T. supra scriptum οἱ. Suidas vero v. Νιν, καὶ σύ μου ἐξ (i. e. μοι ἐξ) ὁδοῦ πόδα.

115. ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν | ἔνεστιν ηὐλάβεια τῶν ποιουμένων.] Γὰρ in hac senarii sede vulgo legitur. Oed. T. 59. 82. 84. 145. 220. 228. 334. 519. 559. 724. 763. 1133. 1180. 1456. 1486. Oed. C. 12. 39. 98. 115. 265. 798. 1097. 1106. 1201. 1542. Ant. 270. 407. 478. 567. 771. 1043. 1165. 1255. Trach. 29. 78. 1090. 1252. Aj. 490. 906. 1069. 1250. 1518. Phil. 28. 223. 351. 371. 412. 887. 1268. El. 69. 376. 432. 573. 638. 1056. 1211. 1305. 1307. 1320. 1479. Versus sunt LX. quorum soli quatuor spondeum habent in quinta sede. Horum duo mihi offendunt. Oed. C. 265. ὄνομα μόνον δείσαντες. οὐ γὰρ δὴ τό γε. El. 432. τύμβῳ προσάψῃς μηδέν. οὐ γάρ σοι θέμις. Efficiunt enim vocabula δὴ et σοι, quorum alterum encliticum est, alterum a superiori vocabulo vix divelli potest, ut lex metrica de quinto senarii pede, cujus notitiam Porsono debemus, in his duobus versibus non violetur. Plura ejusmodi exempla vide ad Oed. T. 435. Aliter se res habet Oed. C. 115. ubi vulgatam ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν exhibet Suidas v. Εὐλάβεια. Malim aut ἐν τῷ γὰρ μαθεῖν aut ἐν δὲ τῷ μαθεῖν. Haec ratio paullo melior mihi videtur. Nihil enim levius est, quam γὰρ in δὲ mutare. Eadem medicina sanandus noster El. 376. Φέρ' εἰπὲ δὴ τὸ δεινόν. εἰ γὰρ τῶνδέ μοι | μεῖζόν τι λέξεις, οὐκ ἂν ἀντείποιμ' ἔτι. Apud Euripidem Or. 787. vulgo legitur: *ΟΡ.* Δηλαδὴ σιγᾶν ἄμεινον. *ΠΥ.* Τῷ χρόνῳ δὲ κερδανεῖς. Sed γὰρ tres MSS. apud Porsonum, aliique multi, quos recenset Matthiae. Quatuor versus apud Euripidem reperi, qui cum Sophoclis Oed. C. 115. conferri possint. I. Andr. 229. τῶν κακῶν γὰρ μητέρων | φεύγειν τρόπους χρὴ τέκν', ὅσοις ἔνεστι νοῦς. Hic etiam legendum δέ. II. Iph. A. 858. Δοῦλος. οὐχ ἁβρύνομαι τῷδ'· ἡ τύχη γάρ μ' οὐκ ἐᾷ. Dele pronomen. III. Ion. 808. Δέσποινα, προδεδόμεσθα. σὺν γάρ σοι νοσῶ. Aldus σὺν γὰρ σοί. Aut sic, aut σὺν σοὶ γὰρ legendum. IV. El. 275. Ἤρου τόδ'; αἰσχρόν γ' εἶπας. οὐ γὰρ νῦν ἀκμή. Si νυν encliticum sententiae conveniret, metro satis faceret, οὐ γὰρ νυν ἀκμή. Sed praestare vi-

detur οὐ γὰρ οὖν ἀκμή. Cujus particularum collocationis exempla dabo ad v. 495.

117—253. Carminis hujus, quod recte memorabile appellat, unam editionem dedit Hermannus in libro de Metris p. 768—772. alteram paullo diversam in Epitoma p. 305—309. Idem in Observationibus Criticis in quosdam locos Aeschyli et Euripidis p. 103—106. versus 179—206. antistrophicos esse primus monuit.

118. Ὅρα, τίς ἄρ' ἦν;] Libri Tricliniani ἄρα τίς ἄρ' ἦν. Ita scilicet satisfactum metro putavit Triclinius. Tum ob alias caussas inepta est haec scriptura, tum quia ἄρα priori brevi in initio sententiae stare nequit. Vide ad Oed. T. 1099.

120. ὁ πάντων, ὁ πάντων ἀκορέστατος.] Hesychius: Ἀγκορές: ἀκόρεστον. *Fortassis pleonasmo τοῦ γ pro ἀκορές*. Ita Stephanus Ind. in T. L. G. p. 252. Potius ejus errore, cui Hesychii Lexicon debemus. Reperiuntur ἀκορής, διακορής, κατακορής, προσκορής, ὑπερκορής. Praeter superlativum ἀκορέστατος, etiam e Themistio citatum video ἀκορής.

121. Λεύσσετ' αὐτόν.] Interrogationis nota post αὐτὸν ponenda videtur. Verte, *Anne eum videtis?* HEATH. Λεύσσεις νιν; Interrogative. Aldus et membr. λεύσσατ' αὐτόν. Alii λεύσσετ' αὐτόν. Perperam, ut ex antistrophico versu liquet. BRUNCK. Ricc. A. Par. A. ut Aldus. Laur. A. B. Ricc. B. Par. F. λεύσατ' αὐτόν. Par. B. T. Vat. Farn. λεύσσετ' αὐτόν, quod admisit Turnebus. Hermannus et Reisigius recte λεῦσσ' αὐτόν. Aeschylus Eum. 254. Ὅρα, ὅρα μάλ' αὖ. | λεύσσετον πάντα, | μὴ λάθῃ φύγδα βὰς | ὁ ματροφόνος ἀτίτας.

121, 2. προσδέρκου, | προσφθέγγου πανταχῇ.] In B. T. [προσδέρκου,] προσπεύθου, quod haud deterius est. BRUNCK. Προσπεύθου pro προσφθέγγου habent MSS. B. T., unde Schneiderus in Lexicon recepit. Etsi sunt isti libri deteriores in rebus quam plurimis, tamen illud vellem receptum a nobis. REIS. Par. A. Ricc. A. προσφθέγγου, ut impressi. Ceteri MSS. προσπεύθου. Parum referre videtur.

(100) 124, 5. πλανάταις τις ὁ πρέσβυς, οὐδ' | ἔγχωρος.] Ita pro ἐγχώριος recte Bothius, quem sequuntur Hermannus et Reisigius. Simili errore plerique libri ἐντόπιοι v. 841.

127. τᾶνδ' ἀμαιμακετᾶν κορᾶν,] Verissime prae-

cepit olim Hermannus ad Nubes v. 558. *Male ediderunt—μεγάλαν pro μεγαλᾶν. Nam hi Dorici genitivi omnes circumflectuntur.* Multis verbis idem tradit Elmsleius ad Medeam 1230. [p. 269.] REIS. Omnes ante Hermannum et Reisigium ἀμαιμακέταν. Cujus vitii alterum exemplum νυχίαν habemus v. 1248.

129. ἃς τρέμομεν λέγειν,] Juntina A. typographi errore τρέπομεν. Quod vitium in alias edd. nonnullas manavit.

129, 131. καὶ παραμειβόμεσθ' | ἀδέρκτως, ἀφώνως, ἀλόγως,] Similia de heroibus tradit Photius: Κρείττονες: οἱ ἥρωες. δοκοῦσι δὲ κακωτικοὶ εἶναι. διὸ καὶ οἱ τὰ ἡρῷα παριόντες σιωπῶσιν.

131, 2, 3. τὸ τᾶς | εὐφήμου στόμα φροντίδος | ἱέντες.] Ex Dorismo εὐφάμου restituendum est; is enim usque ad systema anapaesticum v. 135. [138.] in hoc choro sibi constat. DOED. Idem ἀοιγία v. 197. ἆμαρ v. 682. Καφισοῦ v. 687. ἄματι v. 688. scribendum contendit. Longe plura mutanda essent, si Dorismo restituendo operam serio daremus. Aldus πανταχῆ v. 122. εὐφήμου v. 132. ξείνης v. 184. μητρόθεν v. 527. φῂς v. 531. ἐδεξάμην v. 539. ἀνήλιον v. 676. ἀνήνεμον v. 677. ἦμαρ v. 682. ἤματι v. 688. τῶν v. 718. μάτην v. 1451. ἀστραπὴ v. 1467. ἀνικήτου v. 1568. βέβηκεν v. 1678. βέβηκε v. 1684. ἔβητον v. 1696. μηδαμῇ v. 1698. ξύμφημι v. 1747.

132. Στόμα nonnunquam est *vox* vel *sermo*, ut infra 1036. [981.] Aj. 1129. [1110.] Eurip. Orest. 592. [591.] MUSGR.

133. Huc respicere videtur Photius: Ἱέντες: ἀφιέντες.

133, 4. τάδε νῦν τιν' ἥκειν | λόγος οὐδὲν ἅζονθ',] Ricc. A. τάδε νῦν. Laur. A. τὰ δενῦν (sic) cum gl. ὑπερβατόν· τινα δὲ τὰ νῦν. Ceteri MSS. recte τὰ δὲ νῦν, quod a Brunckio admissum expulit Reisigius. Simile est τὰ δ' αὐτίκα Oed. T. 1229.

134. λόγος οὐχ ἅζονθ',] Basis anapaestica, ut antistrophicus versus 166. λόγον εἴ τιν' ἔχεις. Unde liquet vitiosam esse vulgatam lectionem οὐδὲν ἅζονθ', quam adgnoscit tamen Eustathius p. 694. Triclinius inepte, sed salvo metro, οὐδὲν ἄγονθ'. BRUNCK. Ita Par. T. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium, Aldinam scripturam revocavit Reisigius. Vide ad v. 166. Vix mentione digna est var. lect. apud schol. οὐδὲν λιάζοντα.

134. Antiquorum verborum amator Sophocles ἄζονθ' pro ἀζόμενον, ut μηχανᾶν Aj. 1056. [1037.] φθέγγει Philoct. 883. [862.] Musgr. Pro φθέγγει nunc rectius legitur φθέγγου. Superiori exemplo recte utitur Musgravius. Eadem audacia ἄζοντα qua μηχανᾶν dixit noster. Ἄζομαι legitur apud Aeschylum Suppl. 660. 891. Eum. 392. 1005. Euripidem Or. 1116. Alc. 327. Heracl. 600.

138, 140. Ὅδ' ἐκεῖνος. ἐγὼ φωνῇ γὰρ ὁρῶ | τὸ φατιζόμενον.] Ita distinguunt Par. A. Ricc. A. et edd. veteres pleraeque. Recentiores: Ὅδ' ἐκεῖνος ἐγώ· φωνῇ γὰρ ὁρῶ. Laur. A. B. Par. B. F. Ricc. B. Vat. cum ed. Juntina B. ὅδ' ἐκεῖνος ὁρᾶν ἐγώ. Par. T. ὅδ'
ἐγὼ
(101) ἐκεῖνος ὁρᾶν. Farn. ὅδ' ἐκεῖνος ὁρᾶν. Quam scripturam veram esse suspicor.

138. Ὁρῶ, *video*, id est *percipio*. Verbis videndi, quum sit is sensus omnium nobilissimus, reliquorum sensuum perceptiones declarantur. Sic Aeschylus S. Th. 103. κτύπον δέδορκα. Alexis Comicus apud Athenaeum p. 134. A. Τοῦτο γὰρ νῦν ἐστί σοι | ἐν ταῖς Ἀθήναις ταῖς καλαῖς ἐπιχώριον· | ἅπαντες ὀρχοῦντ' εὐθὺς, ἢν οἴνου μόνον | ὀσμὴν ἴδωσιν. Brunck.

139. Claudicat metrum: pes enim secundus choreus est. Forsan legi potest φατιζόμενόν γ'. Heath. Ejusdem generis sunt τίς ποθ' ὁ πρέσβυς v. 143. φροντίδος ἔλθῃ v. 170. Ψαύω καὶ δή v. 173. πατρὸς ἡμετέρου v. 1757. Quae omnia pro sanis habent metrici recentiores, in primis Seidlerus de Versibus Dochm. p. 80, 1. Vide ad Ant. 932. ubi Brunckius ἄλλων ἰατρὸς conspicitur, αὐτὸς ἕλκεσιν βρύων.

143. Ζεῦ ἀλεξῆτορ,] Sic Par. A. Ricc. A. ut Aldus. Par. F. mendose ζεῦ ἀλεξῖτωρ. Ceteri MSS. ζεῦ ἀλεξήτωρ, quod admisit Turnebus. Brunckius Aldinam tacite revocavit.

143. τίς ποθ' ὁ πρέσβυς;] Iterum claudicat metrum: pes enim quartus trochaeus est. Forsan legi potest, [τίς ποθ'] ὁ πρέσβυς ὅδ'. Heath. Hoc languidum esse monet editor Parisinus; sibi vero magis placere aut τίς ποθ' ὁ πρεσβεύς, aut τίς ὁ πρέσβυς, omisso ποθ', ut versus paroemiacus sit. Vide ad v. 139.

144, 5. Οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι | πρώτας.] Dicit *fatum suum quoad felicitatem non esse primum*, i. e. *quoad infelicitatem esse ultimum*. De quo lo-

quendi modo, tum Graecis tum Latinis satis familiari, multa congessit erud. Gatakerus in Miscell. Advers. lib. 1. cap. 7. Adi et Eustathium ad Iliad. Δ. pag. 479. lin. 15. ubi locum hunc nostri adducit. BURT. Ἤγουν οὐ τῆς πρώτης μοίρας τῶν εὐδαιμονιζομένων, ἀλλὰ δηλαδὴ τῆς ἐσχάτης. Eustathius p. 479. ubi hujus schematis plurima exempla profert, quibus utitur Gatakerus Opp. T. I. p. 215. BRUNCK. Qui vertit: *Haud sane felicitatis primam sortem nactus.* Eodem redit Johnsoni versio: *Non valde suspiciendus ob summam fortunam.* Winsemius vero non *summam* sed *veterem.* Viam longe diversam ingreditur Reisigius. Inepta est Vauvilliersii conjectura πρωτῆς, i. e. πεπρωμένης.

146. δηλῶ δ'.] Par. B. T. Vat. Farn. δῆλον δ', quod admisit Turnebus. Ceteri MSS. δηλῶ δ', ut Aldus, quod revocavit Brunckius. Δῆλον δὲ Thucydides, I, 11. aliique passim.

146, 7. οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ἀλλοτρίοις | ὄμμασιν εἷρπον.] Particulam ἂν omittunt Laur. A. Par. B. F. Ricc. B. Vat. quibuscum consentit ed. Juntina. B. Ceteri MSS. οὐ γὰρ ἄν, ut vulgo.

148. κἀπὶ σμικροῖς μέγας ὥρμουν.] Metaphora a navibus, quae ὁρμεῖν dicuntur cum rudentibus vel (102) anchoris in statione firmantur. Hinc Demosthenes [de Corona] p. 319. οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς, ubi ego quidem suppleverim ἀγκύρας: *non eandem rerum suarum anchoram habet, quam populus.* MUSGR. Ἀγκύρας jam suppleverat Harpocratio p. 270. Plura collegerunt Porsonus ad Or. 68. 69. Schaeferus ad Bosium v. Ἄγκυρα, et Reisigius. Quum vero in talibus genitivi usus frequentior sit quam dativi, Reisigius legendum contendit κἀπὶ σμικρᾶς.

148. Scribitur et ὥρμων [in appendice Turnebianae], sed rectius ὥρμουν. STEPH. Laur. A. ὥρμουν a prima manu, ὥρμων a correctore. Par. F. Ricc. B. ὥρμων. Sic etiam Laur. A. in scholiis. Par. T. ὅρμουν. Ceteri MSS. recte ὥρμουν.

150, 1. Ἒ ἔ. ἀλαῶν ὀμμάτων | ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος,] Par. F. ἒ ἒ αἶ αἶ. Metrum postulare videtur Αἶ αἶ. Deinde Par. B. ἀγλαῶν. Vat. φοιτάλμιος. De constructione [verborum ἀλαῶν ὀμμάτων φυτάλμιος] confer citata ad El. 234. [232. ἀνάριθμος ὧδε

θρήνων.] Musgr. Hr. Stephanus in Thesauro, Vol. IV. p. 296., ἀλαὸς ὀμμάτων proponit: in quo diutius commorari non lubet. Genitivos cum φυτάλμιος jungendos esse, facile perspicitur. Reis. Exempla a Musgravio indicata parum ad rem sunt. Satis constat, verba ἀλαῶν ὀμμάτων φυτάλμιος idem significare quod ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος v. 1200. Sed φυτάλμιος quidvis potius significat quam *expers*. Apud Aeschylum Ag. 335. φυτάλμιοι γέροντες sunt *genitores*. Apud Euripidem Rhes. 920. λέκτροις φυταλμίοις recte ab Hesychio explicatur φυτευτικοῖς, γονίμοις. Plura de hoc adjectivo Blomfieldius ad Ag. 318. Scholiastae nostri interpretatio, ἀπὸ φύτλης, ἀπὸ γενέσεως, ἐξ ἀρχῆς, sententiae manifesto repugnat. Metrum sibi magis exploratum esse quam constructionem ingenue fatetur Reisigius.

151. ἆρα καὶ ἦσθα] Affirmative dicuntur haec, non interrogative, ut putavit Johnsonus, [qui vertit, *Heu heu, num caecus infelix natus es?*] Pro ἆρα autem legendum est ἄρα. Heath. Malim interrogative accipere: nihil enim in praecedentibus video, unde Chorus conjicere posset, eum a natalibus visu privatum fuisse. Musgr. Par. F. ἆρα καὶ ἦσθα.

152. δυσαίων,] Ante hanc vocem interpungunt Stephanus aliique ante Brunckium, post eam Reisigius, utrobique Brunckius, neutrobique Aldus et Turnebus. E diversis interpungendi rationibus oriuntur diversae significationes. Brunckium sequor, qui ver-
(103) tit: *Caecus ergo es, infelix, et senex, ut conjicere est.* Sed in hac interpretatione quaeri potest, utrum *infelix* nominativus sit an vocativus.

152. μακραίων τ' ἔθ', ὡς ἐπεικάσαι.] Vocabulum ὡς versus respuit, nec incommode abesse potest. Cant. Potius legendum videtur μακραίων θ', ὡς ἐπεικάσαι, aut saltem ὡς εἰκάσαι. Heath. Propter librorum consensum delere non ausus sum: sin ita versum refingas, μακραίων τ' ἔτ' ἐπεικάσαι, habebis ad amussim convenientem tertio illi Strophes praecedentis, ὁ πάντων ἀκορέστατος. Burt. Priorem Heathii conjecturam tacite adoptavit Brunckius. Consentit Vat. qui solus μακραίων θ'. Par. B. F. μακραίων τε θ'. Par. T. Farn. μακραίων τ' ἔθ', ut Turnebus. Ceteri MSS. μακραίων τέ θ' ut Aldus. Omnes ὡς ἐπεικάσαι. Gl. in Laur. A. λείπει τὸ εἰ. Olim scriptum suspicor

λείπει τὸ ὡς. Confer Oed. T. 82. Ἀλλ' εἰκάσαι μὲν, ἡδύς. Canteri conjecturam ab Hermanno jam recte adoptatam Doederlinus ut suam protulit. Turnebianam scripturam revocavit Reisigius.

153, 4. ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοὶ | προσθήσεις τάσδ' ἀράς.] Sic Aldus et codd. veteres. Verum pro ἐμοὶ legendum ἡμῖν, ut metra congruant. Versus antithetici sunt: λεύσσεις νιν; προσδέρκου. | ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἡμῖν. BRUNCK. MSS. Tricliniani ἀλλά γ' οὐ μὰν ἐν ἡμῖν. Ceteri ut Aldus. Impressi Tricliniani: ἀλλά γ' οὐ μὰν ἔν γ' ἡμῖν.

156, 7, 8. ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀ | φθέγκτῳ μὴ προσπέσῃς νάπει | ποιάεντι,] Omnes MSS. προσπέσῃς, προσπέσῃς, vel προσπέσῃς. Hermannus et Reisigius προπέσῃς, quod metro quidem satis facit. Si recte se habet haec scriptura, statuendum est ἵνα abundare, quae scholiastae sententia esse videtur. Ait enim: καὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν συνήθειαν εἰώθαμεν λέγειν οὕτως, ἵνα παραγένῃ πρὸς ἐμέ, βούλομαί σοι σημαίνειν. Didymi, ni fallor, sunt verba. Hoc vult dicere, in communi sermone saepe audiri ἵνα παραγένῃ pro παραγενοῦ. Secus, opinor, Attici. Quapropter vide an legendum προπεσεῖ, ut ἵνα μὴ προπεσεῖ idem dicat quod ὅπως μὴ προπεσεῖ. Videndi interpretes ad Aeschyli Prom. 68. ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτε. Si recte se habet προπέσῃς, conferendus noster Ant. 215. Ὡς ἂν σκοποὶ νῦν ἦτε τῶν εἰρημένων. Hoc est, σκοποὶ νῦν ἐστε.

158. Vat. apud Dorv. ποιήσοντι, apud Amatium ποίησον τι.

158, 9, 60. κάθυδρος οὗ | κρατὴρ μειλιχίων ποτῶν | ῥεύματι συντρέχει.] Verte ad mentem Scholiastae, *ubi crater aqua plenus simul dulcis potus fluento* (id est, *melle*) *miscetur*. Vide infra v. 482—486. 493. 494. [469—473. 480. 481.] HEATH.

158. Legitur et κάθυγρος [in appendice Turnebianae]. STEPH. Ita Par. T. Vat. Farn. et a prima manu Par. A. De Par. B. incertus sum. Ceteri MSS. κάθυδρος, ut impressi.

159. Laur. A. πότων pro ποτῶν. Nescio an rectius. (104)

161, 2. τόν, ξένε πάμμορ', εὖ | φύλαξαι.] Τόν, *hunc.* Rectius tamen legi posse puto τό, id est τοῦτο, *hoc diligenter cura.* HEATH. Τῷ, *quocirca.* Aldus

et membr. τῶν. In B. τόν. Utrumque mendosum. Brunck. Etiam Doederlinus τό. Par. B. Vat. τόν, quod admisit Turnebus. Par. T. τῶν. Ceteri MSS. τῶν, ut Aldus, quod revocavit Reisigius. Recte Brunckius τῷ, quod eodem sensu exstat Oed. T. 511.

161. Saepius non legitur πάμμορος, quod περὶ πάντα δυστυχής interpretatur scholiastes.

163, 4. πολ|λὰ κέλευθος ἐρητύει.] Malim ἐρητύοι, *multa te via ab isto saltu* (νάπει) *sejungat.* Musgr. Musgravius optativum expetit ἐρητύοι. At Chorus haec non optasset, sed imperasset, ἐρητυέτω, eam si verbis declarare sententiam voluisset, ut longa abesset via Oedipus a sacris locis. Nunc autem in huncce modum loquitur: *difficile est colloqui tecum isto loco; longum* enim *impedit spatium:* ut hoc quoque argumento eum permoveat ad obsequium praestandum. Reis. Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium ἐρητύει. Ricc. A. ἐρῆ τύει. Ceteri MSS. ἐρατύει, ut Aldus. Bothius ad mentem Musgravii ἐρατύοι.

166, 7. λόγον εἴτιν' ἔχεις | πρὸς ἐμὰν λέσχαν, ἀβάτων ἀποβὰς,] Distinguendum est post ἔχεις, non post λέσχαν; et ita locus vertendus: *Si sermonem aliquem habes, quem mecum communicare cupis, ex adytis ad consessum meum transgressus.* Βὰς enim, quod in ἀποβὰς continetur, ad praecedentia, πρὸς ἐμὰν λέσχαν, transferri debet. Ut metrum autem versus prioris antithetico respondeat, legi forsan potest, λόγον εἴ τινά γ' ἔχεις. Heath. Longe melius Reisigius λόγον εἴτιν' ἴσχεις. Sed in Laur. A. ἔχεις supra scriptum habet οἴσεις, quod quum pro interpretatione haberi non possit, manifesto pro varia lectione accipiendum est. Admisso οἴσεις, jam non opus ut sollicitetur veterum librorum lectio λόγος οὐδὲν ἄξονθ' v. 134. Confer omnino Trach. 123. Ὧν ἐπιμεμφομένα σ', ἀδεῖα μέν, ἀντία δ' οἴσω. Quod attinet ad interpunctionem, conjungenda sunt verba λόγον εἴτιν' οἴσεις πρὸς ἐμὰν λέσχαν, deinde ἀβάτων ἀποβὰς ἵνα πᾶσι νόμος, in quibus supplendum ἐκεῖσε, ut infra vv. 812. 900. Vide ad Bacch. 1380.

167. ἀβάτων ἀποβὰς,] Perperam in Aldina ἀπ' ἀβάτων ἀποβὰς, metro corrupto. Brunck. Laur. A. (a prima manu) Par. A. Ricc. A. ἀπ' ἀβάτων. Laur.

B. ἀποβάντων. Par. T. Farn. ἀβάταν. Laur. A. (a correctore) Par. B. F. Ricc. B. Vat. recte ἀβάτων (165) sine praepositione, quam omittunt omnes edd. recentiores.

170. Θύγατερ, ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ;] Omnes MSS. praeter Par. A. Ricc. A. ἔλθοι. Optativum admisit Turnebus, sed subjunctivum revocavit Stephanus, nec quisquam iterum expulit. Confer v. 310, ποῖ φρενῶν ἔλθω, πάτερ; Plura de hac constructione vide ad Ant. 604. Τεάν, Ζεῦ, δύναμιν τίς ἀνδρῶν ὑπερβασία κατάσχῃ;

172. εἴκοντας ἃ δεῖ, κοὐκ ἄκοντας] Mendose in Aldina [κοὐκ] ἀκούοντας. BRUNCK. Κἀκούοντας, parentes, obedientes. Ex conjectura sic dedi, cum ed. Ald. haberet κοὐκ ἀκούοντας, H. Steph. vero κοὐκ ἄκοντας. Ἀκούειν parere habetur Eurip. Cyclop. 120. MUSGR. Cujus conjecturam recte admisit Bothius. Grammaticus apud Bekkerum p. 79. Ἀκούειν: ἀντὶ τοῦ πειθαρχεῖν. Δημοσθένης κατὰ Λεπτίνου. Alius p. 369. Ἀκούειν: ἐπὶ τοῦ πείθεσθαι. Δημοσθένης. Minus recte Par. B. T. Vat. Farn. κοὐκ ἄκοντας, quod admisit Turnebus. Quanti faciendus sit horum quatuor librorum consensus, declaravi ad v. 13. Ceteri MSS. κοὐκ ἀκούοντας, ut Aldus.

173. ΟΙ. Πρόσθιγέ νῦν μου. ΑΝ. Ψαύω καὶ δή.] Verba Πρόσθιγε νῦν μου Antigonae continuant edd. recentiores ante Brunckium, Oedipo vero tribuunt Ψαύω καὶ δή. Cui rationi obstat concursus vocalium, de quo vide ad v. 140.

174. Ὦ ξεῖνοι,] Laur. A. B. Par. B. F. Ricc. B. Vat. ὦ ξένοι.

174. μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ,] Hoc est, μὴ δῆτα ἀδικήσητέ με, vel, si mavis, μὴ δῆτα ἀδικηθῆναί με ἐάσητε. Hoc exemplo utitur Hermannus apud Schaeferum ad Gregorium p. 867. Hermanni verba sunt: *Ac prima conjunctivi persona saepe sic usurpatur, ut admonitio ad secundam spectet.* Alterum exemplum praebet noster Trach. 803. εἰ δ' οἶκτον ἴσχεις, ἀλλά μ' ἔκ γε τῆσδε γῆς | πόρθμευσον ὡς τάχιστα, μηδ' αὐτοῦ θάνω. Adde Euripidem Herc. 1399. Ἀλλ' αἷμα μὴ σοῖς ἐξομόρξωμαι πέπλοις. Omnium primus Homerus Il. Α. 26. Μή σε, γέρον, κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω. Hactenus de prima persona singulari. De plurali nonnihil dixi ad μεμνώμεθα Oed. T. 49.

175. *πιστεύσας καὶ μετανάστάς.*] Vulgo *σοὶ πιστεύσας.* Pronomen a mala manu additum, non adgnoscit B. BRUNCK. Abest quidem *σοὶ* ab eo libro, sed ejus loco legitur *ὑμῖν* superiori versui additum. Consentit, ut solet, Vat. Vulgatam diserte agnoscit scholiastes.
(106) Omnino revocandum *σοὶ* censet Doederlinus, ne versus sit paroemiacus, qui locum non habeat. Ita jam fecerat Hermannus. Sed Reisigius, qui versum paroemiacum hoc loco omnino necessarium esse vidit, *ὦ* ante *ξεῖνοι* delere maluit.

176, 7. *Οὔτοι μήποτέ σ᾽ ἐκ τῶνδ᾽ ἑδράνων, | ὦ γέρον, ἄκοντά τις ἄξει.*] Rectius fortasse fecissem, si syllabam *ὦ* ad priorem versum retulissem. Idem metrum v. 510. *Δεινὸν μὲν τὸ πάλαι κείμενον ἤδη | κακόν, ὦ ξεῖν᾽, ἐπεγείρειν.* Item v. 696. *οὐδ᾽ ἐν τᾷ μεγάλᾳ Δωρίδι νάσῳ | Πέλοπος πώποτε βλαστόν.* Primus pes molossus est, ceteri ionici a minore. Tetrameter est v. 694. *Ἔστιν δ᾽ οἷον ἐγὼ γᾶς Ἀσίας οὐκ ἐπακούω.* Trimetri in eodem carmine vv. 701. 703. Plures indicavit Gaisfordius ad Hephaestionem p. 308.

177. Plerique MSS. *ἄξει*, ut impressi omnes. Par. B. *ἀγάγῃ.* Vat. *ἀγάγοι.* Subjunctivum, ni fallor, postulat sententia. Sed subjunctivus hujus verbi metro repugnat. Si recte se habet *ἄξει*, actum est de mea opinione, quam mox plenius expositurus sum. Sed quis nescit, quoties apud hos scriptores omnium librorum scripturam omnes corruptam fateamur, neque probabili conjectura sanare possimus? V. 166. sententiae optime convenit vulgata scriptura *λόγον τίν᾽ ἔχεις,* neque cuiquam unquam in mentem venisset *οἴσεις,* si interissent membranae Laurentianae, quarum auctoritate hanc scripturam reposui. Non igitur nihil pro corrupto habendum, quod facilem ex conjectura emendationem non admittat. Pro *ἄξει* vero legendum suspicor *ἄρῃ.* Ita v. 265. *οἵτινες βάθρων | ἐκ τῶνδέ μ᾽ ἐξάραντες, εἶτ᾽ ἐλαύνετε.* Item v. 558. *τίς σ᾽ ἐξῆρεν οἴκοθεν στόλος;* Trach. 801. *ἀλλ᾽ ἆρον ἔξω, καὶ μάλιστα μὲν μέθες | ἐνταῦθ᾽, ὅπου με μήτις ὄψεται βροτῶν.* Nihil omnino de futuro *ἄξει* Reisigius, qui tamen subjunctivos *κρατήσωσιν* v. 408. *ὀδοιπορήσῃς* v. 849. *ἐπεύξωνται* v. 1024. a Brunckio improbatos revocavit. Idem cum Brunckio *κυρήσεις* v. 1703. *quia,* inquit, *temporis perennitas ostenditur.* Brunckius ubique sequutus est Dawesium Misc. Crit. p. 222. cujus verba sunt: *Exigit sermonis ratio ut*

vocülae οὐ μὴ vel cum futuro indicativo, vel cum aoristo altero formae subjunctivae construantur." Haec ille. Mirarer equidem, si bene Graecum esset οὐ μὴ μάθῃς, soloecum vero οὐ μὴ διδάξῃς. Miror etiam Dawesium non vidisse, exemplum quod dedit primum longe diversum esse a secundo. In verbis οὐ μή σ' ἐγὼ περιόψομ' ἀπελθόντ' apud Aristophanem Ran. 512. particula μὴ omnino πλεονάζει. In illis vero apud Euripidem Med. 1151. οὐ μὴ δυσμενὴς ἔσει φίλοις, sensus non est οὐκ ἔσει, sed μὴ ἴσθι. Meam de hac quaestione sententiam saepius exposui. Vide in primis Censurae Trim. T. VII. p. 454. (107) Οὐ μὴ cum futuro vetantis est, cum subjunctivo vero negantis. Οὐ μὴ γράψεις igitur valet μὴ γράφε aut μὴ γράψῃς, οὐ μὴ γράψῃς vero οὐ γράψεις. Hoc discrimen quum ignorarent librarii, saepissime subjunctivum pro futuro, interdum vero futurum pro subjunctivo nobis dederunt. Exemplorum in quibus vulgo aut recte legitur futurum, aut male subjunctivus, magnam copiam collegi ad Euripidis verba οὐ μὴ δυσμενὴς ἔσει φίλοις. De his omnibus Dawesio Brunckioque prorsus assentior. Exempla alterius constructionis plus L. apud Aeschylum, Sophoclem, Euripidem et Aristophanem reperi, quae omnia studiosis indicabo. Aeschylus φύγῃ Suppl. 237. ἀπόσχωνται 764. ληφθῶ Theb. 38. φύγῃ 205. φύγῃς 287. προδῶς Cho. 895. λίπω (ita Porsonus aliique pro λείπω) Eum. 225. Sophocles ἐκφήνω Oed. T. 329. στερηθῇς 771. ἄξει Oed. C. 177. κρατήσωσι 407. λάχωσι 450. προδῶ 649. ὁδοιπορήσῃς 849. ἐπεύχωνται 1024. κυρήσῃς 1703. σφαλῶ Trach. 621. λάβω 1192. ἴδῃ Aj. 83. ὑβρίσῃ 560. πίθηται Phil. 103. ἐκπλεύσῃς 381. θάνωσι 412. πέρσοιεν 612. γνῶσι El. 43. πάθῃς 1029. μεθέψομαι 1052. Euripides φύγητε Hec. 1039. πράξειν Phoen. 1585. μεθῶ Med. 728. κίχῃς Suppl. 1069. (ubi Aldus ἂν pro μὴ) μόλω Iph. A. 1465. λίπῃ 1504. ἀφορμίσῃ Iph. T. 18. σώσῃ Tro. 693. θελήσῃ Bacch. 850. φύγητε Cycl. 662. ψαύσῃ Heracl. 385. σωθῇ Hel. 299. μόλῃ Herc. 718. Aristophanes ἁλῶ Ach. 662. οὐρήσω μήδ' ἀποπάρδω Vesp. 393. παύσει Pac. 1037. ποιήσει 1225. ἐπιλάθῃ 1302. παραβῶμεν Av. 461. λάβηται Lys. 363. καθίλωσι 493. παύσησθε 705. ἀκούσαιτ' Thesm. 1178. περιόψομαι Ran. 512. Ita apud Aeschylum Stanleius, apud Sophoclem et Euripidem Aldus, apud Aristophanem Kusterus. De plerisque nulla lis est. De quibus vero

non idem mihi videtur, quod Dawesio et Brunckio,
numero sunt XXI. de quorum singulis aliquid dicen-
dum videtur. I. Sophocles Oed. T. 328. ἐγὼ δ' οὐ
μήποτε, | τἄμ' ὡς ἂν εἴπω, μὴ τὰ σ' ἐκφήνω κακά.
Omnes libri recte ἐκφήνω. Alterum μὴ abundare pri-
mus monuit Erfurdtius. Hoc si vidisset Brunckius,
haud dubie ἐκφανῶ reposuisset. Sed ille viam longe
diversam ingressus est. II. Oed. C. 176. Οὔτοι μή-
ποτέ σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων, ὦ γέρον ἄκοντά τις ἄξει.
Lego ἄρῃ. III. IV. V. VI. Oed. C. 408. 849. 1024.
1703. In his omnibus subjunctivum habet Aldus, fu-
turum Brunckius. VII. Aj. 560. Οὔτοι σ' Ἀχαιῶν,
οἶδα, μήτις ὑβρίσῃ. Frustra Brunckius ὑβρίσει. Fu-
(108) turum est ὑβριεῖ. VIII. Phil. 380. καὶ ταῦτ', ἐπειδὴ
καὶ λέγεις θρασυστομῶν, | οὐ μήποτ' εἰς τὴν Σκῦρον
ἐκπλεύσῃς ἔχων. Brunckius ἐκπλεύσεις. Non memi-
nerat verbi πλέω futurum esse πλεύσομαι vel πλευσοῦ-
μαι. Non magis proba forma videtur ἐκπλεύσεις quam
ἀκούσεις. IX. Phil. 610. ὃς δὴ τά τ' ἄλλ' αὐτοῖσι
πάντ' ἐθέσπισε, | καὶ τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ' ὡς οὐ
μήποτε | πέρσοιεν, εἰ μὴ τόνδε πείσαντες λόγῳ | ἄγοιντο
νήσου τῆσδ', ἐφ' ἧς ναίει τὰ νῦν. In uno MS. re-
peri πέρσειεν. Nisi abundat μή, legendum πέρσειαν.
Idem valet οὐ μήποτε πέρσειαν post ἐθέσπισε, quod
οὐ μήποτε πέρσωσι post θεσπίζει. X. El. 1052. ἀλλ'
εἴσιθ'. οὔ σοι μὴ μεθέψομαί ποτε. Audacior esset,
qui μετάσπωμαι reponeret. Neque opus, quum οὗ,
ubi, praebeant membranae Laur. XI. Euripides
Phoen. 1584. σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας, οἱ μήποτε |
σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος, εὖ πράξειν πόλιν. Nisi
abundat μή, legendum πρᾶξαι. Infinitivus οὐ μὴ
πρᾶξαι valet οὐ πράξειν. XII. XIII. XIV. XV. Iph.
T. 18. Tro. 693. Bacch. 850. Heracl. 385. Aldus
ἀφορμίσῃ, σώσῃ, θελήσῃ, ψεύσῃ. Matthiae ἀφορμίσει
(mendose pro ἀφορμιεῖ), σώσει, θελήσει, ψεύσει.
XVI. Aristophanes Vesp. 393. Subjunctivus est
οὐρήσω, quod pro futuro acceperunt Dawesius et
Brunckius. Futurum est οὐρήσομαι, unde οὐρησόμενα
Pac. 1265. XVII. XVIII. Pac. 1037. 1225. Vulgo
παύσει, ποιήσει. Subjunctivum reponam, etiam con-
tra omnes MSS. XIX. Lys. 705. Vulgo παύσησθε.
Brunckius sine libris παύσεσθε. XX. Thesm. 1178.
ἣν οὖν κομίσωμαι τοῦτον, οὐδὲν μήποτε | κακῶς
ἀκούσαιτ'. Brunckius ἀκούσετ' eodem errore quo
ἐκπλεύσεις apud Sophoclem Phil. 381. Paullo melius

esset ἀκούσεσθ᾽, sed legendum ἀκούσῃτ᾽. XXI. Ran. 511. Μὰ τὸν Ἀπόλλω, οὐ μή σ᾽ ἐγὼ | περιόψομαι ἀπελθόντ᾽. Dele inutilem particulam οὐ. Confer Av. 194. μὰ γῆν, μὰ παγίδας, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα, | μὴ ᾽γὼ νόημα κομψότερον ἤκουσά πω. Lys. 916. Μὰ τὸν Ἀπόλλω, μή σ᾽ ἐγώ, | καίπερ τοιοῦτον ὄντα, κατακλινῶ χαμαί. Eccl. 991. Μὰ τὴν Ἀφροδίτην, ἥ μ᾽ ἔλαχε κληρουμένη, | μὴ ᾽γώ σ᾽ ἀφήσω. Hactenus loca, in quibus a Brunckio dissentio. Ejus sententiae repugnant III. IV. V. VI. VII. VIII. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XIX. XX. meae II. IX. X. XI. XVII. XVIII. XX. XXI. Sed nullum mihi vere molestum est, praeter ἄξει Oed. C. 177. Ceterum assentior iis, qui hanc constructionem olim ellipticam fuisse putant. Plene Aristophanes Eccl. 646. ὥστ᾽ οὐχὶ δέος μή σε φιλήσῃ. Xenophon Memorab. II. 1, 25. οὐ φόβος μή σε ἀγάγω ἐπὶ τὸ ταῦτα πορίζεσθαι. Plato Apologia T. I. p. 28. A. οὐδὲν δὲ δεινὸν μὴ ἐν ἐμοὶ (109) στῇ. Phaedone p. 84. B. οὐδὲν δεινὸν μὴ φοβηθῇ. De Rep. T. II. p. 465. B. οὐδὲν δεινὸν μήποτε ἡ ἄλλη πόλις—διχοστατήσῃ.

179. Ἔτ᾽ οὖν ἔτι προβῶ;] Duas voces ἔτι προβῶ expulit Bothius, quem sequitur Reisigius. Tres Ἔτ᾽ οὖν ἔτι Hermannus. Altera ratio melior mihi videtur.

179. Ἐπίβαινε πρόσω.] [Legendum] ἔτι βαῖνε. Reisk. Ita Hermannus. Bothius vero et Reisigius Ἐπίβαινε, ut vulgo. Hi omnes πόρσω.

180. Ἔτι;] Reisigius Προβῶ e superiori versu.

180, 1. Προσβίβαζε, κούρα, | πρόσω.] Est qui mavult προβίβαζε. Lond. B. Par. B. T. Vat. Farn. προσβίαζε. Ceteri MSS. προσβίβαζε, ut Aldus, nisi quod Par. A. a prima manu προβίβαζε habet. Sic etiam Bothius, Hermannus, Reisigius. Ceterum haec verba cum sequentibus σὺ γὰρ ἀΐεις Oedipo continuat Laur. A.

181. σὺ γὰρ ἀΐεις.] Par. B. T. Vat. Farn. σὺ γὰρ αἴεις.

182, 3. Ἕπεο μάν, ἕπε᾽ ὧδ᾽ ἀμαυ|ρῷ κώλῳ, πάτερ, ᾇ σ᾽ ἄγω.] Laur. A. ἕσπεο μ᾽ ἂν ἕσπε᾽ ὧδ᾽. Idem in margine ἕπεό μοι. Par. B. Vat. ἕσπεο μ᾽ ἂν ἕσπεο δ᾽ ὧδ᾽. Par. T. Farn. ἕσπεο μὰν ἕσπεο δ᾽ ὧδ᾽. Ceteri MSS. ni fallor, ἕπεο μὰν ἕπε᾽ ὧδ᾽, nisi quod Par. F. μ᾽ ἂν habet. Turnebus in textu: Ἕσπεο μάν, ἕσπε᾽ ὧδ᾽ ἀμαυρῷ. Idem in appendice ἕσπεο δ᾽ ἀμαυρῷ. Aldinam scripturam revocavit Brunckius.

183. Post hunc versum deesse tres versus, qui versibus 200, 1, 2, respondeant, primus monuit Hermannus. Defectum transpositione supplere conatus est Reisigius, qui versus 200. 201. leviter immutatos hic collocavit.

184. τόλμα, ξεῖνος ἐπὶ ξείνης,] Hunc versum cum tribus sequentibus choro tribuunt Hermannus et Reisigius. Laur. A. τολμᾶ. Pessime distinguunt edd. veteres: ᾧ σ' ἄγω τόλμα. ξεῖ | νος ἐπὶ ξείνης. Recte recentiores. Bothius, Hermannus et Reisigius ἐπὶ ξένης. Doricam formam praetuli.

185. ὦ τλᾶμον,] Hermannus et Reisigius recte ὦ τλάμων. Eadem varietas v. 203.

185, 6. ὅτι καὶ πόλις | τέτροφεν ἄφιλον,] Par. B. T. Farn. et fortasse Vat. (de quo tacet uterque collator) τέτροφεν ἄθλιον. Variam lectionem ἄθλιον unde sumserit Erfurdtius ad Oed. T. 1549. (1360.) nescire se fatetur Doederlinus p. 59. In margine Turnebianae reperit eam Erfurdtius, in Par. T. Turnebus. Τέτροφεν ἄφιλον valet μισεῖ.

(110) 187. καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι.] MSS. Tricliniani καὶ τὸν φίλον. Vat. καὶ φίλον sine articulo. Bothius, cujus metricae rationes a nostris diversae sunt, τὸ φίλιόν τε.

188, 9. Ἄγε νῦν σύ με, παῖ, ἵν' ἂν εὐσεβίας | ἐπιβαίνοντες,] Par. F. ἄγε δὴ νῦν.

188. Lege παῖς, ut sit nominativus pro vocativo: ut Eurip. Helen. 1419. [1415.] Conf. Nostri Electr. 794. [792.] Musgr. Praeter necessitatem παῖ in παῖς mutandum censet Musgravius probante Bothio, hiatus vitandi causa. Cf. Hermann. ad Orph. p. 721. Doed. Etiam Porsonus Adversar. p. 166. παῖς. Doederlinum sequitur Reisigius, qui contulit Aristophanem Nub. 1165. ὦ τέκνον, ὦ παῖ, ἔξελθ' οἴκων. *De hiatu, inquit, post vocativum nihil est controversiae.* Vulgatam defendit etiam Hermannus de Metris p. 373. cujus exempla maximam partem ejus sunt generis, cujus mentionem feci ad v. 140. Non male nescio quis apud Hermannum: Ἄγε, παῖ, σύ με νῦν.

188. [Legendum] ἵν' ἄμ' εὐσεβίᾳ. Reisk. Εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες. Id est, interprete Eustathio, p. 713. l. 51. εὐσεβοῦντες. Sic Euripidi, Hippol. 215. μανίας ἔποχος λόγος, est μανικὸς λόγος. Ridicula est Britanni editoris conjectura ἵν' ἄνευ σεβίας [pro ἀσεβίας]. Brunck. Εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες nequaquam solicitandum: vide

Philoct. 1599. [1495. δόξης οὔποτε τῆσδ' ἐπιβάντες.] Pors.

188. Laur. A. Par. B. F. Ricc. A. B. Vat. εὐσεβείας.

189, 90. τὸ μὲν εἴπωμεν, | τὸ δ' ἀκούσωμεν.] Vid. Eurip. Iph. Taur. 971. [964.] Heracl. 183. [et hujus fabulae v. 1287, 8.] Musgr. Ἵν' ἄν, ὡς ἄν, ὅπως ἄν, cum subjunctivo passim obvia sunt, ut significantia. Pessime Turnebus εἴποιμεν, ἀκούσαιμεν edidit, servato πολεμῶμεν. Brunck. Ἵνα, quoties ut significat, nusquam apud Graecos cum ἄν jungitur. Optima igitur est lectio Turnebi, quamvis displiceat Brunckio. Ἵνα significat ubi, et ἄν arctissime cum verbo connectendum. Eadem ratio est in Oed. Col. 405. Doed. Ἵν' ἄν nonnullis videtur pro ut valere, veluti Hermanno ad Vigerum, p. 943. Id an ita dictum sit Graecis, ignoro. A Sophocle certe bis in hac fabula, et hoc in loco et v. 395. [405.] pro ὅπου positum reperitur: alio modo dictum exstat vulgo in Aristophanis Nubibus, v. 1255. [1235.], sed nos correximus in Conjectt. p. 75. 76. Reis. Solus horum verum vidit Doederlinus. Ordo est, ἄγε με ἐκεῖσε ἵνα τὸ μὲν εἴποιμεν ἄν. Supplendum enim ἐκεῖσε, ut v. 468. Parum sententiae refert, utrum εἴποιμεν ἂν an ἐροῦμεν dicas. Optativum cum ἂν habet noster v. 405. ex certissima Brunckii conjectura. Futurum Euripides Bacch. 1379. Ἄγετ' ὦ πομποί με, κασιγνήτας | ἵνα συμφυγάδας λήψομεθ' οἰκτράς. Ubi Aldus λήψωμε barbare. Ceterum Par. A. B. Ricc. A. Vat. εἴπωμεν—ἀκούσωμεν, ut impressi plerique. Laur. A. (I i)

Par. F. Ricc. B. εἴποιμεν—ἀκούσαιμεν. Laur. B. εἴποιμεν—ἀκούσαιμεν. Par. T. εἴποιμεν—ἀκούσωμεν. Farn. εἴποιμεν—ἀκούσωμεν. Optativum utrumque recte admisit Turnebus. Subjunctivum revocavit Stephanus.

191. καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν.] Conjunctivus in hoc versu nimis offendit Brunckium; at nullo modo is cum ἵνα ἂν cohaeret; nam verba καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν significant: *et nolumus contra necessitatem pugnare.* Doed. Finge poëtam dixisse in superiore membro ἄγε με εἰς βέβηλον τόπον, quod pluribus verbis expressit, et subjunctivi πολεμῶμεν rationem perspectam habebis.

192, 3. Αὐτοῦ. μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου | βήματος

ἔξω πόδα κλίνῃς.] Gl. τοῦ ἰσοπέτρου χαλκοῦ· ἀντὶ πέτρας γὰρ χαλκοῦς ἦν. BRUNCK. Non satis facit Scholiastae enarratio. Legendum forte αὐτοπέτρου, *ex lapide nativo*, i. e. rudi, nondum expolito: ἄξεστον et ἀσκέπαρνον supra vocaverat v. 19. et 102. [101.] MUSGR. Diversa sunt ἄξεστος πέτρος v. 19. et χαλκόπους ὀδὸς v. 57.

193. Laur. A. κλίνῃς (sic) cum var. lect. γρ. κλινήσῃς. Par. F. κινήσῃς. Metro repugnat haec scriptura. Vide ad v. 176, 7.

194. Ἄλις, ὡς ἀκούεις.] Ὡς ἀκούεις, *ut jam intelligis*. MUSGR. Haec verba Antigonae tribuit Laur. A.

195. Ἡσθῶ;] *An sedere debeo?* Aoristus est primus passivus verbi ἕω, *colloco*, forma subjunctiva positus. Scholiastes videtur legisse ἧσθω, persona tertia verbi ἧμαι, *sedeo*, forma imperativa positum, et Choro, non Oedipo, tribuisse; sed perperam, ut opinor. HEATH. Ἦ ἑσθῶ. Nihil interest hoc modo scribatur ne, an cum elisione ἦ 'σθῶ*, quod Aldus e veteribus codd. expressit. Turnebus edidit ἡσθῶ, quod, etiamsi ne Graecum quidem sit, posteriores tamen editiones omnes invasit. Alteram lectionem Scholiastae memoratam, ἦ στῶ; *an stabo?* mihique, hujus judicium haud satis considerate amplexo, potiorem visam, non ita multo post comperi falsam esse et rejiciendam. Ὀκλάζειν sedendi significationem obtinet, ut supra 19. κάμπτειν κῶλα. Tum in actione hujus fabulae non aliter quam sedens exhiberi potuit Oedipus. Ab hoc versu usque ad dramatis finem, quando ad locum pergit ubi fatale est eum mori et
(I 12) sepeliri, semper in scena sedet. BRUNCK. Ricc. A. ἧσθω cum gl. καθεσθῶ. Laur. A. Par. B. Ricc. B. Vat. Farn. ἡσθῶ. Laur. B. ἧσθο. Par. A. ἦ 'σθῶ. Par. T. ἡσθῶ. Par. F. ἡστῶ. Var. lect. in Laur. A. γρ. ἦ στῶ, ὃ καὶ βέλτιον. Hanc scripturam admisit Reisigius. Hermannus vero ἑσθῶ, quod πονηροῦ κόμματος esse monet Reisigius. Verte: *Consistamne*.

195, 6. Λέχριός γ' ἐπ' ἄκρου | λᾶου βραχὺς ὀκλάσας.] Laur. A. λέχρ ιός, una litera a correctore erasa. Fuit λέχριαιός, ni fallor, quod ad λέχριος alludere videtur. Hoc habet Suidas v. Λᾶας. Ceteri libri λέχριός aut

* Ita meo periculo scripsi pro ἦ 'στῶ.

λέχριος. Usurpant hoc adjectivum Sophocles etiam Ant. 1345. Euripides Hec. 1026. Med. 1168. Si audiendi sunt grammatici, significat πλάγιος. Magis conveniret ἀσθενής.

196. Analogiae contrarius videtur genitivus λάου. Accusativum λᾶαν habet Euripides Phoen. 1164.

196. βραχὺς ὀκλάσας.] Legendum βραχύ σ' ὀκλάσας, *paulisper te inflectens.* Ὀκλάσαι autem proprie jumentorum est in crura incumbentium. Cam. Emendationem Camerarii postulare videntur et sententia et constructionis ratio. Heath. Βραχὺς ὀκλάσας. Similia quoad formam orationis sunt πολὺς ῥέων, μέγας πνέων, ταχὺν βουλεύειν Oed. Tyr. 629. [619.] non temere igitur vulgatam mutaverim. Musgr. Vide ad ξυντομωτάτως v. 1579. Ricc. A. βραχὺς ὁ κλάσας, ut Aldus. Ceteri MSS. et edd. recentiores βραχὺς ὀκλάσας, quod *flexis modice genibus* vertit Brunckius. Phrynichus apud Bekkerum p. 56. Ὀκλάσαι: τὰ τὰ γόνατα ἐγκάμψαι ἐγκαθίζοντα. Saepius non legitur apud tragicos.

197, 8, 9. Πάτερ, ἐμὸν τόδ' ἐν ἡσυχίᾳ | ἰώ μοι μοι, | βάσει βάσιν ἅρμοσαι,] Haec non bene strophae respondent, neque quidquam adjumenti praebent MSS. Hermannus ἐν ἡσυχαίᾳ dedit, et exclamationem ἰώ μοι μοι nihil in stropha, cui respondeat, habere monet. Etiam Reisigius ἐν ἡσυχαίᾳ, sed exclamationem ἰώ μοι μοι alio transtulit. Ego vero lego: Πάτερ, ἐμὸν τόδ'. ἐν ἡσύχῳ | (ἰώ μοι) βάσιν ἁρμόσαι. Ita syllaba syllabae respondet. Plene distinguo post ἐμὸν τόδ', ut servetur προκλίνας v. 201. Conf. El. 1470. οὐκ ἐμὸν τόδ', ἀλλὰ σόν, | τὸ ταῦθ' ὁρᾶν τε καὶ προσηγορεῖν φίλως. Deinde ἐν ἡσύχῳ admisi e v. 82. ὥστε πᾶν ἐν ἡσύχῳ, πάτερ, | ἔξεστι φωνεῖν. Mox tres syllabas μοι βάσει paullo audacius sustuli. Nisi legendum ἅρμοσαι, infinitivus ἁρμόσαι imperativi locum obtinet, ut in verbis ἔπειτ' ἀφέρπειν ἄστροφος v. 490. Sic etiam ἐπεύχεσθαι v. 484. ἐκπέμψαι v. 1347.

200, 1. γεραιὸν ἐς χέρα σῶμα σὸν | πρόσκλινον φιλίαν ἐμάν.] Rectius Aldina et Scholiastes vetus προσκλίνας. Immutarunt nimirum Librarii de constructione solliciti, nec animadvertentes orationem imperfectam, interpellante Oedipo abrumpi. Verte, *Senile tuum corpus in manum hanc amicam inclinans.* Heath. Πρόκλινον. Aldus et membr. προ-

κλίνας. In B. προκρίνας. In T. πρόσκλινον. Si πρόσκλινας legas, sensus erit suspensus, interpellante Oedipo; unde nihil video huic loco commodi aut venusti accedere. BRUNCK. Par. B. Ricc. A. Vat. προκρίνας. Par. T. Farn. πρόσκλινον. Ceteri MSS. προκλίνας, ut Aldus. Ita recte Hermannus et Reisigius.

203. Ὦ τλάμων.] Par. A. ὦ τλάμων. Par. B. F. (115). T. Ricc. A. Vat. Farn. ὦ τλάμον. Laur. A. B. Ricc. B. recte ὦ τλάμων, ut impressi.

203. ὅτε νῦν χαλᾷς;] Gl. in Laur. A. ἀντὶ τοῦ θαυμάζῃ. Quod non intelligo. Multa Doederlinus de χαλᾷς, quod εἴκεις καὶ οὐκ ἀντιπείνεις interpretatur scholiastes. Confer v. 840.

204. αὔδασον τίς σ' ἔφυ βροτῶν.] Laur. A. Par. A. τίς σ' ἔφυ, ut Aldus. Laur. B. Ricc. A. B. τίς ἔφυ. Par. B. Vat. τίς σ' ἔφυσε, quod a Turnebo admissum servavit Brunckius. Par. T. Farn. τίς σ' ἔφησε. Var. lect. in Laur. A. γρ. τίς ἔφυς. Hoc habet Par. F. Sic etiam Hermannus et Reisigius.

205. τίς ὢν πολύπονος ἄγῃ;] Omnes MSS. ὢν. Sed var. lect. in Laur. A. τίς ὁ πολύπονος, quam e scholiis admiserunt Hermannus et Reisigius. Hic vero in annotatione τί δ' ὁ πολύπονος legendum contendit.

205, 6. τίνα | σοῦ πατρίδ' ἐκπυθοίμαν;] Jam observavimus [ad v. 42.] soloecam hanc esse orationem: optativum enim absque particula ἂν non posse loco futuri poni. Scribo itaque: τίν' ἂν | σοῦ πατρίδ' ἐκπυθοίμαν; VAUV. Nemo non vidit particulam ἂν tam saepe a librariis omissam, necessario hic requiri, ut v. 41. 42. Soloecum est, quod vulgo legitur. BRUNCK. Particulam omittunt MSS. omnes, ut impressi.

208. Τί τόδ' ἐννέπεις, γέρον;] Concinnius evadet metrum, si pro τόδ' reponis τοῦτ'. HEATH. Τί τοῦτ' ἀπεννέπεις, γέρον; Dimeter jambicus. Perperam Aldus et codd. τόδ'. BRUNCK. MSS. plerique τί τόδ' ἀπεννέπεις γέρον, ut Aldus. Vat. τί τόδ' ἀπενέπεις γέρον. Par. T. Farn. τί τόδ' ἐννέπεις γέρον. Sic etiam edd. recentiores ante Brunckium. Hermannus et Reisigius ut Aldus, nisi quod Reisigius ὦ γέρον.

209. Μή, μή, μή μ' ἀνέρῃ τίς εἰμι,] Libri Tricliniani τίς γ' εἰμί. Hunc versum et sequentem male habuerunt Hermannus et Reisigius.

210. μηδ' ἐξετάσῃς πέρα ματεύων.] Par. B. T. Vat. Farn. μαστεύων. Legitima quidem forma, sed quae metro repugnare videtur.

212. ΧΟ. Τί τόδ' οὖν; ΟΙ. Δεινὰ φύσις. ΧΟ. Αὔδα.] [Ita Heathius.] Versus est anapaesticus. Perperam Aldus et codd. τί τόδε. BRUNCK. Hanc scripturam revocarunt Hermannus in Epitoma et Reisigius. Ego vero dedi Τί δέ, ut metrum esset ionicum a minore, ut in sequenti versu. Similis varietas v. 1469.

212. Αὔδα in B. T. Choro tributum, recte. (114) BRUNCK. Choro jam tribuerat Heathius et ante Heathium Turnebus in appendice. Antigonae tribuit Laur. A. ut Aldus.

213. τί γεγώνω;] Sic Eustathius p. 709. l. 43. Verbum est barytonum. Vide Aeschylum Prom. 193. 790. [786.] BRUNCK. Laur. A. Par. F. Ricc. B. γεγώνω penacute. Ceteri MSS. et impressi ante Brunckium γεγωνῶ.

214, 5. Τίνος εἶ σπέρματος, | ξεῖνε, φώνει πατρόθεν;] Ita omnes MSS. nisi quod Vat. τίς εἶ σπέρματος, Par. T. Farn. ξένε habent. Hoc admisit Turnebus. Heathius ὦ ξένε. Brunckius ξεῖνε, ut Aldus. Hermannus in Elementis ὦ ξένε, in Epitoma ξεῖνε. Reisigius vero: Τίνος εἶ; σπέρμα τὸ σόν, | ξένε, φώνει πατρόθεν.

216—227. Sex sunt versiculorum paria, quorum par unumquodque hexametrum heroicum conficeret, si abesset paeon quartus post caesuram penthemimerim insertus. E. g. Οἴμοι ἐγώ, τί πάθω, [τέκνον ἐμόν;] Λέγ', ἐπείπερ ἐπ' ἔσχατα βαίνεις. Heathius et Brunckius, qui metrum anapaesticum esse credebant, conjecturis inutilibus indulserunt.

216. Ὤι μοι ἐγώ, τί πάθω, τέκνον; ὤ μοι.] Versus est anapaesticus. Contra metri rationem, quin etiam frigide vulgo legitur τέκνον ἐμόν. BRUNCK. Neque versus est anapaesticus, neque frigidum τέκνον ἐμόν, quod recte revocavit Reisigius. Ita omnes MSS. nisi quod a Par. F. abest ἐμόν. Hermannus in Elementis: Ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω, τέκνον; ἰώ. Sed in Epitoma recte τέκνον ἐμόν.

217. Λέγ', ἐπείπερ ἐπ' ἔσχατα μένεις.] Legitur et βαίνεις [in margine Turnebianae], quod si metri mensura admittat, malim. STEPH. Istam lectionem non admittit tantum, sed etiam postulat metrum, cum

versus sit paroemiacus. HEATH. Ἐπ' ἔσχατα βαίνεις. Sic liquido scriptum in T. Ceteri μένεις, quod quidem facile erat emendatu. M et β in antiquis codd. fere eandem habent formam: αι et ε passim confunduntur: hinc ortus error. Βένεις scriptum fuit pro βαίνεις. BRUNCK. Par. T. Farn. βαίνεις, quod nemo admisit ante Brunckium. Ceteri MSS. μένεις, quod parum distat a μένεις, i. e. βένεις.

218. Ἀλλ' ἐρῶ· οὐ γὰρ ἔχω καταχρυφάν.] Laur. A. χρυφάν supra scripto κατα, quod in Ricc. B. prorsus omissum est. Par. T. Farn. κακακρυφᾶν (sic). Gl. in Par. T. ἤγ. κρύπτειν.

219. Μακρὰ μέλλετ'; ἀλλὰ ταχύνατε.] Omnes MSS. (115) praeter Triclinianos μέλλετ', plerique ταχύνετε. Par. A. Ricc. A. ταχύνατε, ut Aldus. Sic etiam Vat. apud Dorvillium. Libri Tricliniani: Μακρὰ μέλλετέ γ', ἀλλὰ ταχύνετε. Hermannus: Μακρὰ μέλλετον, ἀλλὰ τάχυνον. Reisigius: Μακρὰ μέλλετον, ἀλλὰ ταχῦναι. Dedi τάχυνε, quod habent Aeschylus Pers. 694. Euripides Andr. 551. Rhes. 637. Pro μέλλετ' vero nescio an legendum μέλλομεν. Confer v. 1627. Ὦ οὗτος, οὗτος Οἰδίπους, τί μέλλομεν | χωρεῖν;

220. ΟΙ. Λαΐου ἴστε τίν' ἀπόγονόν; ΧΟ. Ὦ ὤ, ἰού.] Ita fere Aldus et Brunckius. Libri Tricliniani alterum ἰού addunt. Sic etiam Vat. qui solus λάϊον habet. Ceteri MSS. λαΐου ut vulgo. Omnes ἀπόγονον. Hermannus: ΟΙ. Λαΐου ἴστε τίν' ΧΟ. Ὦ. ΟΙ. Ἀπόγονον; Ita quidem constat metrum. Sed rectius ἀπόγονον pro interpretis additamento accepit Reisigius, qui dedit: ΟΙ. Λαΐου ἴστε τίν' — ΧΟ. Ὦ, ἰώ, ἰώ. Quum deleto ἀπόγονον versus una syllaba brevior sit, addidi οὖν, quod post οἶσθα in sententia interrogativa saepe positum reperitur, ut apud nostrum Trach. 1193. Οἶσθ' οὖν τὸν Οἴτης Ζηνὸς ὕψιστον πάγον; Ceterum Laur. A. B. Par. F. Ricc. B. ὦ ὢ ἰού. Par. A. ὦ ὢ ἰού. Par. B. ὦ ὢ ἰού. Ricc. A. ὢ. ὤ. ἰού. Par. T. ὦ ὤ. ἰού ἰού. Vat. ὦ ὢ ἰού ἰού.

222. Ἄθλιον Οἰδιπόδαν;] De hac forma vide Valckenarium ad Phoeniss. [820.] p. 306. Male in B. Οἰδίποδα. BRUNCK. Par. B. Vat. οἰδιπόδα (sic). Par. F. οἰδίποδα. Ceteri MSS. οἰδιπόδαν.

223. Δέος ἴσχετε μηδέν, ἅσ' αὐδῶ.] Par. B. Vat. ὧν αὐδῶ.

224. Ἰώ, ἰώ.] Par. A. Ricc. A. bis ἰώ, ter ὤ, ut Aldus. Laur. A. B. Par. F. ἰὼ ὢ ὢ ὤ. Par. B.

Vat. ἰὼ ὢ ὢ ὤ. Ricc. B. ἰὼ ὢ ὤ. Par. T. Farn. ἰώ. ὢ ὤ. Hoc admisit Turnebus. Brunckius: Ἰώ, ὢ ὤ. Nihil horum satis metro convenit.

224. *Δύσμορος.*] Par. B. Vat. δύσμωμος. Par. T. δύσμορος (μωμος supra scriptum). Ceteri MSS. δύσμορος, ut impressi.

224. *Ὢ ὤ.*] Laur. B. ἰού ὢ ὤ. Par. B. Vat. ὢ ὢ ἴθι. Ceteri libri aut ὢ ὤ, aut ὢ ὤ, aut ὤ ὤ, ut Aldus.

226. *Ἔξω πόρσω βαίνετε χώρας.*] Versus est anapaesticus. Recte in T. scriptum πόρσω. Ceteri cum Aldo contra metri rationem πρόσω. Gl. πόῤῥω. BRUNCK. Soli MSS. Tricliniani πόρσω, quod admisit Turnebus. Solus Vat. πρόσω προβαίνετε. Metro convenientior scriptura esset: Ἔξω χώρας βαίνετε πρόσω. Sed vulgatum ordinem mutare non audeo.

227. *Ἃ δ' ὑπέσχεο,*] Laur. A. ὑπέσχετο. Par. B. ὑπέσχεν. Vat. ὑπέσχου. Ceteri MSS. recte ὑπέσχεο. (116) Respiciunt haec verba ad v. 176, 7.

227. *ποῖ καταθήσεις;*] *Quomodo* (vel *ubi*) *exsolves?* Dicitur ut καταθεῖναι ἀργύριον. MUSGR. Sic infra v. 476. τὸ δ' ἔνθεν ποῖ τελευτῆσαί με χρή; Conf. v. 383. Nihil Lexicographi nostri de hoc usu particulae ποῖ. SCHAEF. Par. B. Vat. ποῦ. Par. T. ποῖ (οῦ supra scriptum). Ceteri MSS. ποῖ, ut impressi, quod verum videtur. Exemplis adde Aristophannem Lys. 193. Ποῖ λευκὸν ἵππον;

229—236. Sequitur systema dactylicum purum, quod claudit penthemimeris iambica. Priorem partem usque ad ἀντιδίδωσιν ἔχειν Oedipo continuat Aldus, reliquam choro tribuit. Rectius omnia choro tribuunt ed. Juntina B. et omnes recentiores, quibuscum consentiunt MSS. plerique, nominatim Laur. A.

229. *οὐδενὶ μοι ῥαδία τίσις ἔρχεται.*] Ita fere Par. A. Ricc. A. ut Aldus. Laur. A. a prima manu οὐδενί μοί ῥαιδία τίσις, a correctore vero οὐδενὶ μοίραι δία τίσις. Laur. B. οὐδενὶ μοιραδία τίσις. Ricc. B. οὐδενὶ μοίραδια (sic) τίσις. Par. F. οὐδενὶ μοῖρα διά- τισις. Par. B. T. Vat. Farn. ed. Juntina B. et omnes recentiores recte οὐδενὶ μοιριδία τίσις.

230. *ὧν προπάθῃ, τὸ τίνειν.*] Laur. A. προμαθῆι (sic). Laur. B. (qui et τῶ τίνειν) προμάθῃ. Par. T. Farn. προπάθοι. Ceteri MSS. προπάθῃ aut προπάθῃ:

Turnebus in margine *προσεσπάσθη*, nescio unde. Notissima sententia, quam ita reddit Brunckius: *Neminem ultio divina manet, qui malum malo rependit.* Aeschylus Ag. 1572. *μίμνει δὲ μίμνοντος ἐν θρόνῳ Διός, | παθεῖν τὸν ἔρξαντα.* Cho. 311. *δράσαντι παθεῖν, | τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.*

233. *σὺ δὲ τῶνδ' ἑδράνων*] Basis anapaestica. Perperam Aldus *σὺ δ' ἐκ τῶνδ'*—addita inutili praepositione, ut supra 167. Brunck. Omnes MSS. praeter Triclinianos *σὺ δ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων*. Licet metri rationem minus perspectam haberet, recte tamen praepositionem delevit Triclinius.

234. *αὖθις ἄφορμος ἐμᾶς χθονὸς ἔκθορε,*] Par. F. *αὖθις*. Hermannus *αὖθις*. Ceteri libri omnes *αὖτις*. Cujus vitii alterum exemplum praebet Aldus v. 1438. Grammaticus apud Bekkerum p. 463. *Αὖθις: ἐξ ἀρχῆς, πάλιν, ἐκ δευτέρου. σημειωτέον δὲ ὅτι τὸ μὲν αὖθις Ἀττικόν, τὸ δὲ αὖτις Ὁμηρικόν.*

235, 6. *χθονὸς ἔκθορε, μή τι πέρα χρέος | ἐμᾷ πόλει προσάψῃς.*] Ita hi duo versus constituendi videntur: *χθονὸς ἔκθορε, μήτι πέρα χρεῖος ἐ | μᾷ πόλει προσάψῃς.* *Χρεῖος προσάπτειν* est *negotium facessere* Heath. *Χρεῖος* ob metrum legendum. Perperam
(117) vulgo *χρέος*. In membr. autem versus digesti, ut eos exhibui. Brunck. Recte *χρέος* revocarunt Hermannus et Reisigius. Ceterum Par. A. Ricc. A. *μήτε πέρα χρέος*.

237—253. Hoc etiam systema dactylicum esse videtur, sed diversum a superiore, nempe impurum. Fuerunt qui et hos versus omnes et chori tetrastichon 254—257. Sophocli abjudicarent. Monuit hoc scholiastes.

238. *γεραὸν πατέρα τόνδ' ἐμὸν*] In quibusdam exemplaribus diversa erat lectio *ἀλαόν*; quod Scholiastae observatum. Neutra carere voluit Triclinius. Brunck. Laur. A. B. Par. A. F. Ricc. A. B. *γεραόν*, ut impressi. In Laur. A. supra scriptum *ἀλαόν*. Par. B. T. Vat. Farn. *γεραὸν ἀλαόν*. Hermannus in Elementis *γεραὸν πατέρα* dedit, in Epitoma vero *γεραιοπάτερα*.

239. *οὐκ ἀνέτλατ',*] Laur. B. *οὐκ ἂν ἔτλατ'*.

239, 40. *ἔργων | ἀκόντων ἀΐοντες αὐδάν,*] *Facinorum, quae invitus commisit.* Vid. Oed. Tyr. 1245. [1230.] et hujus fab. 271. [267.] Musgr. Vide etiam [illegible]

242, 3. ὦ ξέναι, οἰκτίσαθ', ἃ πατρὸς ὕπερ | τοῦ μοῦ ἄντομαι, ἄντομαι,] Versus [242] est anapaesticus. Insigni librariorum errore vulgo legitur οἰκτείραθ'. In Oed. T. 1508. ἀλλ' οἴκτισον σφᾶς. Vide infra 556. Trach. 512. 855. 897. Passim hoc verbum occurrit. BRUNCK. Obscurior est metri ratio, quam ut sine periculo Brunckio obtemperari possit. Omnes MSS. οἰκτείραθ', quod revocarunt Hermannus et Reisigius.

243. τοῦ 'μοῦ] Aldus et membr. τοῦ μόνου, quod praeferri debebat BRUNCK. Par. B. T. Vat. Farn. τοὐμοῦ vel τοῦ 'μοῦ, ex conjectura scilicet. Hoc admisit Turnebus. Ceteri MSS. τοῦ μόνου, ut Aldus; quod e Brunckii praecepto revocavit Schaeferus. Hermannus τοῦ 'μοῦ μόνου.

243, 4. οὐ κα | λοῖς προσορωμένα ὄμμα σὸν ὄμμασιν,] Displicet τὸ καλοῖς. Interpres in Edit. Lond. [nempe Winsemius] *non caecis*, tamquam legisset, οὐκ ἀλαοῖς, quod tamen subabsurdum est; qui enim alium intuetur, caecus esse non potest. LOND. B. Sallierius pro οὐ καλοῖς ὄμμασιν reponi jubet οὐκ ἀλαοῖς ὄμμασιν; cujus dissertationem vide in Hist. Acad. Gallic. Inscript. vol. III. p. 118. [T. V. p. 81, ed. maj.] et ita quidem in Aldina diserte legitur. Editori tamen nupero haec lectio subabsurda videtur, quia is qui in alium intuetur caecus esse non potest. At supervacanea ista non raro a Poetis, interdum etiam in oratione soluta, majoris ἐνεργείας et ἐμφάσεως gratia, addita reperiuntur. Hoc certe in loco (118) haec idem sonant ac si dixisset Antigone, *Oculos meos non sicut paterni caecos, in oculos vestros convertens.* HEATH. Pro οὐκ ἀλαοῖς, veteri lectione, eaque optima, Turnebus e Triclinio pessime dedit οὐ καλοῖς. In codice syllabae κα superducta linea, qua ineptus ille Sophoclis interpolator significabat, a produci; cujus prosodiae apud Atticos poetas non unicum exstat exemplum. BRUNCK. Par. A. Ricc. A. οὐκ ἀλαοῖς, ut Aldus. Laur. B. οὐ κ' ἀλλαοῖς. Ceteri MSS. (Laur. A. a correctore) οὐ καλοῖς.

244. Par. B. Vat. μὴ ante προσορωμένα insertum habent.

245, 6. ὥς τις ἀφ' αἵματος ὑμετέρου προφανεῖσα,] Laur. A. ὥ στις a prima manu, ὡ στης a correctore. Ricc. B. ὡς τῆς. Simili errore Victorius apud Euri-

pridem El. 1069. ἢ τῆς θυγατρὸς πρὶν κεκυρῶσθαι σφαγάς. Vat. apud Dorvillium ὅστις. Ceteri MSS. recte ὥς τις.

247, 8. ἐν ὑμῖν γάρ, ὡς θεῷ, | κείμεθα τλάμονες.] Ut constet metrum, pro γὰρ reponendum videtur γ'. Heath. Vulgo ἐν ὑμῖν γάρ, ὡς θεῷ. A mala manu insertum fuit γάρ, quod metro officit. Nec γὰρ in γε mutandum. Ἀσύνδετα amat affectus. Ἐν ὑμῖν κείμεθα, ut Oed. T. 314. ἐν σοὶ ἐσμέν. Brunck. Videndus Hermannus ad Vigerum n. 388. Ab omnibus MSS. agnoscitur γάρ, quod a Brunckio expulsum nemo revocavit. Ceterum Vat. τελάμονες. Brunckium sequuntur Hermannus et Reisigius.

248, 9. ἀλλ' ἴτε, νεύσατε | τὰν ἀδόκητον χάριν.] Male additum χάριν arguit metrum.

250. πρός σ' ὅτι σοι φίλον ἐκ σέθεν ἄντομαι.] Observa Syntaxin. Graecis solenne est in juramento aliquid inter Praepositionem et Casum ejus interponere. Sic Euripides in Hippol. v. 605. Ναὶ πρός σε [imo πρός σε] τῆς σῆς δεξιᾶς εὐωλένου. Confer infra v. 1529. [1333.] hujus fabulae. Atque eorum imitatione dixit Virgilius Aen. lib. 4. v. 314. *per ego has lacrymas, dextramque tuam te.* Burt. Vide ad Med. 318. p. 137. Par. B. πρὸς ὅτι σοι φίλον. Vat. πρός σ' ὅτι σοι φίλοι. Uterque ἔκαθεν ἄντομαι. Quum ἐκ σέθεν non nisi ad verba ἢ τέκνον spectare videatur, conjectura non prorsus absurda esset οἴκοθεν pro οἴκοι. Noster Phil. 469. πρός τ' εἴτι σοι κατ' οἶκόν ἐστι προσφιλές. Ubi verba εἴτι σοι κατ' οἶκόν ἐστι προσφιλὲς genitivi locum obtinent, fere ut nostro loco ὅτι σοι φίλον ἐκ σέθεν.

251. ἢ τέκνον, ἢ λόγος, ἢ χρέος, ἢ θεός.] [Legendum] ἢ λέχος, aut ἢ λοχος, hoc est ἄλοχος, eodem sensu, *conjux.* Reisk. Ἢ λόγος, ἢ χρέος. *Aut ratio, aut officium.* Heath. Ἢ τέκνον, ἢ λέχος. Vulgo ἢ λόγος, sine ullo sensu. Ingeniosa conjectura Tragici manum certissime restituit Reiskius. Λέχος, *uxor.* Quae significatio apud Tragicos frequens. Dejanira in Trach. 27. λέχος Ἡρακλεῖ κριτὸν συστᾶσά γε ait. Tecmessa Ajacis λέχος δοριάλωτον vocatur [Aj. 211.]. In genere *conjugem notat.* Pro *marito* occurit apud Euripidem Danaë [fr. VII.]: γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων, | οὐ τῶν τεκόντων ἐστίν, ἀλλὰ τοῦ λέχους. Brunck. Vulgatam λόγος praetulit Hermannus, Reiskii conjecturam Reisigius. Mihi

non optime liquet. Neque penitus intelligo *ἢ χρέος*. Brunckius, *sive possessio*.

252. *οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτῶν, ὅστις ἄν*,] (119) Laur. B., Par. A. Ricc. A. *ἂν ἀθρῶν*, ut impressi plerique. Ceteri MSS. et ed. Juntina B. *ἀναθρῶν*.

416. *Παίδων τίς οὖν ἤκουσε τῶν ἐμῶν τάδε;*] *Τὶς* encliticum esse debet. Sensus est: *Aliquisne filiorum meorum haec audivit?* VAUV. Brunckius: *Alteruterne haec audivit filiorum meorum?* Hic *τις* encliticum reposuit. Ego vero propter Ismenae responsum, *Ἄμφω θ' ὁμοίως*, *τίς* interrogativum revocavi. Sententiae nihil interest. Nimis curiose, ni fallor, Hermannus de Emendanda ratione Gr. Gramm. p. 95. *Aliud exemplum in Choëphoris Aeschyli est, v.* 112. *τίν' οὖν ἔτ' ἄλλον τῆσδε προστιθῶ στάσει; ubi quae praecedunt, aliquem, non* quemnam, *intelligi ostendunt. Idque si solutis numeris diceretur, sic foret dicendum, τινὰ οὖν ἔτι ἄλλον προστιθῶ; In eadem fabula v.* 650. *τίς ἔνδον, ὦ παῖ, παῖ, μάλ' αὖθις ἐν*

δόμοις; Ibi manifesto interrogat Orestes, an aliquis intus sit, non quis sit intus. Similia Seidlerus ad Euripidis El. 559. 652. Aeschylus Pers. 719. Τίς δ' ἐμῶν ἐκεῖσε παίδων ἐστρατηλάτει, φράσον.

417. Ἄμφω γ' ὁμοίως, κἀξεπίστασθον καλῶς.] Sic B. T. In membr. et apud Aldum ἄμφω θ'. Brunck. Par. B. T. Vat. Farn. ἄμφω γ' ὁμοίως, quod admisit Turnebus. Ceteri MSS. ἄμφω θ' ὁμοίως. Hanc scripturam revocavit Reisigius.

(139) 418, 9. Κᾆθ' οἱ κάκιστοι τῶνδ' ἀκούσαντες, πάρος | τοὐμοῦ πόθου προὔθεντο τὴν τυραννίδα;] Par. B. Vat. τούτων ἀκούσαντες. Vide annotata ad Heracl. 141. Deinde Vat. προύθοντο.

421, 2. Ἀλλ' οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην | ἔριν κατασβέσειαν,] In B. T. perperam σφε. Rarius illud σφι, quod pronomen est duale tertiae personae, librarios turbavit. Eurip. Med. 401. [399.] πικροὺς δ' ἐγώ σφι καὶ λυγροὺς θήσω γάμους. Brunck. In Euripidis Medea recte σφιν Aldus. Vide annotationem meam p. 147. Apud Sophoclem Laur. A. Par. A. F. Ricc. A. B. σφι. Laur. B. Par. B. T. Vat. Farn. σφε, quod male admisit Turnebus.

421. In membr. scriptum a prima manu μήτε
η
τῶν πεπραγμένων. Brunck. Laur. A. Ricc. B. τῶν
η
πεπραγμένων. Laur. B. Par. A. τῶν πεπραγμένων. Par. F. τὴν πεπραγμένην. Ceteri MSS. ut impressi. Etiam var. lect. in Par. A. γρ. τὴν πεπρωμένην.

422, 3. ἐν δ' ἐμοὶ τέλος | αὐτοῖν γένοιτο τῆσδε τῆς μάχης πέρι,] Omnes libri ἐν δ' ἐμοί. Particulam mutavi propter μήτε superiori versu. Plura de hac quaestione ad Trach. 143. μήτ' ἐκμάθοις παθοῦσα, νῦν τ' (sic enim legendum puto) ἄπειρος εἶ.

423. Laur. B. Par. A. Ricc. A. αὐτοῖν, ut impressi. Laur. A. Par. B. F. T. Ricc. B. αὐτῶν. Vat. Farn. αὐτῷ.

425, 6. ὡς οὔτ' ἂν ὃς νῦν σκῆπτρα καὶ θρόνους ἔχει, | μείνειεν,] Male Brunckius: *ut neque qui sceptrum soliumque nunc tenet, iis potiatur amplius.* Ὡς non ἵνα hic significat, sed ἐπεί, ut v. 1528. ὡς οὔτ' ἂν ἀστῶν τῶνδ' ἂν ἐξείποιμί τῳ. Ubi Brunckius: *Nam neque civium horum ulli dixero.* Ceterum Vat. μένειεν.

426, 7. οὔτ' ἂν οὑξεληλυθὼς πάλιν | ἔλθοι ποτ' αὖθις.] Laur. A. Par. F. Ricc. B. οὔτ' ἐξεληλυθώς.

Laur. B. οὔτ' ἂν ἐξεληλυθώς. Ceteri MSS. οὔτ' ἂν οὐξεληλυθώς, ut impressi. Deinde omnes MSS. praeter Par. A. Ricc. A. πάλιν, non male. Sic etiam Juntina B. Receptam confirmare videtur Euripides Suppl. 1193. ἢν δ' ὅρκον ἐκλιπόντες ἔλθωσιν πόλιν, | κακῶς ὀλέσθαι πρόστρεπ' Ἀργείων χθόνα. Idem v. 1207. φόβον γὰρ αὐτοῖς, ἤν ποτ' ἔλθωσιν πόλιν, | δειχθεῖσα θήσει, καὶ κακὸν νόστον πάλιν.

427, 8, 9. οἵ γε τὸν φύσαντ' ἐμὲ | οὕτως ἀτίμως πατρίδος ἐξωθούμενον | οὐκ ἔσχον, οὐδ' ἤμυναν,] Delevi commata post ἐμὲ et ἐξωθούμενον. Ἔσχον i. q. ἐκώλυσαν. Vide infra v. 888. SCHAEF. Si secus esset, subaudiri posset ὁρῶντες. Vide annotata ad Aj. 136. σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω. Confer vv. 765. 1120. 1435, 6.] Ceterum Par. F. οἵ με τὸν φύσαντ' ἐμέ.

429. Aldus, ut in membr. scriptum est, ἤμυνον. BRUNCK. Omnes MSS. praeter Par. A. Ricc. A. οὐδ' ἤμυναν. Consentiunt ed. Juntina B. et omnes recentiores. Altera scriptura ex ἔσχον nata est. Similes errores sunt καθέξων — βιβῶν v. 381. θαλλοῖσιν ἢ κρόκοισιν v. 474. ὀκνεῖτε, μήτ' ἀφεῖτ' v. 731. Plura vide ad Med. 865, 6. p. 217.

429, 30. ἀλλ' ἀνάστατος | αὐτοῖν ἐπέμφθην,] Vat. (140) αὐτοῖς.

431, 2. εἴποις ἂν ὡς θέλοντι τοῦτ' ἐμοὶ τότε | πόλις τὸ δῶρον εἰκότως κατήνυσεν.] Legitur et κατήνεσεν [in appendice Turnebianae], quod et ipsum convenire huic loco potest. STEPH. Κατήνεσεν, concessit, annuit. Vid. infra v. 1704. et 1708. [1633. et 1637.] Vulgo κατήνυσεν, sed ut alterum tamen agnoscant MSS. MUSGR. Κατήνεσεν. Sic B. T. In membr. ut apud Aldum, depravate κατήνυσεν. BRUNCK. Par. B. T. Vat. Farn. κατήνεσεν. Laur. A. κατήινυσεν. Laur. B. κατ' ἤνυσεν. Par. A. F. Ricc. A. B. κατήνυσεν, quod revocavit Reisigius.

434. ὁπηνίκ' ἔζει θυμός,] Par. A. Ricc. A. ἔζη, ut Aldus. Ceteri MSS. ed. Juntina B. et omnes recentiores recte ἔζει.

436. οὐδεὶς ἔρωτος τοῦδ' ἐφαίνετ' ὠφελῶν·] Vat. ἔρως. Deinde Laur. A. Ricc. B. ἐμφαίνετ'. Postremo Par. A. ὠφελεῖν.

437. χρόνῳ δ', ὅτ' ἤδη πᾶς ὁ μόχθος ἦν πέπων,] Vat. παῖς ὁ μόχθων.

440, 1. τοτηνίκ' ἤδη τοῦτο μὲν πόλις βίᾳ | ἤλαυνέ μ' ἐκ γῆς χρόνιον,] In aliis [scilicet in appendice

[Turnebianae] τοὔθ' ἡνίκ', quod magis est usitatum. STEPH. Τὸ τηνίκ' ἤδη. Sic scribendum, ut articulus abundet; quemadmodum fit in τὸ δεῦρο, τὸ πάλιν. MUSGR. Edd. pleraeque τοτηνίκ' ἤδη. Par. A. Ricc. A. τοτηνικάδ' ἤδη. Laur. B. τὸτ' ἡνίκ' (sic) ἤδει. Par. T. Vat. Farn. τοὔθ' ἡνίκ' ἤδη. Laur. A. Par. B. F. Ricc. B. τὸ τηνίκ' ἤδη, ut Musgravius. Notandum τηνίκα pro τηνικαῦτα vel τηνικάδε, ut infra v. 476. ἔνθεν pro ἐντεῦθεν vel ἐνθένδε. Plato Alcib. II. p. 150. E. οὕτω καὶ σοῦ δεῖν ἀπὸ τῆς ψυχῆς πρῶτον ἀφελόντα τὴν ἀχλὺν, ἣ νῦν παροῦσα τυγχάνει, τοτηνικαῦτ' ἤδη προσφέρειν δι' ὧν μέλλεις γνώσεσθαι ἠμὲν κακὸν ἠδὲ καὶ ἐσθλόν.

441. Laur. B. ἤλαυνέ μ' ἐκ φυγῆς. Par. B. T. Vat. Farn. ἤλαυνεν ἐκ γῆς. Ceteri MSS. ἤλαυνέ μ' ἐκ γῆς, ut impressi.

441. Hesychius: Χρόνιον: ἀρχαῖον, ἢ μετὰ πολὺν χρόνον. Utraque interpretatio cum huic loco convenire possit, glossam hinc desumptam esse non injuria suspiceris. MUSGR. Χρόνῳ — χρόνιον. Adverte pleonasmum. SCHAEF. Nescio an rectius redditur in perpetuum.

441, 2. οἱ δ' ἐπωφελεῖν] οἱ τοῦ πατρὸς τῷ πατρὶ δυνάμενοι,] Videtur scribendum ἐκ τοῦ παρός. CANT. Non satis causae video quare quidquam hic innovetur. HEATH.

443, 4. ἀλλ' ἔπους σμικροῦ χάριν] φυγάς σφιν ἔξω πτωχὸς ἠλώμην ἐγώ.] Aldus et membr. ἔπους μικροῦ. In B. ἐπ' οὐ σμικροῦ. In T. ἀλλά που σμικροῦ χάριν. BRUNCK. V. 620. ἐκ σμικροῦ λόγου. SCHAEF. Laur. B. Par. A. Ricc. A. ἀλλ' ἔπους μικροῦ, ut Aldus, quod revocavit Reisigius. Par. B. ἀλλ' ἐπ' οὐ σμικροῦ. Vat. ἀλλ' ἰπου (sic) σμικροῦ. Ceteri MSS. ἀλλά που σμικροῦ. Vide ad v. 5.

(141) 444. Laur. A. B. Par. F. Ricc. B. ἠλόμην (sic) ἀεί. Ceteri MSS. ut impressi.

445. κἀκ ταῖνδε δ', οὔσαιν παρθένοιν,] Piersonus Batavus ingeniose reponit κἀκ ταῖνδε δισσαῖν παρθένοιν, referente Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. 1249. HEATH. Ἐκ ταῖνδε δ'. Sic bene Aldus cum codd. veteribus. Prava Triclinii lectio, quae sane emendationis indiget, viro nescio cui docto suspicionem movit, scriptum a poeta fuisse κἀκ ταῖνδε δισσαῖν. Verum nemo non videt copulam hic alieno loco po-

sitam, quum series orationis adversativam particulam δὲ flagitet. BRUNCK. Par. B. Vat. κἀκ τῶνδε δ' οὔσαιν παρθένοιν. Tricliniani Par. T. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium, κἀκ ταῖνδε δ' οὔσαιν παρθένοιν. Ceteri MSS. ut Aldus. Etiam Porsonus Adversar. p. 166. δισσαῖν.

445, 6. ὅσον φύσις | δίδωσιν αὐταῖν,] Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium, αὐτῶν. Ceteri libri recte αὐταῖν.

450. ἀλλ' οὔτι μὴ λάχωσι τοῦδε συμμάχου,] [Legendum] ἀλλ' οὔτε μήν. REISK. Ricc. A. ἀλλ' οὔτοι μοι. Ceteri MSS. ἀλλ' οὔτι μή, ut impressi. Non improbarem οὔτι, nisi sequeretur apodosis οὔτε σφιν ἀρχῆς κ. τ. λ. Aeschylus οὔτι μὴ φύγῃ dixit Theb. 205. οὔτι μὴ προδῷς Cho. 895. οὔτι μὴ λίπω Eum. 225. Sophocles οὔτι μὴ σφαλῶ Trach. 621. Quum vero οὔτε et οὔτι passim permutentur a librariis, neque οὔτι saepius apud tragicos habeat οὔτε in apodosi, οὔτε reponere haud dubitavi. Vide ad Oed. T. 817.

450. Libens τύχωσι amplecterer, si id liber antiquus offerret. Vide Notam ad El. 364. BRUNCK.

Laur. A. Par. F. Ricc. B. λάχωσι. Laur. B. λαχοῦσι. Ceteri MSS. λάχωσι, ut impressi. Deinde Ricc. A. Par. A. τοῦδε τοῦ συμμάχου.

451, 2. οὔτε σφιν ἀρχῆς τῆσδε Καδμείας ποτὲ | ὄνησις ἥξει.] Olim legendum putavi ἀρχῆς τῆσδε Καδμείοις, imperii hujusce in Thebanos. Brunckius ad Ant. 787. *Verbale, inquit, casum verbi sui regit, quod utriusque linguae scriptoribus solenne est.* Homerus Od. *A.* 70. ἀντίθεον Πολύφημον, ὅου κράτος ἐστὶ μέγιστον | πᾶσιν Κυκλώπεσσι. De α et οι confusis videndus in primis Porsonus ad Med. 44. Hodie vero vulgatam sanissimam arbitror.

452. Par. B. Vat. ὄνησιν ἥξειν.

454, 5. τῆσδέ τε | μαντεῖ' ἀκούων,] Sic recte in B. T. In membr. ut apud Aldum τῆσδέ γε. BRUNCK. Par. B. T. Vat. Farn. τῆσδέ τε. Ceteri MSS. τῆσδέ (142) γε, ut omnes impressi ante Brunckium. Revocavit hanc scripturam Reisigius. Altera melior mihi videtur.

455. συννοῶν τά τ' ἐξ ἐμοῦ] Malim συννοῶν τε τἀξ ἐμοῦ. HEATH. Concinnior videretur lectio ξυννοῶν τε τἀξ ἐμοῦ. BRUNCK. Reisigius συννοῶν τε τἀξ ἐμοῦ. Omnes MSS. ut vulgo.

454. *παλαίφαθ', ἅ μοι Φοῖβος ἤνυσέν ποτε.*] Fors. *ἅ γε* vel *ἅ τε* pro *ἅ*; vel, *παλαίφατα, ἅ μοι*, ut Trach. 161. [158.] *ξυνθήματα, ἅ μοι.* LOND. B. Lege *ἁμοί*, ut fiat contractio ex *ἃ ἐμοί.* HEATH. Omnes MSS. *ἅ μοι*, ut impressi ante Brunckium. Vide ad Ant. 754.

456. *κεἴτις ἄλλος ἐν πόλει σθένει.*] Laur. B. *ἐν δήμοις σθένει.*

457, 8, 9. *ἐὰν γὰρ ὑμεῖς, ὦ ξένοι, θέλητέ μου | — ἀλκὴν ποιεῖσθαι,*] Brunckius more suo *θέλητ' ἐμοῦ.* Laur. B. *θέλητέ μοι.*

458. *σὺν ταῖσι ταῖς σεμναῖσι δημούχοις θεαῖς,*] Videtur scribendum *σὺν ταῖσδε.* CANT. Laur. A. *πρὸς* (σὺν) *ταῖσι ταῖς*, unde Ricc. B. *προσταῖσι ταῖς*, Par. F. *πρὸς ταῖσι ταῖς.* Ceteri MSS. *σὺν ταῖσι ταῖς*, ut impressi ante Brunckium.

459. Laur. A. B. Par. F. Ricc. B. *ποεῖσθε* vel *ποιεῖσθε.*

459, 60. *τῇδε τῇ πόλει μέγαν | σωτῆρ' ἀρεῖσθε,*] In B. T. *τῇδε μὲν πόλει.* BRUNCK. Ita edd. recentiores ante Brunckium et Schaeferus. Laur. A. *τῆιδε μὲν τῆι πόλει.* Sic etiam Laur. B. Par. F. Ricc. B. diphthongo *ῃ* aliter scripta. Par. B. T. Vat. Farn. *τῇ* omittunt. Rectius *μὲν* Par. A. Ricc. A. quorum scripturam revocavit Reisigius.

460. *τοῖς δ' ἐμοῖς ἐχθροῖς πόνους.*] Laur. A. *ἐμῆς.* Non *ἀρεῖσθε* subaudiendum, quod *λήψεσθε* significat, sed potius *δώσετε.* Vide Brunckium aliosque ad El. 435. mea etiam ad Euripidis Suppl. 740. *μέτρια θέλοντος* (*δοῦναι* scilicet), *οὐκ ἐχρῄζομεν λαβεῖν.* Diarii Class. T. IX. p. 51.

461. *Ἐπάξιος μὲν Οἰδίπους κατοικτίσαι,*] Laur. A. *ἐπάξιον.* Ricc. B. *ἐπάξιον.* Ceteri libri recte *ἐπάξιος.*

462, 3. *ἐπεὶ δὲ τῆσδε γῆς | σωτῆρα σαυτὸν τῷδ' ἐπεμβάλλεις λόγῳ,*] Par. A. Ricc. A. *ἐπεὶ τῆσδε γῆς.* Par. B. *ἐπείδε.* Ceteri libri recte *ἐπεὶ δέ.*

464. *παραινέσαι σοι βούλομαι τὰ σύμφορα.*] Gl. *ὑποθέσθαι.* BRUNCK.

466, 7. *Θοῦ νῦν καθαρμὸν τῶνδε δαιμόνων, ἐφ' ἃς | τὸ πρῶτον ἵκου καὶ κατέστειψας πέδον.*] In membr. *ἐφ' αἷς.* BRUNCK. Par. A. Ricc. A. *ἐφ' αἷς.* Ceteri MSS. *ἐφ' ἃς*, ut impressi.

467. Laur. A. B. Par. F. Ricc. B. κατέστειψας. (143) Par. B. Vat. κατέστεψας. Ceteri MSS. κατέστειψας, ut impressi. Gl. in Laur. A. κατεβάτευσας. Var. lect. γρ. κατάστεψον, μεθ' ἱκετηρίων ἀφηγοῦ. Schol. Καὶ κατέστιψας: καθικέτευσας, μετὰ ἱκετηρίων ἀφίκου. ἐὰν δὲ γρ. κατέστιψας, οἷον κατεβάτευσας, ὃ καὶ πιθανώτερον. Ita fere MS. Manifesto legendum κατέστεψας — κατέστειψας. Scholiasten describit Suidas v. Κατάστεψον. Recte se habere videtur κατέστειψας, licet aoristum ἔστειψα alibi non reperim.

469, 70. Πρῶτον μὲν ἱερὰς ἐξ ἀειρύτου χοὰς] κρήνης ἐνέγκου.] Alii ἱερὰς χοὰς intelligunt, alii ἱερᾶς κρήνης. Par. B. T. Farn. et schol. ad Aristophanis Ach. 960. ἱερᾶς. Ceteri MSS. et omnes impressi ἱερὰς. Sic etiam Suidas v. Χοάς.

469. Libri plerique ἀειῤῥύτου vel ἀειρρύτου, in quo ρ praeter necessitatem geminatur. Recte Brunckius ἀειρύτου. Omnes, ni fallor, εὔροον Phil. 491. Apud Euripidem Iph. A. 420. εὔρρυτον scribendum contendit Marklandus, cui non assentior.

470. Vat. ἐνέγκαι (ου). Ceteri libri ἐνέγκου, quod in ἐνεγκοῦ mutavi. Vide ad ἱκοῦ v. 741.

470. δι' ὁσίων χειρῶν θίγων.] Verius, opinor, θιγών. In Ajac. v. 1410. alii libri rectius habent θιγών. Ibi unus Scholiastarum: θιγών, ἤγουν ψαύσας. SCHAEF. Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores ante Schaeferum, θίγων. Ricc. B. θιτών. Ceteri MSS. recte θιγών. Aldus θίγων Aj. 1410. sed recte θιγὼν Oed. T. 760. 1469. Oed. C. 470. Phil. 1398. θιγόντα Phil. 408. θιγοῦσαν Ant. 771. θιγεῖν Oed. T. 1403. Oed. C. 1133. προσθιγεῖν Phil. 9. Brunckius θίγων Oed. C. 470. Aj. 1410. προσθίγειν Phil. 9. cetera recte. Praesens est θιγγάνω, aoristus ἔθιγον. Euripides Heracl. 274. Ἄπελθε. καὶ σὺ τοῦδε μὴ θίγῃς, ἄναξ. Hel. 573. Ποίας δάμαρτος; μὴ θίγῃς ἐμῶν πέπλων.

471. Ὅταν δὲ τοῦτο χεῦμ' ἀκήρατον λάβω;] Par. F. et fortasse plures χεῦμα τοῦτ'. Sic etiam Suidas v. Χοάς. Deinde Laur. A. ἀκήρατον βαλών (λάβω), unde Par. F. βάλων, Ricc. B. καλών. Ceteri MSS. recte λάβω.

472. Κρατῆρές εἰσιν, ἀνδρὸς εὔχειρος τέχνη.] Gl. εὐτέχνου. BRUNCK.

473. ὧν κρᾶτ' ἔρεψον καὶ λαβὰς ἀμφιστόμους.] Laur. A. Par. F. Ricc. B. ἔρεψον. Suidas v. Χοάς: ὧν κατέρεψον καὶ λαβὲ ἀμφὶ στόμα.

474. Θαλλοῖσιν, ἢ κρόκαισιν,] Legitur et κρόκοισιν [in appendice Turnebianae], sed male. STEPH. Perperam in B. T. κρόκοισιν. Pejor lectio in hoc super-
(144) scripta κρωσσοῖσιν. BRUNCK. Par. F. θαλοῖσιν. Par. T. Farn. θάλλοισιν. Ceteri MSS. recte θαλλοῖσιν. Deinde Par. B. Vat. Farn. κρόκοισιν, de quo errore vide ad v. 429. Par. T. κρόκοισιν (superscr. φσσοῖσιν). Ceteri MSS. κρόκαισιν, ut impressi.

474. ἢ ποίῳ τρόπῳ;] Subaudi ἄλλῳ. Eodem modo Euripides Hec. v. 1254. Pors. [1264. Beck. Ὑποπτέροις νώτοισιν, ἢ ποίῳ τρόπῳ; Iph. T. 511. Φυγάς δ' ἀπῆρας πατρίδος, ἢ ποίᾳ τύχῃ;] Sic Latini scriptores quonam modo, h. e. quonam alio modo. V. Goerenzius, vir doctissimus, ad Cicer. Academ. I. p. 64. SCHAEF.

475. Οἰὸς νεαρᾶς οἰοπόκῳ μαλλῷ λαβών.] Νεαρᾶς penultimam certe corripit; ut constet igitur metrum, lege Οἰός γε νεαρᾶς. Conjecturam Valckenarii ad Eurip. Phoeniss. 994. rescribentis, Οἰὸς νεογνῆς εὐπόκῳ μαλλῷ λαβών, minime praetulerim. HEATH. Νεαρᾶς. Marklando penultimam hujus vocis (ad Euripid. Hippol. 1359.) producenti non assentiuntur viri docti *. Legendum forte νεωρούς. Vide Electr. 907. [901.] hujus fab. 763. [730.] Eurip. in fragm. Thesei IV. Philetas νεωρὲς πῆμα, apud Stobaeum serm. CII. [CIV. 12.] MUSGR. Libri omnes habent Οἰὸς νεαρᾶς, quod mendosum esse titubans metrum arguit. In voce νεαρᾶς media corripitur, nec ulla ratione produci potest. Non placet subditum ab Heathio fulcrum legente Οἰός γε νεαρᾶς. Elegans et docta est Valckenarii conjectura, quam pro merito suo recepimus,

* Euripides Hipp. 1342. Καὶ μὴν ἀπαλὰς ὅδε δὴ στείχει, | σάρκας νεαρὰς | ξανθόν τε κάρα διαλυμανθείς. Marklandus: Νεαρὰς disyllabum est in pronuntiatione, quasi esset ναράς. Valckenarius: Miratur Heathius in his cur vocem νεαρὰς Marklandus legi voluerit tanquam disyllabam. Praeclarum virum loca moverunt quaedam Tragicorum, in quibus νεαρὸς legi videtur media producta. Euripides Theseo fr. IV. 6. μή μοι νεαρὸν προσπεσὸν μᾶλλον δάκῃ. Ita quidem Plutarchus T. II. p. 112. E. Sed Galenus νεοραῖς, quod e νεωρὲς natum non male suspicatur Musgravius. De disyllabo νεαρὸς vide ad Oed. C. 702.

Οἷός νεογνής. Gentilitae vocis locum invasit glossa. Hesych. *Νεογιλής: νεογνής, νεαράς, νέας, νεωστὶ γεννηθείσης.* BRUNCK. Bothio placuit Musgravii tentamen, *νεωρούς.* Totum versum sic scribendum puto: *Οἷός γε νεαράς εὐπόκου μαλλῷ λαβών.* Heathio item *γε* inserendum esse visum postea comperi. Ponitur autem, *ubi quis accuratius respondet, quam alter, qui interrogaverat, exspectet.* Cf. v. 479. ubi pessime Aldus *τε* pro *γε* habet. Add. Oed. Col. 195. 417. (145) Oed. T. 565. Aj. 78. Aesch. Suppl. 298. [503.] Aristoph. Acharn. 1050. [1049.] Apud nos esset *Ja.* DOED. Violatum metrum ita resarciendum censeo, ut *νεώρας* ponatur: nam male typis exaratum in contextu *νεωρᾶς*: quanquam eodem accentu exstat apud Hesychium, Vol. I. p. 673., *νεωρόν, νέον*: sed apud Photium p. 217. feliciter a typothetis praetermissus tonus. Paenultimam autem ordo litterarum comprobat: nec satis consulto Brunckius ad Electram v. 901. perperam scriptum pro *νεαρόν* esse judicavit. REIS. Horum optimum mihi videtur *Οἷός γε νεαράς.* Licet Heathius in addenda particula solius metri rationem habuerit, ostendit tamen Doederlinus, ne sententiae quidem supervacaneam eam esse. Conferendus omnino Hermannus, cujus verba attuli ad v. 65. Exempla nonnulla dedit Doederlinus. Magis conveniunt quae sequuntur exempla. Euripides Andr. 914. *ΟΡ. Κἄκτεινας, ἤ τις ξυμφορά σ' ἀφείλετο; | ΕΡ. Γέρων γε Πηλεύς, τοὺς κακίονας σέβων.* Iph. T. 511. *ΙΦ. Φυγὰς δ' ἀπῆρας πατρίδος, ἢ ποίᾳ τύχῃ; | ΟΡ. Φεύγω τρόπον γε δή τιν' οὐχ ἑκὼν, ἑκών.* Hel. 116. *ΕΛ. Εἶδες σὺ τὴν δύστηνον, ἢ κλύων λέγεις; | ΤΕΥ. Ὥσπερ σέ γ', οὐδὲν ἧσσον, ὀφθαλμοῖς ὁρῶ.* Ion. 1412. *ΙΩΝ. Κενὸν τόδ' ἄγγος, ἢ στέγει πλήρωμά τι; | ΚΡ. Σά γ' ἔνδυθ' οἷσί σ' ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε.* Herc. 542. *ΗΡ. Ὅπλοις ἀπαντῶν, ἢ νοσησάσης χθονός; | ΜΕ. Στάσει τὸ Κάδμου γ' ἑπτάπυλον ἔχει κράτος.*

475. *οἰοπόκου μαλλῷ λαβών.*] Legitur et *νεοτόκῳ* [in margine Turnebianae]. Quae lectio non minus commoda videtur quam altera: quia ut *νεοτόκῳ* post *νεαρᾶς*, sic *οἰοπόκῳ* post *οἷός* aliquid perissologiae habet. Sed et pro *λαβὼν* legitur [in margine Turnebianae] *βαλών.* STEPH. Heic de duabus malis lectionibus, *οἰοπόκῳ* et *νεοτόκῳ*, unam facio bonam, *νεοπόκῳ*, legendo. CANT. Aldinam lectionem *νεοτόκῳ μαλλῷ* malim. Longe vulgata etiam verior videtur

altera illa ejusdem editionis lectio, *βαλὼν* scilicet pro *λαβών*. *Βαλών*, *circumdans*. Heath. *Νεοπόκῳ*. Conjectura est Canteri, felicissima quidem ea et certissima. Musgr. *Νεοπόκῳ μαλλῷ βαλών*. Mendose in Aldina editione, ut in membr. *νεοτόκῳ*. In duobus aliis pessime *οἰοπόκῳ μαλλῷ λαβών*. Quorum verborum ultimum ex frequenti librariorum lapsu in permutandis *λαβεῖν* et *βαλεῖν*. Brunck. *Νεοπόκῳ μαλλῷ λαβών*. Brunckius *βαλών*. Saepius *ex quadam abundantia adjectum hoc vocabulum*. Verba sunt Dorvillii ad Chariton. p. 591. Infra (146) v. 861. *τόνδ' ἀπάξομαι λαβών*. Aristophanes *Δαιταλ*. Fragm. XVI. *Ἆισον δή μοι σκολιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου κἀνακρέοντος*. Inprimis compares Homer. Il. XII. v. 451. s. *ὡς δ' ὅτε ποιμὴν ῥεῖα φέρει πόκον ἄρσενος οἰὸς | χειρὶ λαβὼν ἑτέρῃ*. Schaef. Rectissime, mea quidem sententia, Valckenarius ex variis lectt. *νεοπόκῳ*, *οἰοπόκῳ* et *νεοτόκῳ* veram lectionem *εὐπόκῳ* elicuit. Rarius, ut h. l., ita adponitur *λαβών*, ut cum constructione omnino non cohaereat. Doed. De participii ratione *λαβὼν* cfr. annotata ad v. 1208. [1210.] Reis. Aldinam scripturam, *νεοτόκῳ μαλλῷ βαλών*, fere exhibent Par. A. Ricc. A. Turnebianam, *οἰοπόκῳ μαλλῷ λαβών*, Par. B. T. Vat. Farn. Sed Laur. A. *οἰνεοτόκωι* (superscr. *οἰοπόκωι*) *μαλλῶι λαβών*. Par. F. Ricc. B. *οἰνεοτόκω*. Laur. B. *σὺν νεοτόκω*. Hi tres *λαβών*.

476. *Εἶεν. τὸ δ' ἔνθεν ποῖ τελευτῆσαί με χρή;*] Usitatius esset *τὸ δ' ἐνθένδε* vel *τοὐνθένδε δέ*. Euripides Iph. T. 89. *λαβόντα δ' ἢ τέχναισιν ἢ τύχῃ τινί, | κίνδυνον ἐκπλήσαντ', Ἀθηναίων χθονὶ | δοῦναι. τὸ δ' ἐνθένδ' οὐδὲν ἐρρήθη πέρα.*

476. Vat. (qui solus *ὅπου καθέσταμεν* v. 23.) *ποῦ τελευτῆσαι*. Ceteri MSS. *ποῖ*, ut impressi. Vide ad v. 227. Euripides Tro. 1029. *Μενέλα', ἵν' εἰδῇς οἶ τελευτήσω λόγον*.

476. Ricc. A. Vat. et fortasse plures, *δεῖ* pro *χρή*, quod in Ricc. A. supra scriptum. Laur. A. *χρή*, ut impressi. Vide Porsonum ad Or. 659. *τί δεῖ φίλων;*

478. *Ἦ τοῖσδε κρωσσοῖς, οἷς λέγεις, χέω τάδε;*] In B. T. *τόδε*. Brunck. Par. B. T. Vat. (qui *οἷς λέγω*) Farn. et edd. recentiores ante Brunckium, *τόδε*. Ceteri MSS. *τάδε*, ut Aldus.

479. *Τρισσάς γε πηγάς. τὸν τελευταῖον δ' ὅλον.*] Perperam Aldus et membr. *τρισσάς τε*. Brunck. Ita Par.

A. Ricc. A. Ceteri MSS. et edd. recentiores recte *τρίσσάς γε*.

479. *Πηγαὶ* hoc loco poëtice vocantur *libationes*. Verte igitur, *Ternas quidem libationes*, forsan e tribus poculis. HEATH.

480. *Τοῦ τόνδε πλήσας θῶ; δίδασκε καὶ τόδε.*] Par. T. Vat. Farn. *τοῦτον δὲ πλήσας*. Deinde Par. B. Farn. *τῷ δίδασκε καὶ τόδε*. Par. T. *τῷ* (ἐν) *δίδασκε καὶ τόδε*. Vat. *τοῦ, δίδασκε καὶ τόδε*.

481. *Ὕδατος, μελίσσης, μηδὲ προσφέρειν μέθυ.*] Laur. A. (a prima manu) Ricc. B. *μὴ προσφέρειν*, Par. F. *μηδὲν προσφέρειν*.

482. *Ὅταν δὲ τούτων γῆ μελάμφυλλος τύχῃ;*] Perperam vocem *μελάμφυλλος* capiunt interpretes; Brunckius enim per *herbidus* reddit, eodemque spectat Solgeri versio. At *γῆ μελάμφυλλος* est *regio arborum densitate obscurata*, igitur *nemus*; Schol. ad Pind. Pyth. I. 52. *Μελάμφυλλος: πολύδενδρος. ἡ γὰρ τῶν δένδρων πυκνότης βαθεῖαν* (fort. *σκοτεινὰν*) *ἐργάζεται τὴν ὕλην*. DOED. Aristophanes Thesm. 1006. *μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια*. (147)

483, 4. *Τρὶς ἐννέ' αὐτῇ κλῶνας ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν | τιθεὶς ἐλαίας,*] Par. A. Ricc. A. *τρεῖς*, ut Aldus. Ceteri MSS. et ed. Juntina B. *τρίς*, quod ex appendice Turnebianae admisit Stephanus.

486. *Ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας,*] Omnes libri, ni fallor, *ὥς σφας*, quod in *ὡς σφᾶς* mutavi. Pronomen *σφᾶς* semper *ὀρθοτονεῖσθαι* monui ad Med. 1345. p. 288. Vide Oed. T. 1470. 1508. Ant. 128. Aj. 839.

486, 7. *ἐξ εὐμενῶν | στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον,*] *Σωτήριον* passive accipiendum, ut *λυτήριον* Trachin. 563. [554.] ubi plura. MUSGR. *Σωτήριον*, *τὸν σωτῆρα τῆς γῆς ἐσόμενον*. Vid. 458—442. [459—463.] BOTH. Probat hanc interpretationem Reisigius ad v. 284. *ἀλλ' ὥσπερ ἔλαβες τὸν ἱκέτην ἐχέγγυον*. Superiorem exhibent interpretes plerique. Mihi etiam magis placeret *σωτήριον* pro *σῶν*, si hanc significationem exemplis confirmatam haberem.

488. *αἰτοῦ σύ γ' αὐτός, κεἴτις ἄλλος ἀντὶ σοῦ,*] [Legendum] *σύ τ' αὐτός*. REISK. Ita Par. A. Ricc. A. Ceteri MSS. *σύ γ' αὐτός*, ut impressi. Vide ad v. 868. et 1417.

489. *ἄπυστα φωνῶν, μηδὲ μηκύνων βοήν.*] Vat. *ἄπιστα.* Grammaticus apud Bekkerum p. 441. *Ἄπυστα*: *ἀνήκουστα.*

490, 1. *καὶ ταῦτά σοι | δράσαντι θαρσῶν ἂν παρασταίην ἐγώ*] Perperam Aldus et codd. *θαρρῶν.* Brunck. Omnes MSS. *θαρρῶν.* Vide ad *θάρρει* Oed. T. 1062.

491. *παρασταίην*] Sic emendate scriptum in B. Ceteri cum Aldo *παρασταίμην,* quae forma ne Graeca quidem est. Brunck. Par. B. Vat. recte *παρασταίην.* Farn. *παραστέμην.* Ceteri MSS. *παρασταίμην,* ut impressi ante Brunckium. Simili errore omnes libri *ὑπηρετοίμην* El. 1306. Quamquam hoc fortasse Graecum est. Plura exempla collegi ad *ἀχθοίμην* Heracl. 1017.

492. *ἄλλως δὲ δειμαίνοιμ' ἄν, ὦ ξέν', ἀμφὶ σοί.*] Laur. A. Par. F. Ricc. B. *ἄλλως δ' αὖ δειμαίνοιμ' ἄν.* Laur. B. *ἄλλως δ' ἂν δειμαίνοιμ' ἄν.*

493. *Ὦ παῖδε, κλύετον τῶνδε προσχώρων ξένων;*] Laur. A. Ricc. B. *ὦ παῖδ' ἐκλύετον.* Ricc. A. aliique plerique, ni fallor, *ὦ παῖδε κλύετον.* Vide ad Oed. T. 305.

(148) 494. *Ἠκούσαμέν τε, χὤτι δεῖ προστάσσε δρᾶν.*] In quibusdam exempl. praefigitur persona non Ismenae solum, sed Antigonae etiam, et hujus quidem priore loco. Steph. In textu Ismenae, in appendice Antigonae et Ismenae hunc versum tribuit Turnebus. Soli Antigonae Brunckius.

494. Laur. A. *ἠκούσαμέν σε,* unde Ricc. B. *ἠκούσαμέν σε.* Deinde *δεῖ* omittit Laur. B.

495. *Ἐμοὶ μὲν οὐχ ὁδωτά.*] Vat. *ἐμοὶ μὲν οὐχ ὁδῷ. τὰ λείπομαι γὰρ ἐν.* Saepius non legitur *ὁδωτά.*

495, 6. *λείπομαι γὰρ οὖν | τῷ μὴ δύνασθαι μήθ' ὁρᾶν, δυοῖν κακοῖν.*] Vulgo pro *οὖν* legitur *ἐν,* quo sententia quidem facile caret, versus autem deturpatur. Both. Interpunctionem teneo, quam statui in Conjectt. p. 70., neque constructionem muto. Sed praepositio si cum *δυοῖν κακοῖν* nectitur, interposita pro appositis habenda sunt atque per *μηδέ* non per *μήτε* computari debent, *τῷ μὴ δύνασθαι μηδ' ὁρᾶν.* Ita visum omnino Elmsleio ad Eurip. Med. p. 205., etsi rationibus longe aliis: etenim is etiam *λείπομαι γὰρ οὖν* inferre conatur cum Bothio. Reis. Ita interpungit vir doctissimus: *λείπομαι γὰρ ἐν, | τῷ μὴ*

δύνασθαι, μήθ᾽ ὁρᾶν, δυοῖν κακοῖν. *Cohaerent enim,* inquit, *verba hoc modo:* λείπομαι γὰρ ἐν δυοῖν κακοῖν, τῷ μὴ δύνασθαι, μήθ᾽ ὁρᾶν. Ego Bothium sequor. Aeschylus Ag. 683. Μενέλεων γὰρ οὖν | πρῶτόν τε καὶ μάλιστα προσδόκα μολεῖν. Sophocles Phil. 766. λαμβάνει γὰρ οὖν | ὕπνος μ᾽, ὅτ᾽ ἂν περ τὸ κακὸν ἐξήκῃ τόδε. Euripides Bacch. 920. Ἀλλ᾽ ἦ ποτ᾽ ἦσθα θήρ; τεταύρωσαι γὰρ οὖν. El. 290. αἴσθησις γὰρ οὖν | κἀκ τῶν θυραίων πημάτων δάκνει βροτούς. Adde Sophoclem Oed. C. 980. 985. 1199. Ant. 489. 741. 771. 1255. Phil. 298. in quibus omnibus γὰρ subjectum sibi habet οὖν.

496. Non credendum est, quod certum esse autumat Hermannus in Censura Medeae Elmsleii in *Classical Journal* A. 1819. Vol. XXXVIII. [XIX.] p. 277., οὐ—οὔτε vel μή—μήτε unquam esse dictum pro οὔτε—οὔτε vel μήτε—μήτε. Quamobrem ego etiam μηδ᾽ volo scribi, ut geminis malis (δυοῖν κακοῖν) computatis, imbecillitatem atque coecitatem tanquam necessario vinculo comprehendamus. Reis. Hermanni verba sunt: *Non minus* μήτε *servandum videtur in Sophoclis Oed. Col.* 495. λείπομαι γὰρ ἐν τῷ μὴ δύνασθαι μήθ᾽ ὁρᾶν, δυοῖν κακοῖν. *Ubi si* μὴ *pro* μήτε *dictum accipimus, recte se habet, quod sequitur,* μήτε. *Apertum est autem, tum esse conjunctim pronunciandum* μὴ δύνασθαι μήθ᾽ ὁρᾶν; *sin* μηδὲ (149)
scribimus, divisim, μὴ δύνασθαι, μηδ᾽ ὁρᾶν. Haec ille. Οὐ pro οὔτε in apodosi positum habemus v. 973. ubi vide annotationem. Quae vero hujus licentiae apud tragicos in protasi reperiuntur exempla, quum neque multa sint, et omnia nullo negotio tolli possint, librariis potius quam ipsis poetis tribuenda censeo. Omnes quidem MSS. μήθ᾽ ὁρᾶν. Sed omnes etiam μήτε v. 1189. ubi nunc legitur μηδέ, nec quisquam veterem scripturam defendit. Plura de hac re vide ad Oed. T. 817.

497. υφῶν δ᾽ ἡτέρα μολοῦσα πραξάτω τάδε.] Libri ἡτέρα, ἡ τέρα, vel ἡ τέρα. Rectius ἁτέρα. Vide ad Oed. T. 782. ubi Aldus θατέρα.

498, 9. ἀρκεῖν γὰρ οἶμαι κἀντὶ μυρίων μίαν | ψυχὴν τάδ᾽ ἐκτίνουσαν,] Emendavimus hunc locum Novarum Lectionum lib. V. cap. xxv. Cant. [Legendum] aut ἐκτίνουσάν, quod Canterus iam occupavit suggerere, *praestantem ex debito, solventem,*

aut ἐκτελοῦσαν eodem sensu. Reisk. Recte procul-dubio reposuit Canterus ἐκτίνουσαν. Heath. Omnino legendum cum Cantero ἐκτίνουσαν. Musgr. Sic omnino legendum cum Cantero Nov. Lect. V. 25. invitis etiam codd. qui in mendosa impressorum lectione consentiunt, quam inepte Scholiastes interpretatur. Brunck. Omnes MSS. ἐκτείνουσαν, quod tuetur Doederlinus in Specimine p. 93.

500. ἀλλ' ἐν τάχει τι πράσσετον;] Par. B. Vat. τι omittunt.

500, 1. μόνον δέ με | μὴ λείπετ'] Laur. B. μόνον δὲ | μὴ λείποιτ'.

501, 2. οὐ γὰρ ἂν σθένοι τοὐμὸν δέμας | ἔρημον ἕρπειν,] Par. B. T. Vat. Farn. σθένῃ.

502. οὐδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ.] Ita Par. T. Farn. et edd. recentiores. Vat. οὐδ' ὑφ' ἡγητοῦ γ' ἄνευ. Ceteri MSS. οὐδ' ὑφηγητοῦ δ' ἄνευ, ut Aldus.

503, 4. τὸν τόπον δ' ἵνα | χρῆ 'σται μ' ἐφευρεῖν, τοῦτο βούλομαι μαθεῖν.] Par. B. Vat. τοῖς τόποις δ' ἵνα.

504. Malim χρεῖ' ἔστι, ne συναλοιφὴν nimis duram admittamus. Cant. [Legendum] χρῆ 'σταί μ' ὑπουργεῖν τοῦτο, βούλομαι — Reisk. Legendum opinor χρεῖ' 'σται, ut primum vocalis ultima vocis χρεία sequente vocali elidatur, deinde prima τοῦ ἔσται ob similitudinem praecedentis diphthongi ει quasi crasi facta absorbeatur. Verte autem, *Locum vero ubi sit necesse erit insuper ut inveniam; hoc discere volo.* Heath. Tentabam: χρὴ στάγμ' ἐπιρρεῖν τοῦτο — Vel: (150) χρὴ στάγμ' ἀφιεροῦν τοῦτο —. Musgr. Legitur vulgo, τὸν τόπον δ' ἵνα χρῆ 'σται μ' ἐφευρεῖν. In B. χρησταί μ' ἐφευρεῖν. Ceteri nihil variant. Absurda lectio. Nihil expedit Scholiastae explicatio, ad χρῆ 'σται tantum pertinens, eaque falsa. Etiamsi vera esset, remaneret adhuc vitium in ἐφευρεῖν, verbo activo, cui subdi debet nomen rei inveniendae. Perspicua est sententia ad quam revocanda verba: *Locum autem, ubi res quibus usus est inveniam, hoc doceri volo*: τὸν τόπον δ' ἵνα τὰ χρεῖ' ἐφεύρω, τοῦτο βούλομαι μαθεῖν. Τὰ χρεῖα, τὰ χρήσιμα. Nomen est adjectivum χρεῖος, *utilis*, quod alias etiam *indigum* notat, ut apud Eurip. Herc. Fur. 51. 1340. [1357.] Brunck. [Legendum χρήστ' αὖ μ' ἐπαίρει.] Χρηστά, τὰ χρηστά, ἡ χρηστότης, qua ducta virgo novum hoc negotium suscipit, sicque pridem iter in Atticam. Both. Fort. leg. τὸν τόπον δ', ἵν' ἃ | χρὴ 'σται μ',

ἐφευρεῖν, τόνδε βούλομαι μαθεῖν. De pronomine ὅδε sic ex abundanti posito v. Melet. Crit. I. p. 84. Schaef. Crasin χρῆσται ortam ex χρεία ἔσται tutatus sum in Syntagm. Crit. p. 32., atque in eo agendum est eo cautius, quo insignius Scholiastae est testimonium ex Sophoclis Triptolemo. Doederlini in Specimine p. 42. ἔσται μ' ἐφευρεῖν nihil moror. Sed memoratu dignum est imprimis, quod Hermanno visum, χρήσται pro futuro habendum esse atque pro χρήσει dictum, videlicet contracto χρήσεται, ut ἔσεται in ἔσται. Reis. Qui veterem scripturam revocavit. Laur. A. χρῆσταί μ' ἐφευρεῖν. Nec nisi in accentibus variant ceteri MSS. Scholiastae interpretatio ita legitur in Laur. A. χρῆσται μ' ἐφευρεῖν: χρείη ἔσται κατὰ συναλιφὴν χρῆσται. ἀντὶ τοῦ χρείη ἔσται. δηλοῦται δὲ ταυτὸν τὸ δεήσει. καὶ ἐν τριπτολέμωι. χρῆσται δέ σ' ἐνθένδ' αὖτις. Cui recte objicit Brunckius, verbo ἐφευρεῖν addi debere nomen rei inveniendae. Τὸ ὕδωρ supplet alter interpres in Laur. A. ἔνθα τὸ ὕδωρ ἐστίν, ἡδέως ἂν εἰδείην. Quasi χρὴ χεῦμ' (aut νᾶμ') ἐφευρεῖν legerit. Propius a vulgata abest χρὴ στέμμ' ἐφευρεῖν, quod admisi. Στέμμα pars est eorum, quorum ad sacrificium peragendum opus erat. Intelligendi sunt ter novem κλῶνες ἐλαίας, de quibus dictum v. 480. quosque e nemore vicino petendos esse respondet chorus. Photius: Ἱκετηρία: Αἰσχίνης ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ: Ἱκετηρία καλεῖται ἐλαίας κλάδος, στέμματι ἐστεμμένος. De Triptolemi Sophoclei fragmento, quod servavit scholiastes, nihil habeo quod dicam.

505. Τοὐκεῖθεν ἄλσους, ὦ ξένη, τοῦδ'.] Par. A. τοὐκεῖθεν ἄλσους cum gl. κατὰ τὸ ἐκεῖθεν τοῦ ἄλσους. Ceteri MSS. plerique τοῦ κεῖθεν (vel 'κεῖθεν) ἄλσους. Solus Ricc. A. τοὐκεῖθεν ἄλσος cum gl. κατὰ τό. Deinde omnes τοῦδ', quod in ea versus sede ante (151) distinctionem stare non posse monui Censurae Edinburgensis T. XIX. p. 79. ubi legendum statui: Τοὐκεῖθεν ἄλσος; ὦ ξένη, τόδ'. Sic τὸν Κιθαιρῶνος τόπον Oed. T. 1134. atque alia sexcenta. Etiam scholiastes τοὐκεῖθεν recte interpretatur τὸ ἐκεῖθεν, licet ἄλσους τοῦδ' in exemplo suo habuisse videatur. Simili vitio Aldus apud Euripidem Hec. 989. μάλιστα τοὐκείνου μὲν εὐτυχεῖς μέρους. Librarius scilicet τοὐκείνου pro τοῦ ἐκείνου accepit. Praetermisit hanc varietatem Porsonus.

505, 6. ἦν δέ του | σπάνιν τίν' ἴσχῃς,] Par. A.

Ricc. A. ἴαγεις, ut Aldus. Ceteri MSS. et edd. recentiores subjunctivum habent.

507, 8. Χωροῖμ' ἂν εἰς τόδ'. Ἀντιγόνη, σὺ δ' ἐνθάδε | φύλασσε πατέρα τόνδε.] Ita distinguendum hodie inter omnes convenit. Post Ἀντιγόνη plene distinguunt impressi ante Brunckium. Vide Porsonum ad Or. 614. (621.) Μενέλαε, σοὶ δὲ τάδε λέγω, δράσω τε πρός. Exemplis ab eo et Schaefero allatis adde Euripidem Hec. 572. μῆτερ, σὺ δ' ἡμῖν μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ. El. 122. ὦ πάτερ, σὺ δ' ἐν Ἀΐδα | κεῖσαι, σᾶς ἀλόχου σφαγεὶς | Αἰγίσθου τ', Ἀγάμεμνον.

508, 9. τοῖς τεκοῦσι γὰρ | οὐδ' εἰ πονεῖ τις, δεῖ πόνου μνήμην ἔχειν.] Laur. A. Ricc. B. πονῇ.

510—548. Strophica haec esse vidit G. Hermann. de Metr. [p. 435. ed. pr.] Both. Vide et p. 532. ed. alterius. Omnes ante Hermannum hoc carmen pro monostrophico accepisse videntur.

510, 1. Δεινὸν μὲν τὸ πάλαι κείμενον ἤδη | κακὸν, ὦ ξεῖν', ἐπεγείρειν.] Versus hos citat Plutarchus in Symposiac. lib. 2. cap. 1. pag. 630. Ed. Ant. Steph. qui tamen obiter tantum locum hunc inspexisse videtur, quippe Oedipo eos tribuens, ad quem pertinere non possunt. Burt.

511. Ἐπεγείρειν. Gl. ἀνακινεῖν. Brunck.

513*, 4. Τᾶς δειλαίας ἀπόρου φανείσας | ἀλγηδόνος,] Subaudi περί, ut supra v. 368. [355.] Musgr. Par. B. F. T. Vat. Farn. τὰς—ἀλγηδόνας, quod admisit Turnebus. Ceteri MSS. τᾶς—ἀλγηδόνος, quod revocavit Stephanus. Thucydides IV. 6. ὡς ἐπύθοντο τῆς Πύλου κατειλημμένης. Quo exemplo utitur Aug. Matthiae Gramm. Gr. §. 327. n. 1. p. 448. Plura vide ad verba ἃ τοὐδ' ἐχρήσθη σώματος v. 355.

514. ᾇ ξυνέστας.] Par. B. Vat. ἃ ξυνεστάς. Par. T. ᾇ ξυνέσταῖς (sic), supra scripto στας. Farn. ᾇ ξυνέσταῖς (sic.)

515, 6. Μὴ πρὸς ξενίας ἀνοίξῃς | τᾶς σᾶς.] Laur. A. μὴ πρὸς ξενείας ἀνοίξῃς | τὰς σάς. Par. A. μὴ πρὸς ξενείας ἀνοίξῃς | τᾶς σᾶς, cum var. lect. γρ. μὴ πρὸς
(152) ξενίας τᾶς σᾶς. Ricc. A. μὴ πρὸς ξενίας | τᾶς σᾶς, cum var. lect. μὴ πρὸς ξενίας ἀνοίξῃς. Fuisse videntur, qui legerent, μὴ προξενίας ἀνοίξῃς | τὰς σάς. Farn. προξενίας habet, Laur. A. Par. B. F. Ricc. B. τὰς σάς.

516. ἀνοίξῃς,] Sic libri omnes optime. In eadem perstat metaphora. Aperiuntur enim, ἀνοίγεται, id

est, palam fiunt, quae excitantur, ἃ ἐπεγείρεται. Vim verbi declarat Scholiastes: μὴ ἀναπτύξῃς μου τὰ ἀναιδῆ ἔργα. Cave verbum elegans cum ἀνώξῃς commutes, quae futilis est Gallici interpretis conjectura. Brunck.

516. πέπονθ' ἔργ' ἀναιδῆ.] Ita laborante metro libri omnes ante Bothium, qui πέπονθά γ' ἀναιδῆ reposuit. Reisigius vero ἃ πέπονθ' ἀναιδῆ. Martinus in annotatione πέπον' ἔργ' ἀναιδῆ. Nihil horum quidquam valet. Vide ad ἄκων v. 522.

517, 8. Τά τοι πολὺ καὶ μηδαμὰ λῆγον | χρῄζω, ξέν', ὀρθὸν ἄκουσμ' ἀκοῦσαι.] Par. T. μηδαμῶς. Farn. μηδαμῶς. Ceteri libri ante Brunckium μηδαμᾷ vel μηδαμά. Sic etiam Suidas v. Τῶτοι. Vide ad v. 1104. Deinde recte, ut videtur, Hermannus ξεῖν', quod admisit Reisigius.

519. Ἰώ μοι.] Ita plerique libri. Solus Ricc. A. ἰώ μοι μοι. Reisigius Ὤιμοι. Recte Hermannus et Bothius Οἴμοι. Vide ad v. 820.

519. Στέρξον, ἱκετεύω.] Schol. MS. ἤγουν πρόσδεξαι ἃ δηλονότι λέγω, καὶ μὴ ἀποστραφῇς τὴν αἰτίαν εἰπεῖν. Brunck.

520. Πείθου. κἀγὼ γὰρ ὅσον σὺ προσχρῄζεις.] In Vat. deest πείθου. Deinde Par. B. ὅσον σοι προχρῄζεις. Supplet Johnsonus *tibi obsequar*. Melius Brunckius *facilem me praebeo*.

521, 2. Ἤνεγκον κακότατ', ὦ ξένοι, ἤνεγ | κον, ἄκων μέν, θεὸς ἴστω.] Puto metrum esse integerrimum, versumque hunc non pro choriambico sed glyconeo hypercatalecto esse habendum. Reis. Metrum ionicum a minore esse monui ad v. 176, 7. Absurda est Bothii scriptura ἑκών, quam silentio praeteriit Reisigius. Nec multo melius ἄνων pro ἀνύων, quod excogitavit Hermannus de Metris p. 555. Martinus in annotatione ἤνεγκ' et ἀέκων. Ita metro quidem satis factum. Sed ἤνεγκα post ἤνεγκον in eadem sententia collocare non audeo. Nihil mutant MSS. nisi quod Par. B. T. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium, κακότητ'.

524. Ἀλλ' ἐς τί;] Supple ex praecedentibus: ἐς τί ἤνεγκας κακότητα. *Qua in re sceleris piaculum sustinuisti?* Musgr. Aliter gl. in Laur. A. ἀλλ' ἐς τί χωρήσει σοι τὰ πράγματα; Fortasse supplendum ἦλθες. Confer v. 548. ἄϊδρις εἰς τάδ' ἦλθον.

(153) 525, 6. *Κακᾷ μὲν εὐνᾷ πόλις οὐδὲν ἴδρις | γάμων ἐνέδησεν ἄτᾳ.*] [Legendum] *κακᾷ μ' ἐν εὐνᾷ.* Reisk. Malim *ἴδριν.* Mudg. Malim *ἴδριν.* Sic infra *οὐκ εἰδότ' οὐκ εἰδυῖα* v. 1038. [983.] Musgr. *Κακᾷ μ' ἐν εὐνᾷ πόλις οὐδὲν ἴδριν.* Vulgo *κακᾷ μὲν εὐνᾷ πόλις οὐδὲν ἴδρις.* Quod ad *μὲν* adtinet, menda manifesta est: *ἴδρις* defendi possit. Brunck. Reis. ex conj. *κοινᾶς μ' εὐνᾷ.* Leg. *κακᾷ μ' εὐνᾷ.* Mart. Laur. A. *κακᾶι μὲν εὐνᾶι πόλις οὐδὲν ἴδρις.* Nec multo secus ceteri MSS. plerique. Solus Laur. B. pro *μὲν* recte habet *μ'.* Solus etiam Vat. *ἴδρ^{υς},* posita super *σ* nota tachygraphica, quae *εν* vel *ιν* significat.

526. Par F. *γαμῶν ἐνέδησεν ἄταν.* Ricc. A. *γάμων ἐδήλωσεν ἄτα.* Vat. *γάμων ἐνέδυσεν ἄτα.*

527, 8. *Ἠ μητρόθεν, ὡς ἀκούω, | δυσώνυμα λέκτρ' ἔπλησας;*] Sic scriptum in B. Ceteri cum Aldo *ἐπλήσω.* In T. superscriptum *ἔπλησαν,* quod nihil aliud esse videtur quam nostrae lectionis depravatio. Brunck. Ambo verbi genera una conjunxit periodo Herodotus libro II. §. 87., *ἐπεὰν τοὺς κλυστῆρας πλήσωνται τοῦ ἀπὸ κέδρου ἀλείφατος γινομένου, ἐν ὧν ἔπλησαν τοῦ νεκροῦ τὴν κοιλίην —.* Reis. Par. B. Vat. *ἔπλησαν.*

Par. T. Farn. *ἐπλήσω* (superscr. *σαν*). Ceteri MSS. *ἐπλήσω,* quod revocavit Reisigius. Male Johnsonus, quem sequitur Brunckius: *Num matris, ut audio, nefandum torum implesti?* Rectius esset: *Num matre, ut audio, nefandum torum tuum implesti?* Inest enim in *ἐπλήσω* *accipiendi* sensus, quem neglexerunt interpretes. Aristophanes Vesp. 379. *καὶ τὴν ψυχὴν ἐμπλησάμενος Διοπείθους.* Lys. 327. *νῦν δὴ γὰρ ἐμπλησαμένη τὴν ὑδρίαν κνεφαία.* Eadem est ratio *τοῦ πλήσωνται* apud Herodotum, quod *λάβωσι πλήρεας* fere significat. Ceterum *μητρόθεν,* vel potius *ματρόθεν,* nisi pro simplici genitivo *ματρὸς* accipiendum est, propriam adverbii vim servat, quasi subobscure dicat chorus: *Num e materno genere uxorem duxisti.* Euripides Ion. 672. *ὡς μοι γένηται μητρόθεν παρρησία.*

530. *ὦ ξεῖν'.*] Brunckius *ὦ ξέν',* casu potius quam consilio, ni fallor. Vitium correxit Reisigius.

530. *αὗται δὲ δύ' ἐξ ἐμοῦ.*] Post *ἐμοῦ* aliquid excidisse, ostendit stropha. Reis. Hermannus *ἐξ ἐμοῦ γε.* Bothius *ἐξ ἐμεῖο.* Reisigius addit *φεῦ.* Annotatio ejus, cujus prima tantum verba dedi, hominis est ingenio valde abutentis. Excidit fortasse *μέν.* Sequitur enim apodosis *δύο δ' ἄτα.*

531. *παῖδες δύο δ' ἄται.*] Verte, *Filii vero duo noxae.* His enim designantur Polynices et Eteocles. (154) HEATH. Post *παῖδες* recte distinguunt edd. recentiores omnes, ut conjungantur verba *αὗται δύο παῖδες*. Miror Heathium non vidisse, filias *παῖδας*, filios vero *ἄτα* ab Oedipo appellari. De duali *ἄτα* mox videbimus. Metro convenientius esset etiam *παῖδε*, modo recte legatur v. 519. *στέρξον, ἱκετεύω.* Nec solius metri caussa praestaret in hoc versu *παῖδε*. Tragici enim rarius *δύο παῖδες*, nunquam *δυοῖν παίδων* dixisse videntur *. Sed vereor ut admitti possit *παῖδε*, nisi superiore versu legatur *ταύτα* pro *αὗται*, quod salvo metro fieri nequit.

531. *δύο δ' ἄτα*—] Sic unice in T. et in membr. a prima manu, superscripta Aldi lectione, *γρ. ἄται.* BRUNCK. Par. B. Ricc. A. Vat. *δύο δ' ἄται.* Par. A. *δύο δ' ἄτα* (sic), *γρ. ἄται.* Laur. A. *δύο δ' ἄτα* (sic). Laur. B. *δύο ἄτα.* Par. F. T. Ricc. B. Farn. recte *δύο δ' ἄτα.* Eadem varietas Ant. 533. ubi nunc legitur *δύ' ἄτα.* Juntina B. typographi vitio *δύοδ' ἄτα.*

534, 5. *Σαί τ' ἄρ' εἰσ' ἀπόγονοί τε καὶ | κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί.*] Ita hi duo versus ex Aldina sunt restituendi, nisi quod pro *Σαί τ' ἄρ'* legendum putem *Σαί γ' ἄρ'.* HEATH. *Σαί τ' ἄρ'.* Sic membr. et Aldus. Id est *σαί τοι ἄρα.* Bonam lectionem diversimode depravarunt librarii. In B. *αὐτ' ἄρ εἰσίν.* In T. *αὐτάρ εἰσίν.* BRUNCK. Par. A. *σαί τ' ἄρ εἰσ'.* Ricc. A. aut sic, aut ut Aldus. Laur. A. Par. F. Ricc. B. *σαί τ' ἄρ' εἰσίν.* Laur. B. *σοί τ' ἄρ' εἰσίν.* Par. B. *αὐτ' ἄρ εἰσίν.* Vat. *αὐτ' ἄρ' εἰσίν.* Uterque Triclinianus *αὐτάρ εἰσίν,* quod admisit Turnebus. Nihil horum metro convenit. Versus enim duo di-

* *Δύο* cum plurali conjunctum saepissime exhibent Atticorum poëtarum scripta, qualia hodie circumferuntur. Sed haud dubito quin exemplorum hujus constructionis pars maxima librariis tribuenda sit, quorum aetatibus jam fere evanuerat numeri dualis usus. Nonnulla tamen reperi, quae sanissima videantur; v. c. Sophocles Aj. 237. *δύο δ' ἀργίποδας κριοὺς ἀνελών.* Quod attinet ad *δυοῖν*, vereor ut unquam *δυοῖν* cum genitivo aut dativo plurali conjunxerint Attici. Apud Aeschylum Pers. 722. edidit Aldus: *ἀμφότερα· διπλοῦν μέτωπον ἦν δυοῖν στρατηλάτων.* Ubi verae scripturae vestigia in accentu conspiciuntur. Apud eundem Ag. 1393. vulgo legitur: *παίω δέ νιν δίς· κἀν δυοῖν οἰμώγμασι | μεθῆκεν αὐτοῦ κῶλα.* Adde Eum. 603. *Δυοῖν γὰρ εἶχε προσβολὰς μιασμάτων.* Repone *οἰμωγμάτοιν* et *μιασμάτοιν.*

metri jambici esse videntur, Bothius: *Σαί τ' ἄρ' ἀπόγονοί τ' εἰσὶ καί.* Reisigius: *Σαί τἄρ' ἴσ'* (id est, *ἴσα, ἐξ ἴσου*) *ἀπόγονοί τε καί.* Neutrum horum placet, nec quidquam excogitare possum, quod versui satisfaciat. Ceterum Aldus signum interrogationis
(155) post haec verba posuit. Hoc non revocavit Brunckius, qui recte *σαί τ' ἄρ' εἴσ'* revocavit. *Τ' ἄρα* pro *τοι ἄρα* habet noster Oed. C. 1442. Trach. 522. Phil. 1253. El. 404. et fortasse saepius, ut ad v. 408. monui.

535. Solgerus personarum distinctionem antistrophicis aequare conatus est hoc modo, ut priore versu ab Choro pronuntiato,—*ἀπόγονοί τε καὶ*—interpelleret loquentem Oedipus: *κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί.* Reis. Personarum ordinem, ut stropha antistrophae congrueret, sic constituendum putabam: *XO. Σαί τἄρ' εἴσ' ἀπόγονοί τε καί—* | *OI. Κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί.* | *XO. Ἰώ.* | *OI. Ἰὼ δῆτα, μυρίων ἐπιστροφαὶ κακῶν.* | *XO. Ἔπαθες. κ. τ. λ.* Eandemque rationem jam dudum Solgerum in versione vernacula proposuisse postmodum comperi. Mart. Expendi meretur haec sententia. Si v. 535. Oedipo tribui posset, sequentia recte procederent.

535. Ricc. A. *κοιναὶ πατρὸς ἀδελφαί.* Etiam Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium, *ἀδελφαί.* Ceteri MSS. recte *ἀδελφεαί*, ut Aldus.

536. *OI. Ἰώ. XO. Ἰὼ δῆτα,*] *Ἰὼ δῆτα, heu, utique,* debere personae alii assignari atque prius *ἰώ*, ostendit adjecta *δῆτα* particula. Prave ergo in B. haec Oedipo feruntur attributa. Reis. De B. vide Brunckium ad v. sequentem. Aeschylus Pers. 1075. *ΞΕ. Ἰὼ δὴ κατ' ἄστυ.* | *XO. Ἰὼ δῆτα, ναί, ναί.*

537. *Μυρίων ἐπιστροφαὶ κακῶν.*] Malim *ἐπιστροφάς*, ut hic quoque versus Choro tribuatur. Mudg. Aldus hunc versum Oedipo tribuit, legens *ἐπιστροφαί;* sequens autem verbum *ἔπαθες* Choro. In nullo codice persona huic versui praefixa conspicitur, sed praecedenti continuatur, in A. T. Choro: in B. Oedipo, cui ob personarum confusionem verba *ἰὼ δῆτα* tributa fuerant. In tribus verbo *ἔπαθες* praefixa est persona Chori. Has turbas composuimus, vera restituta lectione, *ἐπιστροφάς*, ut legendum esse jam viderat eruditus Britannus apud Heathium. Brunck. Par. A. T. Ricc. A. Farn. *μυρίων ἐπιστροφαὶ κακῶν*, ut impressi plerique. Ceteri MSS. et ed. Juntina B.

μυρίων γ' ἐπιστροφαὶ κακῶν. Suidas v. Ἐπιστροφῆς, *μυρίαι ἐπιστροφαὶ κακῶν.* Quod ad personas attinet, Laur. A. a prima manu verba *μυρίων γ' ἐπιστροφαὶ κακῶν* choro, *ἔπαθες* Oedipo tribuit: a correctore vero *μυρίων γ' ἐπιστροφαὶ κακῶν* Oedipo, *ἔπαθες* choro. Omnia choro post Brunckium tribuit Reisigius, qui tamen recte *ἐπιστροφαὶ* revocavit, et ante *ἔπαθες* plene distinxit.

537. Ἐπιστροφαὶ κακῶν, *vortices malorum.* (156) MUSGR. Scholiastes *συναθροίσεις*, Winsemius *cumuli*, Brunckius *reciprocationes*, Reisigius *vicissitudines.* Tam multas significationes habet ἐπιστροφή, quarum vix ulla ab hoc loco prorsus aliena est, ut optimam eligere difficillimum sit.

538. *ἔπαθες;*] Poenitet tacite cum Brunckio interrogandi signum, quod priores cum Aldo et Turnebo posuerant, amovisse. REIS. Etiam Ἔρεξας v. 539. et Ἔκανες v. 545. rectius cum interrogatione proferuntur, secus ac Brunckio visum est.

539, 40. Ἐδεξάμην | δῶρον, ὃ μήποτ' ἐγὼ ταλακάρδιος] Laur. B. ἔγωγε.

541. *ἐπωφέλησα πόλεως ἐξελέσθαι.*] Ἐπωφέλησα, *debui.* Nuspiam tamen alibi hac potestate inveni. MUSGR. Aliter interpretatur Hermannus ad Viger. p. 743. [n. 190.] SCHAEF. 'Quidni ἐπωφέλησα pro ὠφέλησα poëtae concedamus ut ἅπαξ λεγόμενον? DOED. Praeclare sensit Hermannus, esse πόλιν assumendum, ut sit, *tantum de civitate merui, ut tale munus nunquam ab ea accipere debuissem.* REIS. Hermanni verba sunt: *Immo sensus hic est:* donum accepi, quod non merui miser ab urbe accipere. *Ad ἐπωφέλησα enim intelligendum τὴν πόλιν, ut sit perinde ac si dixisset, ἐπωφέλησα τὴν πόλιν, ὥστε μήποτε αὐτῆς ἐξελέσθαι τοῦτο τὸ δῶρον.* Ingeniosa quidem est Hermanni interpretatio. Vereor tamen ne recte vulgus interpretum ἐπωφέλησα pro ὤφελον dictum censeat.

541. Omnes libri ante Bothium πόλεως. Is πόλεος reposuit auctore Hermanno.

542. *Δύστανε, τί γὰρ ἔθου φόνον;*] Ita distinguit Aldus. Rectius edd. recentiores: *τί γάρ; ἔθου φόνον;* Laur. vero B. *τί γὰρ ἔθου* choro, *φόνον* Oedipo tribuit. Solus Par. B. *φόνου.*

545. *Τί τοῦτο; τί δ' ἐθέλεις μαθεῖν;*] Vat. *τί*

τοῦτο δ' ἐθέλεις μαθεῖν. Laur. B. χο. τί τοῦτο; οἰ. τί δ' ἐθέλεις μαθεῖν;

547. καὶ γὰρ ἀγνὼς ἐφόνευσα κἀπώλεσα,] Vulgo legitur nimis absurde, καὶ γὰρ ἄλλους ἐφόνευσα, quod non video qui juxta Heathii interpretationem significare possit, *Alios, ut putabam scilicet, non patrem.* Vere, ni fallor, emendat acutissimus Tyrwhittus, ἀγνώς, *inscius.* BRUNCK. Vat. ἄλλους.[ως] Ceteri MSS. ἄλλους, quod diserte agnoscit scholiastes. Tyrwhitti conjectura sententiae optime convenit, metro vero minus bene, licet ἀδμῆτα primam corripiat Ant. 353.
(157) Rectius ἄνους Porsonus apud Kiddium p. 217. Alias conjecturas memorat Reisigius, qui dedit: καὶ γὰρ ἄλους γε φονεῦσιν ἀπώλεσα.

547. Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores ante Bothium, κἀπώλεσα. Ceteri MSS. καὶ ἀπώλεσα, ut Aldus. Recte Bothius καὶ ὤλεσα.

550. Θησεὺς κατ' ὀμφὴν σὴν ἀποσταλεὶς πάρα.] Gl. κατὰ σὴν προαγόρευσιν. BRUNCK.

550. ἀποσταλεὶς πάρα.] Sic recte Turnebus edidit. Aldus et codd. mendose ἀπεστάλη πάρα. BRUNCK. Deest versus in Par. F. Ceteri MSS. ἀπεστάλη, ut Aldus. In Par. T. suprascriptum γάρ, quasi διὰ μέσου sint verba κατ' ὀμφὴν σὴν γὰρ ἀπεστάλη.

552. τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθοράς,] Nullo novandi consilio in majore editione reliqui διαστροφάς, quod mihi oscitanter describenti in calamum forte venerat. BRUNCK. Vide Porsonum ad Phoen. 884.

556. καί σ' οἰκτίσας | θέλω σ' ἐρέσθαι,] Perperam Aldus, ut in membr. θέλω τί ἔρεσθαι. BRUNCK. Retinui Turnebianum θέλω σ' ἐρέσθαι, cum Brunckio et aliis. Verum in Aldina scriptura τὶ ἔρεσθαι, aliud quiddam et exquisitius subesse reor, modo in τι superiorem paullum producas lineolam: θέλω 'περέσθαι. REIS. Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores, θέλω σ' ἐρέσθαι, quod mendosum esse arguit σε male repetitum. Ceteri MSS. θέλω τί (Par. A. τὶ) ἔρεσθαι, fere ut Aldus. Recte Reisigius θέλω 'περέσθαι. Euripides Erechtheo II. 1. Ὀρθῶς μ' ἐπήρου, βούλομαι δέ σοι, τέκνον, κ. τ. λ. Apud Aristophanem legitur ἐπερήσομαι Lys. 98. ἐπερησόμενος Plut. 52. Plura Reisigius.

557. Fluctuantur libri inter ἐρέσθαι et ἔρεσθαι. Lucianus T. III. p. 56. ἐροῦ. al. ἔρου. Ego praeferam

priorem rationem. SCHAEF. Recte. Noster Oed. C. 209. *Μή, μή, μή μ᾽ ἀνέρῃ τίς εἰμι.* Phil. 576. *Μή νύν μ᾽ ἔρῃ τὰ πλείον᾽.* Aristophanes Ran. 438. *μήδ᾽ αὖθις ἐπανέρῃ με.* Omnes quos vidi libri *ἀνερέσθαι* Oed. T. 1304. *ἐροῦ* El. 563.

557. *δύσμορ᾽ Οἰδίπους,*] Ausus sum hoc in loco nominativi formam *Οἰδίπους* ponere pro vocativo *Οἰδίπου.* Movet me hujus paucitas, illorum contra multitudo exemplorum. Duodecies *Οἰδίπους* pro vocativo legitur apud Sophoclem: *Οἰδίπου* vero ter: in Oed. Tyr. 405., in Col. hic et v. 1341. [1346.]. REIS. Vide ad Oed. T. 405.

560, 1. *δεινὴν γὰρ ἂν πρᾶξιν τύχοις | λέξας, ὁποίας ἐξαφισταίμην ἐγώ.*] Laur. A. a prima manu (158) *ὁποίασ᾽ ἐξαφισταίμην.* Idem a correctore et Ricc. B. *ὁποίας σ᾽ ἐξαφισταίμην.* Ricc. A. *ὁποῖ᾽ ἐξαφισταίμην.*

ας᾽

Par. T. *ὁποίας ἐξαφισταίμην.*

562—568. *ὡς οἶδά γ᾽, αὐτὸς ὡς ἐπαιδεύθην ξένος, | ὥσπερ σύ, κ. τ. λ.*] *Haud ignara mali miseris succurrere disco.* LOND. B. Hunc locum ob oculos habuisse videtur Virgilius, ubi Dido eadem humanitate, qua hic Theseus Oedipum, Trojanos excipit, Aen. I. 628. *Me quoque per multos similis fortuna labores | jactatam hac demum voluit consistere terra. Non ignara mali miseris succurrere disco.* BRUNCK.

562, 3. *ὡς οἶδά γ᾽ αὐτὸς ὡς ἐπαιδεύθην ξένος, | ὥσπερ σύ,*] Malim *οἶσθα*: *nosti ipse, me apud exteros vixisse hospitem, pariter ac tu nunc es.* MUSGR. [Distinguendum:] *ὡς οἶδά γ᾽, αὐτὸς ὡς ἐπαιδεύθην ξένος.* VAUV. Possit aliquis *οἶδα καὐτὸς* conjicere, quod sane probabilius esset, quam quod Musgravius *οἶσθα* emendavit, quo vix languidius aliquid excogitari potest. DOED. Impressi ante Stephanum: *ὡς οἶδά γ᾽ αὐτός, ὡς ἐπαιδεύθην ξένος.* Sic etiam Brunckius. Stephanus et sequentes ante Brunckium: *ὡς οἶδα γ᾽ αὐτὸς ὡς ἐπαιδεύθην ξένος.* Reisigius ut Vauvilliersius. Quod attinet ad *γε*, conferendus Euripides Hec. 346. *ὡς ἕψομαί γε, τοῦ τ᾽ ἀναγκαίου χάριν, | καὶ τοῦ δικαίου.*

563, 4. *χὤστις πλεῖστ᾽ ἀνὴρ ἐπὶ ξένης | ἤθλησα κινδυνεύματ᾽ ἐν τῷ μῷ κάρᾳ.*] Scribendum videtur: *χ᾽ ὥτι πλεῖστ᾽ ἀνήρ. Ὡς ἐπαιδεύθην ξένος* et *ὅτι ἀνὴρ ἐπὶ ξένης ἤθλησα* &c. evidenter sibi opponuntur. VAUV. Disjungendae erant voculae: *χὡς τις πλεῖστ᾽,*

ἀνὴρ, ἐπὶ ξένης | ἤθλησα, i. e. *ut qui plurima in peregrina terra adii pericula*: idque prorsus expressum in exemplari exstat Aldino. Reis. Aldus χ' ὥς τις, quod pro καὶ ὅστις acceperunt plerique, Reisigius vero pro καὶ ὥς τις. Dedi χὤτι Vauvilliersium sequutus. Euripides Hec. 310. θανὼν ὑπὲρ γῆς Ἑλλάδος κάλλιστ' ἀνήρ. Rhes. 500. καὶ πλεῖστα χώραν τήνδ' ἀνὴρ καθυβρίσας. Quo sensu plerumque dicitur εἷς ἀνήρ. Euripides Or. 741. Ποῦ 'στιν ἣ πλείστους Ἀχαιῶν ὤλεσεν γυνὴ μία;

564. Laur. A. ἤθλησα κινεύματ', correctus tamen ab eadem manu. Laur. B. ἠθέλησα κινεύματ'. Vat. ἤθλησα κινδυνεύματω̃ 'μῶ κάρα.

702. Ut constet metrum et antithetico respondeat, legendum videtur οὔ τοι νέος. Heath. Τὸ μέν | τις οὔ | τε | νέος οὔ | τε γή | ρα. [Ita legendus hic versus,] quem sic in pedes suos divisi, ut quivis perspicere possit, Heathium falli, quum ait ad metri rationem legendum esse οὔτοι νέος. Sive οὔτοι, sive οὔτε legas, perinde sanus et integer est versus. Sed οὔτε flagitat sermonis indoles, et nititur codicum consensu. Perperam Aldus et A. B. οὔτε νεαρός. Brunck. Τὸ μέν τις οὐ νεαρὸς οὔτε γήρᾳ. Num mea emendatio vera sit, affirmare equidem nolim: certe mediocritatem praestabo. Quinquies hujus loci metrum repetitum est inter choriambicos, quinta semper producta syllaba. Debent ergo νεα syllabae breves duae in unam longam contrahi, ut in ῥέα docuerunt ad Hesiodum. Reis. Etiam Porsonus apud Kiddium p. 217. οὐ νεαρός. Cui scripturae obstat apodosis οὔτε γήρᾳ. Vide ipsius Reisigii verba, quae attuli ad v. 496. Neque commode reponi potest, οὐ νεαρός, οὐδὲ γήρᾳ. Non enim negatio primaria οὐ νεαρός, secundaria οὐ γήρᾳ, sed par utriusque ratio, cui scilicet conveniunt particulae οὔτε—οὔτε. Sed videndum, quid MSS. praebeant. Par. B. Vat. οὐδὲν εὐαρός. Libri Tricliniani scripti et impressi οὔτε νέος, quod retinuit Brunckius. Ceteri MSS. οὔτε νεαρός, ut Aldus. Juntina B. typographi errore οὔτε νεκρός. Nihil melius Tricliniana scriptura excogitare possum. Objici quidem potest, rarius vocabulum νεαρὸς in commune νέος ex conjectura mutandum non esse. Sed regulam Griesbachii criticam, in diversitate scripturae vocabula rariora praeferenda esse vulgatioribus, non semper veram esse monui ad Med. 427, 8. p. 152. Recte, ni fallor, legitur ἀδελφὰς v. 1056. νεκρῶν v. 1564. licet MSS. plures et meliores exhibeant poëticas formas ἀδελφεὰς et νεκύων. Revocavi igitur οὔτε νέος ut scriptu-
(179) ram nisi certam, saltem probabilem. Duae autem syllabae breves τε νέ- uni longae respondent.

703. σημαίνων ἁλιώσει χερὶ πέρσας.] Ἁλιώσει, i. e. ἀφανίσει, exitio dabit. Respicit hic historiam de oliva Minervae, statim, postquam a Persis combusta fuisset, reviviscente. Vid. Herodot. VII. 55. Pausan.

in Attic. p. 64. Musgr. Par. A. Ricc. A. ἁλιώσει, ut Aldus. Ceteri MSS. et edd. recentiores ἀλιώσει, quod confirmat noster Trach. 258. κοὐχ ἠλίωσε τρόπος.

703. Accuratius antithetico respondebit metrum, si pro χειρὶ rescribas χερί. Heath. Aldus et codd. contra metri rationem χειρί. Brunck. Ita MSS. ad unum omnes.

704, 5. ὁ γὰρ εἰσαιὲν ὁρῶν κύκλος | λεύσσει νιν μορίου Διός,] Ut metrum antithetico respondeat, legendum est ὁ γὰρ ἐσαιέν. Heath. Aldus et membr. ὁ γὰρ εἰσορῶν κύκλος. In duobus aliis, ὁ γὰρ εἰσαιὲν ὁρῶν — Ut metrum cum antistrophico versu congruat, legendum ἐσαιέν. Brunck. Par. A. Ricc. A. εἰσορῶν, ut Aldus. Ceteri MSS. εἰς αἰὲν (vel εἴσαιεν) ὁρῶν, quod ex edd. recentioribus ante Brunckium revocavit Reisigius. Porsonus apud Kiddium p. 217. ὁ γὰρ αἰὲς ὁρῶν. Recte Hermannus de Metris p. 540. ὁ γὰρ αἰὲν ὁρῶν.

705. De olivis Moriis multa dat Scholiastes Aristoph. ad Nub. 1001. [ἀλλ' εἰς Ἀκαδήμειαν κατιών, ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξει.] Musgr. Multa etiam Scholiastes ad Sophoclem, qui auctores allegat Philochorum, Androtionem, Istrum, Aristotelem, Apollodorum. Apollodori verba sunt: περὶ Ἀκαδημίαν ἐστὶν ὅ τε τοῦ Καταιβάτου Διὸς βωμός, ὃν καὶ Μόριον καλοῦσι, τῶν ἐκεῖ μορίων παρὰ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρυμένων. Ex Istri testimonio nonnihil allegavi ad v. 694. Sequitur: ἐπάρατον δὲ ποιήσαντας τοὺς ἐμβαλόντας αὐτὰς ἐκκόψειε φίλος ἢ πολέμιος. διὸ Λακεδαιμόνιοι, τὴν λοιπὴν γῆν δῃοῦντες, τῆς μὲν Τετραπόλεως ἀπέσχοντο διὰ τοὺς Ἡρακλείδας, τῶν δὲ μορίων διὰ τὰς ἀράς. Corrupta sunt verba ἐπάρατον δὲ ποιήσαντες τοὺς ἐμβαλόντας, ita tamen ut sensus satis perspicuus sit.

707, 8, 9. Ἄλλον δ' αἶνον ἔχω ματροπόλει τᾷδε κράτιστον, | δῶρον τοῦ μεγάλου δαίμονος εἰπεῖν,] Satis ineleganter antea κράτιστον referebant ad δῶρον. Reis. Impressi ante Brunckium neque post τᾷδε neque post κράτιστον distinguunt.

707. Deest in Par. B. Vat. ἔχω, vacuo spatio relicto.

710. χθονὸς αὔχημα μέγιστον.] Metri caussa additum χθονὸς ex conjectura Porsoni apud Gaisfordium ad Hephaestionem p. 326. quam aliis quoque in mentem venisse scio. (180)

711. εὔιππον, εὔπωλον, εὐθάλασσον.] Εὔπωλον post εὔιππον manifesto superfluum est. An legendum εὔμηλον? Musgr. Per mihi mirum profecto, quomodo potuerit tautologia tam detestabilis tam diu tolerari. Nihil potui melius excogitare nostro, et, ut arbitror, etiam Sophoclis, εὔπλουτον. Reis. Simile quid Sophoclem scripsisse Schol. probare videtur, qui ad v. 715. huc respiciens haec praebet: Περὶ τὰ τρία ταῦτα κεφάλαια μάλιστα διατρίβουσι τοῦ ἐγκωμίου, ὅτι εὔφορος ἡ χώρα, καὶ ὅτι ἱππικοὶ Ἀθηναῖοι, καὶ ὅτι ναυτικοί. Mart. Verba ὅτι εὔφορος ἡ χώρα ad ea, quae de oliva dicta sunt, manifesto spectant. Vereor ne a Sophoclo sit εὔιππον, εὔπωλον. Haud multo secus v. 131. ἀφώνως, ἀλόγως, licet haec tautologia tolerabilior sit. Ceterum Laur. A. εὔιπτον, quod merus scribae error esse videtur, licet etiam in scholiis occurrat. Idem liber ἄνιπτον v. 899.

712, 3. σὺ γάρ νιν εἰς | τόδ' εἴσας αὔχημ',] Par. A. Ricc. A. εἶσας, ut Aldus. Par. B. T. Vat. Farn. εἶσας. Laur. A. B. Par. F. Ricc. B. εἴσας. Edd. recentiores recte εἶσας.

713. Par. B. Vat. Farn. ποσειδῶν. Par. T. ποσει-$\overset{\text{εν}}{\text{δῶν}}$. Ceteri MSS. recte ποσειδάν.

715. πρώταισι ταῖσδ' ἔκτισας ἀγυιαῖς.] Videtur scribendum ταῖσδε κτίσας. Cant. [Legendum] ἐκτίσας ab ἐκτίνω. Reisk. Recte reposuit Canterus ταῖσδε κτίσας, postulante et metro et sententia. Heath. Sic recte in T. a secunda manu. Ceteri et Aldus, ταῖσδ' ἔκτισας. Brunck. Laur. B. ταῖσδ' ἐκτίσας, ut conjecit Reiskius. Par. T. Farn. ταῖσδ' ἐκτίσας (sic). Ceteri MSS. ταῖσδ' ἔκτισας, ut impressi plerique.

716, 7, 8. ἁ δ' εὐήρετμος ἔκπαγλ' ἁλία χερ | σὶ παραπτομένα πλάτα | θρῴσκει,] Pro ἁ malim σά. Alioqui non satis apparet quid ad Neptunum faciat nautica Atheniensium peritia. Musgr. Silentio hanc conjecturam praeterissem, ni σὰ post ἁλία addidisset Reisigius, apud quem verba χερσὶ παραπτομένα πλάτα verbis ὁ γὰρ εἰσαιὲν ὁρῶν κύκλος v. 704. respondent. Facile cogitatione suppleri potest διὰ σέ, tua caussa.

716. Εὐήρετμος πλάτα, ut καλλίχειρες ὠλέναι, πόδα τυφλόπουν, εὐπήχεις χεῖρας, et similia.

716. Ἔκπαγλα cum θρῴσκει connectendum: ἔκπαγλα θρῴσκει, mirifice saltat. Musgr.

717. Ut metrum antithetico respondeat, lege σὺν παραπτομένᾳ. HEATH. Χερσὶ παραπτομένα (181)
πλάτα. Sic liquido in T. In duobus aliis, ut apud Aldum, χερσὶ παραπτομένα. Restituta genuina lectione, tunc demum congruunt antithetici versus: ὁ γὰρ αἰ|ὲν ὁ|ρῶν κύκλος: καὶ παρα|πτομέ|να πλάτα. At non video cur congruerent, si ex Heathii sententia legeretur σὺν παρα|πτομένᾳ | πλάτᾳ. BRUNCK. Vulgata versus 717. scriptura sanissima est.

718, 9. τῶν ἑκατομπόδων | Νηρῄδων ἀκόλουθος.] Quinquaginta numero fuere Nereides, quas propterea noster ἑκατόμποδας satis insolenter vocat. Ovidius tamen Fastor. VI. 499. *Excipit illaesos Panope centumque sorores.* Propertius lib. III. eleg. v, 33. *O centum aequoreae Nereo genitore puellae.* Plato Critia: *Νηρῄδας δὲ ἐπὶ δελφίνων ἑκατὸν κύκλῳ· τοσαύτας γὰρ ἐνόμιζον αὐτὰς οἱ τότε εἶναι.* P. 1105. C. [T. III. p. 116. E.] Fortasse legendum ἑκατόμποδας, ut ἑπτάποροι Πλειάδες in Eurip. Rhes. 530. MUSGR. Nihil mutandum, sed vertendum sane ἑκατόμποδας *centum*, non *quinquaginta*, ut esse video apud Brunckium: siquidem περιφράζει vox ποῦς. BOTH. Ita v. 17. πυκνόπτεροι ἀηδόνες sunt πυκναὶ ἀηδόνες. REIS. Ut πυκνόπτεροι ἀηδόνες sunt πυκναὶ ἀηδόνες πτεροῦσσαι, (hoc enim addere debebat Reisigius,) ita ἑκατόμποδες Νηρῇδες sunt ἑκατὸν Νηρῇδες ὀρχηστρίδες. Simili modo εὐπατέρειαν αὐλὰν pro καλὴν πατρῴαν αὐλὴν dixit Euripides Hipp. 68. πατροκτόνου χερὸς pro πατρῴας παιδοκτόνου χερὸς Iph. T. 1083.

719. Scribi melius videretur Νηρῄδων. Multa occurrunt simili vitio laborantia. VAUV. Sic ἀδήιον v. 1535. Cujusmodi pleraque apud Sophoclem, quae a Turnebo relicta erant, emendavit Brunckius.

721. νῦν σοὶ τὰ λαμπρὰ ταῦτα δεῖ φαίνειν ἔπη.] Laur. A. Ricc. B. ταῦτα δή. Pejus Par. F. ταῦτα νῦν.

724, 5. ἐξ ὑμῶν ἐμοὶ | φαίνοιτ' ἂν ἤδη τέρμα τῆς σωτηρίας.] *Nunc tempus est, quo mihi ex vobis apparere possit salus.* Sic exprimi debuit vis optativi potentialis. Non enim est optativus proprie dictus. Quippe is eam significationem habens a qua denominatur, id est votum enuntians, particulam ἂν nunquam adsumit. Vide quae notavimus ad Comici Equites 400. BRUNCK. Verterat: *ex vobis mihi nunc certa appareat salus.* Vat. φαίνοι ἂν ἤδη.

726, 7. καὶ γάρ εἰ γέρων κυρῶ | τὸ τῆσδε χώρας οὐ γεγήρακε σθένος.] Vera proculdubio est lectio, quam (182) secutus est vetus interpres, εἰ γέρων ἐγώ. Κυρῶ ex glossemate irrepsisse verisimile est. Heath. Multo elegantior lectio veteris scholiastae εἰ γέρων ἐγώ. Vauv. Pro ἐγὼ vulgo κυρῶ, quod scholiastae annotatio glossema esse demonstrat. Musgr. Εἰ γέρων κυρῶ. Sic tres codd. Scholiastes legebat εἰ γέρων ἐγώ. Brunck. Glossema est κυρῶ, quod ex Scholiastae annotatione intelligitur hac: Εἰ γέρων ἐγώ. κυρῶ δηλονότι. Both. Fraus olim in Scholio describendo commissa irretivit Heathium, Vauvilliersium, Musgravium atque Bothium. At ipsum Scholium est emendandum: εἰ γέρων κυρῶ: ἐγὼ δηλονότι: quibus verbis enarrator voluit opposita inter sese declarare. Certe κυρῶ non est usitatum in Scholiastarum interpretationibus. Reis. Recte statuit Reisigius, verbum poëticum κυρῶ pro glossemate accipi non posse. Scholium editori Romano debetur. Membranae enim Laur. nullum habent.

Eaedem in textu εἰ γέρων ἐγώ (supra κυρῶ). Laur. B. εἰ γέρων ἐγὼ κυρῶ. Ceteri MSS. recte εἰ γέρων κυρῶ. Poëta κυρῶ, interpres ἐγὼ scripsit, non ut ostenderet κυρῶ primam personam esse, sed ut moneret apodosin τὸ τῆσδε χώρας σθένος opponi protasi ἐγώ, quod in κυρῶ subauditur. Nihil usitatius apud tragicos, quam ut vocabulum emphaticum in protasi cogitatione supplendum relinquatur. Euripides Hec. 60. ἄγετ' ὀρθοῦσαι τὴν (νῦν μὲν) ὁμόδουλον, | Τρῳάδες, ὑμῖν, πρόσθε δ' ἄνασσαν. Hipp. 1042. εἰ γάρ σὺ μὲν (ἐμὸς) παῖς ἦσθ', ἐγὼ δὲ σὸς πατήρ. Suppl. 529. ἠμύνασθε πολεμίους καλῶς (μὲν ὑμῖν), | αἰσχρῶς δ' ἐκείνοις. Ibid. 700. ἔκτεινόν, ἐκτείνοντο. καὶ παρηγγύων | κελευσμὸν ἀλλήλοισι σὺν πολλῇ βοῇ· | Θεῖνε (τοὺς Θηβαίους,) ἀντέρειδε τοῖς Ἐρεχθείδαις δόρυ.

727. Par. A. Ricc. A. τὸ τῆς χώρας.

728. Ἄνδρες χθονὸς τῆσδ' ἐγγενεῖς οἰκήτορες,] Ἐγγενεῖς, id est, αὐτόχθονες, quod sibi laudi maxime esse ducebant Athenienses. Libri omnes εὐγενεῖς, ex sollemni harum vocum permutatione. Brunck. Εὐγενεῖς. Sic omnes libri: satis θωπευτικῶς ad voluntatem conciliandam Atheniensium. Brunckius ex conjectura ἐγγενεῖς, quod θωπευτικώτερον ipsi visum. Schaef.

729, 30. ὁρῶ τιν' ὑμᾶς ὀμμάτων εἰληφότας | φό-

βον νεωρῆ τῆς ἐμῆς ἐπεισόδου.] Ὁρῶ—*ὀμμάτων, ex oculis vestris perspicio.* Musgr. Haec verba plus uno modo explicari possunt. Optima fortasse ratio *ὀμμάτων φόβον, metum, qui in vultu apparet.*

730. Aldus *νεώρῃ*. Edd. recentiores *νεωρῇ*. Ita omnes. El. 901.

731. *ὃν μήτ᾽ ὀκνεῖτε, μήτ᾽ ἀφῆτ᾽ ἔπος κακόν.*] (183) Ὃν refertur ad *ἐμοῦ*, quod latet in *ἐμῆς*, quomodo in Trachiniis: *πόλιν | τὴν Εὐρυτείαν. τόνδε γὰρ μεταίτιον.* 264. [260.] Ubi *τόνδε* refertur ad *Εὔρυτον*, quod nomen continetur in *Εὐρυτείαν*. Exempla quaedam similia observavit doctiss. Musgravius in Euripide. Vauv. Eodem e Trachiniis exemplo usus est Porsonus ad Hec. 22.

731. Perperam in B. T. *ὃν μήποτ᾽ ὀκνεῖτε*. At tres codd. recte *μήτ᾽ ἀφῆτ᾽*— Male in impressis *μήτ᾽ ἀφεῖτ᾽*, contra scribendi canonem, quem rectissimum statuit Thomas in *Μή*. Scilicet cum imperativo construitur verborum praesentis temporis, *μὴ τύπτε*, non *μὴ τύπτῃς*; et cum subjunctivo verborum temporis indefiniti, ut in exemplo quod profert ex Aristide: *μηδ᾽ ἀπέχου μὲν ὡς φίλων, προῇ δὲ ὡς πολεμίους*. Cui simillima est hujus versus constructio, *μήτ᾽ ὀκνεῖτε, μήτ᾽ ἀφῆτε*. Vide Indicem nostrum in Aristophanem in *Μή*. Brunck. Vide etiam Porsonum ad Hec. 1174. Usus sum hoc canone ad *θιγὼν* v. 470. *ἐρέσθαι* v. 557. Imperativus *ἀφεῖτε* non modo soloecus est, verum etiam barbarus. Caussam erroris indicavi ad v. 429. *οὐκ ἔσχον, οὐδ᾽ ἤμυναν*. Omnes MSS. *μήτ᾽ ἀφῆτ᾽*, plerique *μήτ᾽ ὀκνεῖτ᾽*. Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium, *μήποτ᾽ ὀκνεῖτε**. Eodem errore *μήποτ᾽ ἐπὶ πόνῳ* libri nonnulli v. 1560. Plura exempla dedi ad Med. 1257. p. 275.

* Hermannus Diarii Classici T. XX. p. 277. *In Oed. Col. 731. ὃν μήτ᾽ ὀκνεῖτε, μήτ᾽ ἀφῆτ᾽ ἔπος κακόν, nonnulli libri, ὃν μήποτ᾽. Quod si quis ὃν μήποτ᾽ ὀκνεῖν scribendum putabit, recte habebit oratio, dum illud pro μήτε ποτὲ accipiatur.* Exemplum simile ei, quod fingit Hermannus, praebet Euripides Hec. 1199. *ἀλλ᾽ ὦ κάκιστε, πρῶτον οὔποτ᾽ ἂν φίλον | τὸ βάρβαρον, γένοιτ᾽ ἂν Ἕλλησιν γένος, | οὐκ ἂν δύναιτο.* Ubi nemo quidquam de scriptura dixisse videtur. Reponendum vero censeo *μηδ᾽ ἂν δύναιτο*. Ita certe loquuti sunt Aeschylus Prom. 893. Theb. 225. Eum. 979. Sophocles Trach. 303. Euripides Andr. 1190. Ion. 719. Herc. 159. Plura ad Oed. T. 817.

733, 4. πρὸς πόλιν δ' ἐπίσταμαι | σθένουσαν ἥκων, εἴτιν' Ἑλλάδος, μέγα.] Infra v. 1006. εἴ τις γῆ. V. 1664. εἴ τις βροτῶν. Trachin. v. 8. εἴ τις Αἰτωλὶς γυνή. Apollonius Rhod. IV. v. 757. νῦν, εἴ ποτε. SCHAEF. Melius exemplum dat noster Aj. 487. ἐγὼ δ' ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυν πατρός, | εἴπερ τινός, σθένοντος ἐν πλούτῳ. Φρυγῶν.

735, 6. ἀλλ' ἄνδρα τόνδε τηλίκον ἀπεστάλην | πείσων ἕπεσθαι πρὸς τὸ Καδμείων πέδον,] Versus laborat. Forsan τηλίκον γ' vel τηλικόνδ'. LOND. B. [Legendum] τηλικόνδ' ἀπεστάλην. REISK. Τηλικόνδ'. Sic Ald. Col. Franc. Flor. et Scal. (qui etiam pro τηλίκον ἀπεστάλην ad oram libri sui τηλικοῦτον ἐστάλην adscripserat). Editt. Steph. Turn. Cant. C. τηλίκον dant, claudicante Senario. BURT. Lege omnino praeeunte Aldina τηλικόνδ' ἀπεστάλην. Ita infra v. 1014. [959.] καὶ τηλικόσδ' ὤν. HEATH. Τηλικόσδ' (184) ἐπεστάλην. Aldus et membr. τηλικόνδ'. In duobus aliis mendose τηλίκον, quod tamen alteram lectionem firmat. Sed τηλικόσδ' quin verum sit, nullus dubito: γέρων μέν εἰμι, ἀλλὰ τηλικόσδε—Ἐπεστάλην dant membr. Ceteri, ut Aldus, male ἀπεστάλην. BRUNCK. Τηλικόνδ' ἀπεστάλην. *Nolite metuere: senex senem abducam.* SCHAEF. Senem se ipse modo professus erat, Oedipum autem callide, ut ejus usum elevet, hoc jam nomine appellat. Recte igitur Schaeferus vulgatum tutatus est. Sed Brunckius temeritati cumulum addidit, quod ἐπεστάλην recepit. Non enim homines ἐπιστέλλονται, sed mandata hominibus. REIS. Laur. A. B. R. . . B. τηλικόνδ' ἀπεστάλην, ut Aldus. Par A. F. Ricc. A. τηλικόνδ' ἐπεστάλην. Par. B. T. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium, τηλίκον ἀπεστάλην. De Vat. tacet Amatius. Suspicor tamen τηλίκον et in eo libro repertum iri.

736. πρὸς τὸ Καδμεῖον πέδον.] Sic membr. In aliis libris Καδμείων. BRUNCK. Laur. A. B. Par. F. Ricc. B. καδμείων, ut Aldus, quod revocavit Reisigius. Ceteri MSS. et edd. recentiores ante Reisigium, καδμεῖον. Eadem varietas v. 580. ubi vide annotata.

737, 8. οὐκ ἐξ ἑνὸς στείλαντος, ἀλλ' ἀνδρῶν ὕπο | πάντων κελευσθείς,] Scribitur et ἀστῶν [in margine Turnebianae,] quod malo. STEPH. Malim cum H. Stephano ἀστῶν. HEATH. Ita optime margo Turnebianae. Vulgo ἀνδρῶν. MUSGR. Ἀστῶν ὕπο. Sic B. T. recte. Alii ἀνδρῶν ὕπο. BRUNCK. Par. B. T.

Vat. Farn. ἀστῶν. Ceteri MSS. ἀνδρῶν, ut impressi plerique. Lectiones omnes, quae in solis Par. B. T. Vat. Farn. reperiantur, aut librariorum incuriae deberi, aut pro conjecturis habendas esse, plus semel monui. Rectius igitur fortasse fecissem, si ἀνδρῶν revocassem. Parum enim sententiae refert. Eadem varietas apud Euripidem Med. 297. φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ.

737. Omnes fere libri ἀνδρῶν ὕπο vel ἀστῶν ὕπο. Solus Vat. ἀστῶν ὑπό, quod verum videtur. Vide ad v. 312. *Αἰτναίας ἐπὶ | πώλου βεβῶσαν*.

738, 9. οὕνεχ᾽ ἧκέ μοι γένει | τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματ᾽,] Herodotus II. 36. νόμος ἅμα κήδεϊ κεκάρθαι τὰς κεφαλάς, τοὺς μάλιστα ἱκνέεται. MUSGR. Schol. προσήκει μοι. Sic ἧκον pro προσῆκον in Eurip. Alcest. v. 298. Musgr. [291. Beck.] SCHAEF.

739. ἢ πλεῖστον πόλεως.] Subauditur μᾶλλον. Verte, *magis quam plerosque e civitate*. Vide Bos. Ellips. Graec. Cl. Mudge tamen reponendum censet (185) πήματα πλεῖστον πόλεως. Neque sane diffitendum est optime ita constare metrum. HEATH. Elegantissima cl. Mudge emendatio πήματα πλεῖστον πόλεως. VAUV. *Τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματα πλεῖστον πόλεως. Sic scribendum pro πήματ᾽, ἢ πλεῖστον. Mutatum ab aliquo, qui metro frustra metuebat, sensum non curabat*. Markland ad Suppl. 481. Sic etiam eruditus alius Britannus apud Heathium. BRUNCK. Hermannus apud Erfurdtium ad Aj. 1109. p. 628. πήμαθ᾽, ἢ πλεῖστον πόλεως. Quam conjecturam certam appellat Erfurdtius, admisit Reisigius. Plerique MSS. ἢ πλεῖστον, ut impressi ante Brunckium. Laur. A. εἰ σπλεῖστον. Par. F. Ricc. B. εἰ πλεῖστον. Recte Laur. B. εἰς πλεῖστον. Ita noster Oed. T. 918. ὅτ᾽ οὖν παραινοῦσ᾽ οὐδὲν εἰς πλέον ποιῶ.

740. ἀλλ᾽ ὦ ταλαίπωρ᾽ Οἰδίπους, κλύων ἐμοῦ,] Omnes MSS. ni fallor, οἰδίπους, ut impressi. Solus Suidas v. Ἴκου, οἰδίπου. Vide ad Oed. T. 405. Oed. C. 557.

741. ἵκου πρὸς οἴκους.] Laur. A. ἧκου. Laur. B. Par. F. Ricc. B. ἧκου. Ceteri MSS. ἵκου, ut impressi. Ita quoque Suidas v. Ἴκου. Etiam v. 1495. vulgo legitur ἵκου contra analogiam. Simile est ἐνέγκου v. 470. Si recte scribimus ἑλοῦ, ἐροῦ, λαβοῦ, πυθοῦ, et similia, manifesto scribendum etiam ἱκοῦ et ἐνεγκοῦ.

741, 2. *πᾶς σε Καδμείων λεὼς | καλεῖ δικαίως,*] In duobus codd. *Καδμεῖος*, superscripta altera lectione *Καδμείων*, quae praestat. Brunck. Par. B. T. Farn. *καδμεῖος*. Vat. *καδμεῖος*. Ceteri MSS. *καδμείων*, ut impressi.

742. *ἐκ δὲ τῶν πάντων ἐγώ,*] In Schol. *ἐκ δὲ τῶνδε μάλιστ' ἐγώ.* Forsan *ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐγώ.* Antea dixerat *ὑπὸ πάντων. κελευσθείς,* unde petitum videtur *πάντων*. Lond. B. Veram lectionem repraesentat Aldina, *ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐγώ. Τῶν* hic pro *τούτων*, ut saepe alias, usurpatur, quod a Librariis minus intellectum ansam interpolationi dedit. Vide Aeschylum Sept. ad Theb. v. 391. 478. 515. Heath. Ed. Ald. *ἐκ δὲ τῶν μάλιστ'.* Scholiastes *ἐκ δὲ τῶνδε μάλιστ'*: ubi *τῶνδε* manifesto vitiosum est, non item *τῶν*, si pro *αὐτῶν* accipiatur, Confer Markland. in Appendice ad Suppl. Eurip. p. 250. Musgr. *Ἐκ δὲ τῶν*, id est *ἐκ δὲ τούτων*, *τῶν Καδμείων*, *ἐγὼ μάλιστα*. Pessima est Turnebi lectio, quam tamen aliquanto tolerabiliorem dedit, quam eam in codd. invenerat, in quibus est:—*ἐκ δὲ τῶν πάντων ἐγώ. | ὅσωπερ εἰ μὴ πλεῖστον ἀνθρώπων ἔφυν, | μάλιστα δ'*
(186) *ἀλγῶ τοῖσι σοῖς κακοῖς γέρον.* Ex Aldina *κάκιστος* adsumpsit: in ceteris etiam poterat eam sequi, nisi Sophoclem, novitatis studio, prorsus interpolatum edere constituisset. Brunck. De *κάκιστος* mox videbimus. Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium, *ἐκ δὲ τῶν* (Turnebiana *τῶν,*) *πάντων ἐγώ.* Ceteri MSS. *ἐκ δὲ τῶν*, (vel *τῶν*) *μάλιστ' ἐγώ*, ut Aldus. Ita Euripides Alc. 265. *Οἰκτρὰν φίλοισιν, ἐκ δὲ τῶν*, (Aldus *τῶνδε*) *μάλιστ' ἐμοί.*

743, 4. *ὅσωπερ (εἰ μὴ πλεῖστον ἀνθρώπων ἔφυν | κάκιστος) ἀλγῶ τοῖσι σοῖς κακοῖς, γέρον,*] Ita fere impressi plerique, nec multo secus Laur. B. Par. A. Ricc. A. Sed Laur. A. Ricc. B. *κάκιστος τοῖσι σοῖς*, omisso *ἀλγῶ*, quod in Laur. A. supra scripsit corrector. Par. F. *κάκιστος τοῖσι σοῖς* a prima manu, *μάλιστ' ἀλγῶ τοῖσι σοῖς* a correctore, addito etiam in margine *ἀλγῶ*. Par. B. *μάλιστ' ἀλγῶ*. Vat. *μάλιστ' ἐπαλγῶ*. Par. T. Farn. *μάλιστα δ' ἀλγῶ*. Omnes impressi recte *κάκιστος ἀλγῶ*.

743. *Πλεῖστον* cum *ἀλγῶ* connectere videtur Scholiastes: si sententiam spectes, non incommode. Sed obstare videtur hyperbaton. Musgr. Hodie ne-

mo ignorat conjungenda esse πλεῖστον et κάκιστος, ut πλεῖστον ἐχθίστης Phil. 631. πλεῖστον ἡδίστην apud Euripidem Alc. 793. Quae exempla dedit Aug. Matthiae Gramm. Gr. §. 461. p. 638. Vide ad verba κάκιστα δυσσεβεστάτων v. 1190.

744. ἀλγῶ τοῖσι σοῖς κακοῖς πλέον,] Vulgo γέρον, quod nihil aliud est quam fartura, et versus fulcrum. Recte Eldickius in conjecturis mecum communicatis legit πλέον: ὅσῳ πλέον ἀλγῶ τοῖς σοῖς κακοῖς. BRUNCK. Γέρον. Brunckius ex conjectura πλέον. Id ipsum, s. μᾶλλον, ad ὅσῳ περ, si placet, subaudi. Plato Euthyphr. c. 12. p. 41. Fisch. [T. I. p. 11. D. Steph.] Κινδυνεύω ἄρα, ὦ ἑταῖρε, ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς δεινότερος γεγονέναι τὴν τέχνην τοσούτῳ, ὅσῳ ὁ μὲν τὰ αὑτοῦ μόνον ἐποίει οὐ μένοντα, ἐγὼ δέ, πρὸς τοῖς ἐμαυτοῦ, ὡς ἔοικε, καὶ τὰ ἀλλότρια. Similiora etiam haec Luciani T. I. p. 735. καὶ μάλιστα τοῖς ἄρχουσι καὶ πολλὰ πράττουσιν ὑμῖν, ὅσῳ καὶ πρὸς πολλὰ δεῖσθε τοῦ σώματος. T. II. p. 187. μάλιστα δὲ παρ' ὑμῖν, ὅσῳ ἱεροί τε ἐστε καὶ πάρεδροι τοῦ Πυθίου κ. τ. λ. T. III. p. 419. καὶ μάλιστα, ὅσῳ νήφοντες ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀναιμωτὶ ἔξω βέλους ἑστιασόμεθα. Sed quid talia consector, cum ipse Sophocles vulgatam scripturam satis tueatur? Nam vide mihi haec Trachin. v. 312. s. ἐπεί νιν τῶνδε πλεῖστον ᾤκτισα | βλέπουσ', ὅσῳ περ καὶ φρονεῖν οἶδεν μόνη. SCHAEF.

746. ἀεὶ δ' ἀλήτην,] Laur. A. Par. F. ἀεὶ (187)
ἀλήτην. Particulam in utroque addidit corrector.

747, 8, 9. τὴν ἐγὼ τάλας | οὐκ ἄν ποτ' ἐς τοσοῦτον αἰκίας πεσεῖν | ἔδοξ',] Par. B. τήνδ' ἐγὼ τάλας. Vat. τὴν δ' ἐγὼ τάλας.

748. Par. F. αἰκείας. Ceteri MSS. αἰκίας, ut impressi. Hoc vocabulum usurpant Aeschylus Prom. 93. 177. 601. Sophocles Oed. C. 748. El. 487. 511. 515. Euripides Bacch. 1371. Aristophanes Av. 1679. Eccl. 659. In his omnibus media syllaba aut necessario producitur, aut salvo metro produci potest. Reperiuntur quidem nonnulla in ια desinentia, quae penultimam producant: ut αἰθρία, καλιά, κονία. Sed nolim ad hoc genus referre αἰκία. Scribendum enim αἴκεια ostendit analogia. Substantiva omnia ab adjectivis in ής derivata, aut ει diphthongum, ut εὐσέβεια, aut ι correptum, ut ἀμαθία, in penultima habent apud Atticos. Recte igitur ἀείκεια ab ἀεικής, αἴκεια ab αἰκής, de quo vide ad El. 206. Eustathius p. 1336,

58. *διφορεῖται δὲ κἀνταῦθα ὡς καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ ἡ παραλήγουσα τῆς ἀεικείας. οὐ μόνον γὰρ διὰ τοῦ ι γράφεται τῷ λόγῳ τῆς αἰκίας, ἀλλὰ καὶ διὰ διαφθόγγου, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀεικὴς, ὅθεν ἀείκεια, ὡς ἐπιεικὴς ἐπιείκεια.* Similia p. 1893, 24. Formae Homericae sunt *ἀεικίην, ἀληθίην, ἀναιδίην*, in quibus producitur quidem penultima, sed ex sola necessitate.

749. *ὅσον πέπτωκεν ἥδε δύσμορος.*] In B. T. *ἧδ' ἡ δύσμορος.* BRUNCK. Ad *ὅσον* repete *ἐς*, de qua ellipsi jam diximus ad Dionys. Hal. de Comp. Verb. p. 325. Plato T. VII. p. 139. [T. II. p. 520. D.] *ἐν πόλει ᾗ ἥκιστα πρόθυμοι ἄρχειν οἱ μέλλοντες ἄρξειν.* Xenophon. Hier. i. 11. *ἔρχονται καὶ εἰς πόλεις ἃς ἂν βούλωνται.* Chandleri Inscr. 108. citata Schneidero Lex. Gr. v. *τριακάς: καταveῖμαι αὐτὸν εἰς τριακάδα ἣν ἂν αὐτὸς βούληται.* SCHAEF. Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium, *ἧδ' ἡ δύσμορος.* Ceteri MSS. *ἥδε δύσμορος*, ut Aldus.

750, 1. *ἀεί σε κηδεύουσα καὶ τὸ σὸν κάρα | πτωχῇ διαίτῃ τηλικοῦτος,*] Laur. A. *πτωχῆι.* Ricc. B. *πτωχῶ.* Ceteri MSS. *πτωχῇ* (vel *πτωχῇ*), ut impressi.

751. Animadverte Atticam Enallagen. Nam communis syntaxis exigeret *τηλικαύτη.* Vide cl. Kusterum ad Aristophanis Nub. v. 53. BURT. *Τηλικοῦτος* dictum pro *τηλικαύτη*, quod notandum. Sic Electr. v. 614. Clytaemnestra de filia sua: *καὶ ταῦτα τηλικοῦτος.* SCHAEF.

755. *ἀλλ' οὐ γάρ ἐστι τἀμφανῆ κρύπτειν,*] Par. B. T. Farn. *τάφανῆ* sive *τὰ 'φανῆ*, quod admisit Tur-
(188) nebus. Ceteri MSS. *τἀμφανῆ*, ut Aldus, quod e margine Turnebianae recte revocavit Stephanus.

757, 8. *κύψον, θελήσας ἄστυ καὶ δόμους μολεῖν | τοὺς σοὺς πατρῴους,*] In quibusdam cod. [scilicet in margine Turnebianae] habetur *κρύψον*, sed videtur manasse haec lectio et per errorem irrepsisse ex *κρύπτειν*, quod est in primo hujus paginae versu [775.] Talem autem erroris originem ostendi et supra. STEPH. Johnson. *cede.* Ed. Lond. [A. et Winsemius] *abde te.* An vertendum *annue?* LOND. B. Quanquam ferri quodammodo potest vulgata scriptura, longe tamen simplicius et accommodatius cl. Mudge videtur *τὸ κρύψον.* Judicet Lector. HEATH. *Κρύψον.* Ita optime ed. Ald. Vulgo *κύψον.* MUSGR. *Κύψον* vox est propria, *flectere.* VAUV. *Κρύψον.* Sic

membr. et Aldus. Nescio quo sensu, nec quo auctore, Triclinius κύψον. BRUNCK. Stephano imposuit Turnebus κύψον edendo. At ipsum vocabulum a tragoedia abhorret, κύπτειν. REIS. Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium, κύψον. Ceteri MSS. κρύπτον, ut Aldus.

759, 60. ἡ δ' οἴκοι πλέον | δίκῃ σέβοιτ' ἄν, οὖσα σὴ πάλαι τροφός.] Mallem δίκη cum Turnebo. BURT. Quid sit ἡ οἴκοι δίκη me nescire fateor; rescribendum igitur opinor δίκῃ, ut ἀπὸ κοινοῦ ad verbum σέβοιτο repetatur πόλις. HEATH. Bene sic ed. Turneb. Vulgo δίκη. Altrix Oedipi non erat ἡ οἴκοι δίκη, sed ἡ οἴκοι πόλις. MUSGR. Ἡ οἴκοι πόλις, id est patria. BRUNCK. Obtemperasse poenitet prioribus editoribus, Brunckio atque Musgravio. Egregie in rem valet ab Aldo vulgatum ἡ οἴκοι—δίκη: quo etiam jus Oedipum possidendi ut argumentum praetenditur tanquam proprium patriae. Quae δίκη Oedipi πάλαι τροφὸς dicitur elegantissime. REIS. Aldus mendose: ἡδ' οἴκοι, πλέον | δίκη σέβοιτ' ἂν οὖσα σὴ πάλαι τροφός. Paullo melius Juntina B. ἡδ' οἴκοι, πλέον. Turnebus: ἡ δ' οἴκοι, πλέον | δίκῃ κ. τ. λ. Stephanus vero et sequentium plerique: ἡ δ' οἴκοι πλέον | δίκῃ κ. τ. λ. Hactenus impressi. Par. A. B. F. T. Ricc. A. Vat. Farn. ἡδ' οἴκοι πλέον. Laur. A. B. Ricc. B. recte ἡ δ' οἴκοι πλέον. Post haec verba plene distinguunt Par. B. Vat. et fortasse plures. Deinde Laur. A. δίκηι. Ceteri, ni fallor, δίκη, quod ambiguum est. Omnino legendum δίκη, licet minus usitata loquendi ratio sit ἡ οἴκοι πόλις.

763, 4. τί ταῦτα πειρᾷ, κἀμὲ δεύτερον θέλεις | ἑλεῖν, ἐν οἷς μάλιστ' ἂν ἀλγοίην ἁλούς;] Memorabilis est Scholiastae annotatio, βαρυτόνως esse legendum (189) πεῖρα, non περισπωμένως, auctore Didymo. Sed nihil conducibile inde extricare potui. REIS. Neque mihi constat, quid in animo habuerit Didymus. Laur. A. πείρᾳ (sic). Ceteri omnes libri πειρᾷ vel πειρᾶ. Sequitur πειρᾷ μετασπᾶν v. 774.

765, 6. πρόσθεν τε γάρ με τοῖσιν οἰκείοις κακοῖς | νοσοῦνθ',] Hoc τε apodosin habet νῦν τ' αὖθις v. 772. Vide ad Oed. T. 36. Accusativus autem με pendet ab ὁρῶν, quod supplendum est. Vide annotata ad Aj. 136. σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω.

768. ἀλλ' ἡνίκ' ἤδη μεστὸς ἦν θυμούμενος,] Sic omnes libri, ni fallor. Dedi tamen ἦ, eram, de quo

vide ad vv. 973. 1366. maxime vero ad Oedi T. 1123.

769*. καὶ μάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι,] Lege κἀμάνθανον. Vide supra v. 451. [438.] HEATH. Versus male ex superioribus repetitus: quem hoc quidem in loco superfluum reddit μεστὸς ἦν θυμούμενος. MUSGR. Cl. Heath. κἀμάνθανον ad servandum augmentum. Sed multo magis litura quam emendatione indigebat versus evidenter ex versu 451. [438.] sine ulla varietate descriptus. VAUV. 769. Post hunc versum vulgo legitur inepte huc retractus versus 438. quem ex hoc loco ejiciendum esse jamdudum monuit Valckenarius ad Hippol. 1029. BRUNCK. Laur. A. Par. A. F. Ricc. A. B. καὶ μάνθανον, ut Aldus. Laur. B. Par. B. T. Vat. Farn. κἀμάνθανον, ut supra v. 438.

770. τότ' ἐξεώθεις κἀξέβαλλες,] Laur. A. ἐξεώθηες. Par. F. Ricc. B. ἐξεώθης. Farn. ἐξεώσθεις. Ceteri MSS. recte ἐξεώθεις. Deinde Ricc. A. Farn. κἀξέβαλες.

775. καίτοι τίς αὕτη τέρψις ἄκοντας φιλεῖν;] Interrogative. Sic liquido in B. T. ut legendum esse vidit Tyrwhittus. In aliis καίτοι τοσαύτη sensu nullo. BRUNCK. Par. B. T. Vat. Farn. τίς αὕτη. Ceteri MSS. τοσαύτη, ut Aldus. Eadem igitur conjectura Tyrwhitto in mentem venit, et grammatico, cui unam hujus fabulae recensionem debemus.

776, 7. ὥσπερ τις εἴ σοι λιπαροῦντι μὲν τυχεῖν | μηδὲν διδοίη, μηδ' ἐπαρκέσαι θέλοι,] Par. B. Ricc. A. θέλει. Par. T. Farn. θέλοι. Ceteri MSS. θέλοι, ut impressi.

778, 9. πλήρη δ' ἔχοντι θυμὸν ὧν χρήζοις, τότε | δωροῖθ',] Codd. χρήζεις, mendose. Structurae lex et temporum ratio flagitant omnino verbum optativi modi, ut in El. 629. πρὸς ὀργὴν ἐκφέρῃ, μεθεῖσά μοι (190) | λέγειν ἃ χρήζοιμ'. BRUNCK. Brunckius χρήζοις. Non opus. Sic statim sequitur φέρει, pro quo illum miror non dedisse φέροι. SCHAEF. Nescio unde Schaeferus tanquam Brunckianum acceperit χρήζοις. Editione quidem A. 1786. chartis quaternis, qua utimur, dilucide expressum videmus χρήζεις. REIS. In tertia editione Brunckius χρήζοις, quod in solo Laur. B. reperi. Laur. A. χρήιζεις. Ceteri MSS. χρήζεις (vel χρῄζεις), ut impressi plerique. Paullo melior mihi videtur optativus, quem revocavi.

779. Laur. A. δωροῖϑ' mutatum in δωροῖνϑ', ab eadem manu. Etiam Par. F. Ricc. B. δωροῖνϑ'.

779. ὅτ' οὐδὲν ἡ χάρις χάριν φέρει.] Οὐδὲν indeclinabiliter sumitur. Vide Trachinias v. 455. [448.] τοῦ μηδὲν αἰσχροῦ, μηδ' ἐμοὶ κακοῦ τινος.] Vauv. Aristophanes Ran. 437. Μηδὲν μακρὰν ἀπέλθῃς. Οὐδὲν et μηδὲν in his adverbia sunt.

779. Laur. B. Par. A. Ricc. A. φέρει, ut impressi. Laur. A. Ricc. B. φέρει (οι). Par. B. F. T. Vat. Farn. φέροι. Auctoritate librorum admisi, quod ex conjectura non dedisse Brunckium miratur Schaefertus.

780. ἆρ' ἂν ματαίου τῆσδ' ἂν ἡδονῆς τύχοις;] Gl. χάριτος. In B. T. τῆσδέ γ' ἡδονῆς. Librarium offendit forte repetitio particulae ἂν, quae sic geminata millies occurrit. Brunck. Laur. A. Ricc. B. τῆσδ' ἡδονῆς. Hinc Par. B. T. Vat. Farn. τῆσδέ (vel τῆσδε) γ' ἡδονῆς. Laur. B. Par. A. F. Ricc. A. recte τῆσδ' ἂν ἡδονῆς, ut impressi.

781. τοιαῦτα μέντοι καὶ σὺ προσφέρεις ἐμοί,] Laur. A. Ricc. B. καὶ σοὶ προσφέρεις. Laur. B. Farn. καὶ σὺ προσφέροις. Ceteri MSS. καὶ σὺ προσφέρεις, ut impressi.

783. φράσω δὲ καὶ τοῖσδ', ὥς σε δηλώσω κακόν.] Laur. A. Par. F. Ricc. B. καὶ τοῖς.

785. ἀλλ' ὡς πάραυλον οἰκίσῃς,] Gl. ἀγρότην. Brunck. Schol. ἀντὶ τοῦ, ἐν ἀγροῖς. Rectius vicinum, ἄγχι γῆς Καδμείας. Sic etiam Aj. 892. Τίνος βοὴ πάραυλος ἐξέβη νάπους;

785. Laur. A. et a prima manu Par. F. οἰκήσῃς. Ricc. B. οἰκήσεις. Vide ad οἰκίσαντα v. 92.

785, 6. πόλις δέ σοι | κακῶν ἄνατος τῶνδ' ἀπαλλαχθῇ χθονός.] Turn. editio habet ἄναιτος, quam lectionem ego omnino repudiandam censui, ut mendosam. At ἄνατος non apud scholiasten solum, verum etiam apud Hesychium habetur; itidemque ἀνατεὶ supra [Ant. 485.] Steph. Aldus recte, ut membr. ἄνατος, quod compositum est ab ἄτη, βλάβη. Alii ἄναιτος. Brunck. Laur. A. Par. B. F. T. (191) Ricc. A. B. ἄναιτος, quod a Turnebo admissum recte repudiavit Stephanus. Sic etiam Suidas v. Ἄναιτος. Gl. in Ricc. A. ἤγουν ἀναίτιος. Laur. B. ἄναψος. Vat. ἄνετος. Farn. ἄϊαντος. Par. A. ἄνατος γρ. sine varia lectione. Hesychius: Ἄνατος: ἀβλαβής.

786. Τῶνδ'. Omnino legendum cum Scaligero

[apud Burtonum] τῇσδ'. Musgr. Lego ex Scholiaste veteri τῆσδ'. Vauv. Perperam libri omnes τῶνδ'. Supra 605. ὅτι σφ' ἀνάγκη τῇδε πληγῆναι χθονί. Brunck. Fore praevideo, qui τῶνδε cum χθονός jungant, ut sit *horum*, nempe *Atheniensium terrae*. Verum, quae caussa sit, quamobrem poëta obscurius orationis construendae genus elegerit, non intelligo. Reis. Schol. καὶ ἵνα ἡ Θήβη ἀβλαβὴς ἔσται ἐκ ταύτης τῆς γῆς. Is igitur τῇσδ' legisse videtur. Hodie τῶνδ' omnes MSS. et Suidas v. Ἄναιτος. Quod non temere rejiciendum est. Sophocles enim *obscurius orationis construendae genus*, ut Reisigii verbis utar, haud raro elegit. Planius certe et facilius τῆσδ'.

789, 90. ἔστιν δὲ παισὶ τοῖς ἐμοῖσι τῆς ἐμῆς | χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτό γ', ἐνθανεῖν μόνον.] Sic cum Valckenario lego. Vulgo τοσοῦτον. Brunck. Non opus cum Brunckio scribere τοσοῦτό γ', quod falleretur si quis praeferret propter exempla a Valckenario congesta ad Euripid. Hippol. v. 1250. In his enim exemplis enclitica non referenda ad τοσοῦτο, sed cohaerent particulae ἀτάρ—γε, ἀλλ' οὖν—γε, καίτοι—γε. Ceterum delevi comma post τοσοῦτον: jungenda enim τοσοῦτον μόνον. V. Valckenar. ad Euripid. Hippol. v. 804. Schaef. Conjecturam, quae est in τοσοῦτό γ', Brunckio monstraverat Valckenarius ad Phoenissas, v. 1458. p. 491., sed ab eodem in medio relicta ad Hippolytum, v. 804. et 1250.. Reis. Qui τόσοῦτον ἐνθανεῖν μόνον. Τοσοῦτο et τοιοῦτο non usurpant tragici. Vide ad Aeschyli Prom. 800. Censurae Edinb. T. XVII. p. 239.

792. πολλῷ γ', ὅσῳπερ καὶ σαφεστέρων κλύω,] Male in B. T. ἐκ σαφεστέρων. Verbum κλύω cum genitivo absque praepositione construitur, ut infra 1117. τοῦδε χρὴ κλύειν. El. 877. ἴσθι τοῦτ' ἐμοῦ κλύουσ'. Brunck. Par. A. Riec. A. καὶ σαφεστέρων, ut Aldus. Ceteri MSS. et edd. recentiores ante Brunckium, ἐκ σαφεστέρων. Alteri scripturae favet schol. ἀντὶ τοῦ, καὶ σαφέστερον οἶδα.

795, 6. ἐν δὲ τῷ λέγειν | κάκ' ἂν λάβοις τὰ πλείον' ἢ σωτήρια.] An legendum λάκοις? Musgr.
(192) Minime contemnenda est Musgravii sententia. Is quidem hoc modo se sensum habere Sophoclis dictorum, ostendit. Sed frustrantur lectorem, qui vertunt cum Brunckio: *hoc ex sermone mala auferes plura quam commoda.* Immo κακά et σωτήρια spectare in

Oedipum, ex superioribus apparet. Quare nullum ego novi illo Musgravii praestabilius inventum. Reis. Musgravii conjecturam nonnihil firmat, quod λαβεῖν pro λακεῖν dedit Aldus Ant. 1093. Sed recte se habere videtur λάβοις, ut sensus sit: *eloquentia tua plus mali quam commodi tibi afferet.* Id est, *nihil ex ea lucrabere, praeter convicia et minas.* Vat. σωτηρίαν.

797. ἀλλ' οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων· ἴθι,] *Scio enim me haec tibi persuadere non posse.* Ed. Lond. [A.] distinguit: ἀλλ', οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων, ἴθι. Lond. B. Planissime assentior Viro docto emendanti οἶσθα γάρ με ταῦτα μὴ πείθων. Musgr. Nescio qua incogitantia pravam versionem priorum interpretum retinueram. Vertendum erat: *quandoquidem scio me tibi haec non persuadere.* Scilicet quae tibi praedixi, et istud maxime, fore ut plus damni quam commodi percipias ex hoc tuo sermone. Brunck. Nollem me MS. F. πείθοντ' praetermisisse, quod ibi vulgatae scripturae superimpositum traditur. Id enim est verissimum: *scio te tua haec consilia non esse persuasurum*, scilicet, *mihi atque Atheniensibus:* quae ipsa paullo post, vv. 798. 799. [802. 803.] hoc modo efferuntur: Ἐμοὶ μὲν ἐσθ' ἥδιστον, εἰ σὺ μήτ' ἐμὲ | πείθειν οἷός τ' εἶ, μήτε τούσδε τοὺς πέλας. Reis. Par. F. πείθων^{οντ'} Ceteri MSS. πείθων, ut impressi, quod non sollicitandum videtur. *Scio*, inquit, *fidem te mihi non adhibere, quum verborum copiam male tibi cessuram statuam.* Quod attinet ad ἀλλὰ γάρ, consulendus in primis Schaeferus Meletem. Crit. p. 66, 7. qui ex hac fabula protulit vv. 624. 755. 797. 1267. Plura dedi ad Heracl. 481. Med. 1035. p. 239. Vide et ad Oed. T. 1409. Ostendunt haec exempla non recte distingui in ed. Lond. A. ἀλλ', οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων, ἴθι.

798. ἡμᾶς δ' ἔα ζῆν ἐνθάδ'.] Turnebus in textu ὑμᾶς, in appendice ἡμᾶς sine γρ. quibus literis errorum typographicorum emendationes indicare solet.

798, 9. οὐ γὰρ ἂν κακῶς, | οὐδ' ὧδ' ἔχοντες, ζῶμεν, εἰ τερποίμεθα.] Turnebo, ni fallor, debetur, optativus ζῶμεν. Aldus enim ζῶμεν, nec variare videntur MSS. Sed gl. in Par. A. ἀντὶ τοῦ ζώημεν.

799. Legitur etiam ἢ τερποίμεθα [in appendice (193)

Turnebianae]: sed melior nostra lectio. Nam dure jungeretur κακῶς cum τερποίμεθα. Steph. Laur. A. Par. T. εἰ τερποίμεθα. Par. F. ἢ τερποίμεθα. Ceteri MSS. εἰ τερποίμεθα. Confer El. 354. οὐ ζῶ; κακῶς μέν, οἶδ', ἐπαρκούντως δ' ἐμοί.

800, 1. Πότερα νομίζεις δυστυχεῖν ἔμ' εἰς τὰ σά, | ἢ σ' εἰς τὰ σαυτοῦ μᾶλλον ἐν τῷ νῦν λόγῳ;] Sensus postulare videtur δυσνοεῖν. Musgr. Brunckius: *Num putas ex hoc tuo consilio majus mihi, quam tibi ipsi, damnum imminere?* Rectius schol. Ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ μὴ πείθεσθαί σε, μᾶλλον σὺ δυστυχεῖς ἤπερ ἐγώ. Εἰς τὰ σά, *quod attinet ad te.* Conferenda εὐτύχησεν εἰς τέκνα, μακάριος εἰς θυγατέρας, εἰς ἅπαντα δυστυχής, et similia.

804, 5. Ὦ δύσμορ', οὐδὲ τῷ χρόνῳ φύσας φανῇ | φρένας πότ',] Phrasis φύειν φρένας significat *sapere discere.* Vid. Wessel. ad Herodt. V. 91. p. 418. qui utitur n. l. et El. 1462. [μηδὲ πρὸς βίαν, | ἐμοῦ κολαστοῦ προστυχών, φύσῃ φρένας.] Similia addit Lobeck. ad Aj. 1066. Doed.

805. ἀλλὰ λῦμα τῷ γήρᾳ τρέφῃ;] Verte, *sed dedecus senectuti vivis.* Heath. Λῦμα τῷ γήρᾳ, *opprobrium senectutis.* Sic ὦ κάθαρμ' Εὐριπίδη in Schol. ad Orest. 554. [553.] Musgr. Est λῦμα h. l. id quod *turpitudinem, dedecus affert,* ut ὄνειδος et κατηφείη in Homero. Τρέφεσθαι significat *esse,* ut τρέφειν, praesertim in Sophocle, *habere.* Cf. Valck. ad Hipp. 364. Doed.

808. Χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.] In tali sententia locum non habet τε, ut nobis quidem videtur. Sed ita Aeschylus Prom. 926. ὅσον τό τ' ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν δίχα. Xenophon Hierone 1, 2. πῇ διαφέρει ὁ τυραννικός τε καὶ ὁ ἰδιωτικὸς βίος. Sed exemplum aptissimum praebet Euripides Alc. 531. Χωρὶς τό τ' εἶναι καὶ τὸ μή, νομίζεται.

808. Suidas v. Χωρὶς legit τὸ καίρια. Quam lectionem comprobat eruditissimus Gatakerus in Miscell. Adversar. cap. 1. [p. 410. D.] Burt. Rectius apud Suidam voce Χωρὶς legitur τὸ καίρια, scilicet εἰπεῖν. Vide cl. Burtoni notas. Heath. Καὶ τὸ καίρια. Elegantem lectionem conservavit Suidas, Gatakero merito comprobatam. Musgr. Tres codd. καὶ τὰ καίρια, ut in impressis. Aliquanto melius Suidas καὶ τὸ καίρια. At verum est καὶ τὸ τὰ καίρια, quod

jam acute viderat Toupius Emendat. in Suidam III. 316. [T. II. p. 379.] In membr. et in T. Scholion integerrime habet καὶ ἄλλο τὸ τὰ ἀναγκαῖα λέγειν, ut legitur etiam in Turnebi editione. Priorem articulum in Romana scholiorum editione omissum restitui- (194)
mus. BRUNCK. Suidam sequendum esse intellexere Gataker et M. BOTH. Τὸ καίρια. Sic recte Musgravius, duce Suida. Brunckius τὸ τὰ καίρια. SCHAEF. [Pró καὶ τὰ καίρια] pugnavit Seidlerus ad Eurip. Electr. v. 429. propterea, quod aegre desideraret articulum ad καίρια appositum. Nescio hoc equidem argumentum an parum grave sit. Verum illud perspicio, facilius τό ab emendatore vulgatis astrictam legibus Grammaticam observante proficisci potuisse quam τά. REIS. Schol. Ἄλλο ἐστὶ τὸ φλυαρεῖν, καὶ ἄλλο τὸ ἀναγκαῖα λέγειν. Omnes MSS. τὰ καίρια. Dedi τὸ καίρια, quod exquisitius mihi videtur, quam ut librariis tribuatur.

809. Ὡς δὴ σὺ βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις.] Verte, *Quasi vero tu breviter opportune vero haec dicas.* HEATH. 808. Sequentem versum ita scriptum libri omnes exhibent: Ὡς δὴ σὺ βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις. Nullus hic locus adversativae particulae δέ, sententia copulam flagitat. Nihil verius Toupii [T. II. p. 379.] emendatione, quam recepimus. Ὡς hic valet λίαν. BRUNCK. Τε reponendum fuit, quod passim, et eleganter quidem sic usurpatur pro καί. BOTH. Brunckius Ὡς δὴ σὺ βραχέα ταῦτα κἂν καιρῷ λέγεις. SCHAEF. Nihil sane displiceret δέ particula, nisi post ταῦτα legeretur. Possit quispiam scriptum conjicere: Ὡς δὴ σὺ βραχέα ταῦτά γ' ἐν καιρῷ λέγεις: sed melius tamen illa in duo membra dividuntur, ut speciem Creontis dictorum referant. Quamobrem edidimus id quod vides: [Ὡς δὴ σὺ βραχέα τ', αὐτὰ δ' ἐν καιρῷ λέγεις.] Membra per τε—δὲ connexa quamvis cane pejus et angue Elmsleius oderit, tamen et rationem video ejus figurae, et exempla undique concurrunt. REIS. Exempla ex Sophocle protulit Reisigius Oed. C. 422. 1141. Ant. 1096. Trach. 143. 286. In quibus omnibus δὲ in apodosi post τε legendum contendit. Haec quidem quaestio non hujus est loci. Recte enim vulgo legitur: Ὡς δὴ σὺ βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις. Consentiunt MSS. omnes et Suidas v. Χωρίς. Ordo est: Ὡς δὴ σὺ βραχέα (μὲν) ταῦτα, ἐν καιρῷ δὲ λέγεις. Βραχέα μέν, ἐν καιρῷ δέ,

ut in Homerico illo, *παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως*. Euripides Danae VI. 3. *οὐ γάρ ἡδονή, | γυναικὶ δ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνήρ*. Hoc est: *οὐ γὰρ ἡδονὴ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνὴρ, ἐχθρὸν δὲ χρῆμα*. Male vulgo *γυναικί τ' ἐχθρὸν χρῆμα*.

810. *Οὐ δῆθ', ὅτου γε νοῦς ἴσος καὶ σοὶ πάρα.*]
(195) Lege omnino juxta Aldinam *ὅτῳ γε*. HEATH. Typographi, ni fallor, errore ed. Lond. B. *ὅτου*. Superiores quas vidi omnes *ὅτῳ* habent. Laur. A. *ὅτωι* (*.ου.*) *γε νοῦς ἴσος* (*.οἷος.*). Suidas v. *Χωρίς, ὅτω γε νοῦς ἴσως*.

811, 2. *μηδέ με | φύλασσ' ἐφορμῶν ἔνθα χρὴ ναίειν ἐμέ.*] *Ἐφορμῶν, ibi navigium tuum applicans*. MUDG. Malim *ἀφορμῶν*: *abducens a loco ubi vivere me oportet*. MUSGR. *Ἐφορμῶν*, non ab *ἐφορμάω*, *incito*, sed ab *ἐφορμέω*, *stationem ago*. VAUV. Johnsonus et Brunckius, *hortans ubi habitare me oporteat*. Participium *veniens* significare mihi videtur. Infinitivus non *ἐφορμεῖν* est, ut putarunt Mudgius et Vauvilliersius, sed *ἐφορμᾶν*. Ante *ἔνθα* supplendum *ἐκεῖσε*, ut v. 900.

813, 4. *Μαρτύρομαι τούσδ', οὐ σέ, πρὸς δὲ τοὺς φίλους | οἵ' ἀνταμείβῃ ῥήματ', ἤν σ' ἕλω ποτέ.*] Legendum potius *πρὸς δὴ τοὺς φίλους*. HEATH. Nonnunquam in magnis animorum commotionibus orationem imperfectam relinquunt poëtae: ut *Quos ego*— Virgil. Aeneid. I. [135.] Vid. et Oed. Tyr. 333. [325.] et 438. [430.] Hoc si hic secutus est Auctor, scripsisse eum conjecerim: *Μαρτύρομαι τούσδ', οὐ σέ, πρός γε τοὺς φίλους | οἵ' ἀνταμείβῃ ῥήματ'· ἤν δ' ἕλω ποτὲ*— MUSGR. *Δὲ* hic evidenter pro *δὴ* positum. VAUV. *Πρός γε τοὺς φίλους*. Sic recte B. T. in aliis *πρὸς δὲ τοὺς*— Locus vulgo male interpunctus. BRUNCK. Unius litterulae mutatione videmus et sententiam posse illustrari et loquendi genus emendari, antiquiorum denique librorum memoriam renovari: *Μαρτύρομαι τούσδ', οὔ σύ, πρὸς δέ, τοὺς φίλους | οἵ' ἀνταμείβει ῥήματ', ἤν σ' ἕλω ποτέ*. Genus loquendi Latinis tantum imitabile: *Hosce antestor, cujus rei gratia tu, atque insuper amicos qualibus redarguis dictis, ubi te cepero*. REIS. Recte quidem Reisigius *πρὸς δέ, atque insuper*, sed nihil praeterea vidit. Ordo est: *Μαρτύρομαι τούσδε οἷα ῥήματα ἀνταμείβει· πρὸς δὲ* (supplendum *μαρτυροῦμαι*) *τοὺς φίλους* (nempe

τοὺς Θηβαίους), ἐάν ποτε ἕλω σε. Nulla igitur aposiopesis, quam fingunt Musgravius et Brunckius. Par. B. T. Vat. Farn. πρός γε. Ceteri MSS. recte πρὸς δέ, ut impressi ante Brunckium. Euripides El. 261. Τοὔντ' αὐτὸ ταρβῶν. πρὸς δὲ καὶ σώφρων ἔφυ.

815. Τίς δ' ἄν με τῶνδε συμμάχων ἕλοι βίᾳ;] Par. A. Ricc. A. τί δ' ἄν με.

816. Ἦ μὴν σὺ κἄνευ τῶνδε λυπηθεὶς ἔσῃ.] Malim κἄνευ τοῦδε, etiamsi te non abstulero. Scholiastes etiam τῶνδε hoc sensu interpretatur. Sed ea lectio (196) invenustam ἀμφιβολίαν efficit. MUSGR. Omnes libri τῶνδε. Sed in Laur. A. syllabam δε addidit corrector.

818, 9. Παίδοιν δυοῖν σοι τὴν μὲν ἀρτίως ἐγὼ | ξυναρπάσας ἔπεμψα,] Laur. A. παίδοιν δυοῖν σε. Ricc. B. παίδοιν δυοῖν σε. Ceteri MSS. recte σοι.

819. τὴν δ' ἄξω τάχα.] Par. F. Ricc. B. ἕξω (sic).

820. ΟΙ. Οἴμοι. ΚΡ. Τάχ' ἕξεις μᾶλλον οἰμώζειν τάδε.] Libri ὤμοι. Promiscue ista adhibentur. At ex Creontis responso perspicitur prius hic poni debuisse: οἴμοι—τάχα μᾶλλον οἰμώξεις. Sic in El. 788. Οἴμοι τάλαινα· νῦν γὰρ οἰμῶξαι πάρα. BRUNCK. Hic versus praeter alia me in eam opinionem induxit, quam ad Aj. 900. (Musei Crit. Cant. T. I. p. 471.) exposui, Homericam formam ὤμοι apud tragicos in Atticam οἴμοι mutandam esse. Corrigenda igitur Sophoclis editio Aldina Oed. C. 202. 213. 216. 820. 982. Ant. 1317. 1341. Trach. 973. 974. Aj. 227. (ubi Brunckius οἴ μοι) 233. 340. 946. 980. 1206. Phil. 796. 934. 1229. 1265. El. 1415. 1416. Porro οἴμοι haud raro in ἰώ μοι mutatum est, ut hujus fab. v. 519.

820. Laur. A. οἰμώζεις. Vat. οἰμώξειν.

821. Τήνδε τ' οὐ μακροῦ χρόνου.] V. τήνδε γ', invito sensu. BOTH. Malim τήνδε τ' οὐ μακροῦ χρόνου, et hanc (Antigonam) mox habebo. SCHAEF. Admisit hanc conjecturam Reisigius. Ita noster v. 531. Δυσμόρου τ' ἐμοῦ τρίτης. El. 1416. Εἰ γὰρ Αἰγίσθῳ θ' ὁμοῦ. Euripides Ion. 1501. Ἐξ ἐμοῦ τ' οὐχ ὅσι' ἔθνησκες.

822. Ἰὼ ξένοι, τί δράσετ'; ἢ προδώσετε;] Solus Par. F. ὦ ξένοι.

822. Supra v. 636. [643.] repudiavi Aldi ἤ, hic Brunckii ἦ. REIS. Laur. A. Par. F. Ricc. B. ἤ

προδώσετε. Ceteri MSS. ἢ προδώσετε, ut impressi ante Brunckium. Vide ad v. 66.

824, 5. οὔτε γὰρ τανῦν | δίκαια πράσσεις, οὔτε πρόσθεν εἴργασαι.] Libri perperam οὔθ' ἃ πρόσθεν. Ortus error ex male accepta voce τανῦν, quae nihil aliud est quam νῦν: οὔτε γὰρ δίκαια πράσσεις, οὔτε πρόσθεν εἴργασαι. Sic infra 853. οὔτε νῦν καλὰ δρᾷς, οὔτε πρόσθεν εἰργάσω. In B. τανῦν scriptum una voce. Vide Koenium ad libellum de Dialectis p. 50. Brunck. Brunckius paene arbitratu suo egit, quum οὔτε πρόσθεν εἴργασαι ederet de conjectura Gisb. Koeni ad Gregor. Corinth. p. 120. Lips.. Opinabantur illi aliquid momenti inesse v. 849. 850. [853. 854.] At hoc pacto
(197) debuerunt etiam εἰργάσω inde suscipere. Reis. De εἴργασαι et εἰργάσω vide ad Med. 1320. p. 284. Utut de his statuatur, recte οὔθ' ἃ πρόσθεν revocavit Reisigius. Ita omnes MSS. Plerique etiam τὰ νῦν.

826, 7. Ὑμῖν ἂν εἴη τήνδε καιρὸς ἐξάγειν | ἄκουσαν,] Vat. καιρόν.

827. εἰ θέλουσα μὴ πορεύσεται.] Par. A. Ricc. A. πορεύσεται, ut impressi. Ceteri MSS. πορεύεται.

831. Ὦ γῆς ἄνακτες.] Vide ad Oed. T. 911. Brunck.

834, 5. τάχ' εἰς | βάσανον εἶ χερῶν.] Infra v. 1297. οὔτ' εἰς ἔλεγχον χειρὸς οὔτ' ἔργου μολών. Schaef.

836. Σοῦ μὲν οὔ, τάδε γε μωμένου.] Par. A. τὰ δέ γε, ut Aldus. Par. B. τάδε γέ. Par. F. τὰ δέ γε. Ceteri MSS. τάδε γε (vel τάδέ γε), ut edd. recentiores.

836. Μωμένου. De hoc verbo vide Interpretes Hesychii ad v. Μώμεθα. Extat etiam in versu Epicharmi, quem Xenophon in secundo Memorab. citat: [Ὦ πονηρέ, μὴ τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ τὰ σκλήρ' ἔχῃς. Il. 1, 20.] Musgr. Noster Trach. 1138. Ἅπαν τὰ χρῆμ' ἥμαρτε, χρηστὰ μωμένη. Aeschylus Cho. 40. Τοιάνδε χάριν ἀχάριτον, ἀπότροπον κακῶν, | ἰὼ γαῖα, γαῖα, | μωμένα μ' ἰάλλει | δύσθεος γυνά. Hesychius: Μώμεθα: ζητοῦμεν.

837, 8. ΟΙ. Πόλει μάχῃ γάρ, εἴτι πημαίνεις ἐμέ. | ΧΟ. Οὐκ ἠγόρευον ταῦτ' ἐγώ;] Horum versuum priorem Choro, alterum vero Oedipo tribuit cl. Mudge, et mea sane sententia recte. Vide supra v. 614. 681. [587. 653.] Heath. 837. Optime venerandus Theologus, Zacharias Mudge, versum hunc Choro tribuit; proximum vero Oedipo, qui tale aliquid eventurum Theseo antea praedixerat, v. 681. [655.] et seq.

Musgr. *Οὐκ ἠγόρευον ταῦτ' ἐγώ;* Haec ex Oedipi persona dici, recte animadvertit Zach. Mudge. Sed quod praecedentem versum choro tribuendum censet V. D. non consentio: nam frigeret sententia, civitatem offendi, ubi chorus, pars civitatis, laedatur. Both. Illud per est mirum, neminem vidisse, quod occultum esse non potest, versum 837. totum esse Creonti assignandum, non Oedipo. Ergo *πόλει* est *Θήβαις*, non ut Scholiastes narrat, *Ἀθήναις*. Sed non nihil est laudis impertiendum saltem Theologo Venerando, Zachariae Mudgae, quem tradit Musgravius censuisse versum hunc choro esse tribuendum, proxima vero *Οὐκ ἠγόρευον ταῦτ' ἐγώ;* Oedipo, ut is ad sua praedicta spectaret v. 646. [653.] *Ἥξουσιν ἄνδρες.* Sed verba illa Chori referenda sunt ad priora, *τάχ' εἰς βάσανον εἶ χερῶν.* Reis. De versu 837. recte statuit Reisigius. In scholiis impressis exstat gl. ad *πό-* (198) *λει, ταῖς Ἀθήναις δηλονότι.* Quae verba non veteri grammatico debentur, sed editori Romano. Membranae enim Laur. *ταῖς Θήβαις* habent, Reisigii conjecturam egregie confirmantes, licet haud secus ac ceteri libri versum 837. Oedipo tribuant. Simile editoris Romani facinus vide ad v. 858. Etiam Par. A. gl. habet *ταῖς Θήβαις.* Verba *Οὐκ ἠγόρευον ταῦτ' ἐγὼ* choro an Oedipo tribuenda sint, incertum mihi videtur.

837. Futurum tempus *μαχεῖ* et proclive est in hunc locum nec Porsonem fugit in Adversariis, p. 167. Praesens tempus in eo genere loquendi facilius noviciae linguae ferunt. Verum in verbis, *εἴτι πημαίνεις ἐμέ,* frustra Porso tentavit *πημανεῖς.* Conditio in praesente ponitur, eventus in futuro. Reis. Omnes MSS. praeter Vat. (a quo abest hoc verbum) *μάχηι,* vel *μάχῃ* vel *μάχη.* Omnes etiam *πημαίνεις,* praeter Ricc. A. qui *ποιμαίνεις.* Utramque Porsoni conjecturam admisi. Solennis librariorum error est futurorum in *ανῶ* in praesens mutatio. Vide ad v. 366. ubi pars librorum *σημαίνουσ'* repugnante metro.

840. *Σοὶ δ' ἔγωγ' ὁδοιπορεῖν.*] Laur. A. Ricc. B. Par. F. *σοὶ δ' ἐγὼ δ' ὁδοιπορεῖν.* Laur. B. *σοὶ ἐγὼ δ' ὁδοιπορεῖν.* Par. B. Vat. *σοὶ δ' ἔγωγ' ἀναχωρεῖν.* Ceteri MSS. ut impressi.

841. *προβᾶθ' ὧδε, βᾶτε, βᾶτ' ἔντοποι.*] Ex antistrophico versu 884. perspicuum est sic legendum

esse. In Aldina προβᾶθ' ὧδ', ἐμβᾶτε, βᾶτ' ἐντόπιοι. Brunck. Cum Aldo consentiunt omnes MSS. praeter Triclinianos, nisi quod Vat. πρόσβαθ' habet, Ricc. B. ἐν τόποις. Libri Tricliniani omnino recte praeter ἐντόπιοι.

842. πόλις ἐναίρεται, πόλις ἐμά, σθένει.] Par. F. ἐναίρετε. Deinde Seidlerus de Versibus Dochm. p. 278. πόλις ἐμὰ στένει. *Vide quid faciat unius literulae mutatio*, ut utar verbis Porsoni ad Med. 293.

843. προβᾶθ' ὧδέ μοι.] Par. T. προβᾶτε μ' ὧδε. Farn. προβᾶτε μ' ὧδε. Tricliniani impressi προβᾶτέ μ' ὧδε. Quum hic versus antistrophico 886. non bene responderet, Triclinius utrumque corrupit.

844. Ἀφέλκομαι δύστηνος, ὦ ξένοι, ξένοι.] Sic T. Ceteri et Aldus ἀφέλκομ' ὦ δύστηνος. Brunck. MSS. Tricliniani Par. T. Farn. et edd. recentiores, ἀφέλκομαι δύστηνος. Laur. B. ἀφελκόμεθ' ὦ δύστηνος. Ceteri MSS. ἀφέλκομ' ὦ δύστηνος, ut Aldus.

(199) 846. Ἀλλ' οὐδὲν σθένω.] Vat. ἀλλ' οὐδὲν σθένος.

848, 9. Οὔκουν πότ' ἐκ τούτοιν γε μὴ σκήπτροιν ἔτι ὁδοιπορήσῃς.] Praecedente οὐ μὴ legendum omnino est ὁδοιπορήσεις. Vide Dawes. Miscell. Crit. pag. 222. Heath. Ὁδοιπορήσεις. Sic emendate in B. T. Soloece vulgo ὁδοιπορήσῃς. Vide supra ad v. 408. Brunck. Par. A. Ricc. A. ὁδοιπορήσῃς. Ceteri MSS. ὁδοιπορήσεις. Subjunctivum recte revocavit Reisigius. Satis de hac quaestione dictum ad v. 177.

849, 50. ἀλλ' ἐπεὶ νικᾶν θέλεις | πατρίδα τε τὴν σὴν καὶ φίλους,] Laur. A. νεικᾶν. Par. F. νεικᾶν. Ceteri MSS. recte νικᾶν.

850. Plerique MSS. πατρίδα τὴν σήν, ut Aldus. Par. T. Farn. et edd. recentiores, πατρίδα τε τὴν σήν.

853, 4. ὅθ' οὕνεκ' αὐτὸς αὑτὸν οὔτε νῦν καλὰ | δρᾷς,] Melius Aldina αὐτὸς σαυτόν. Heath. At paullo infra eodem modo habemus τὴν αὐτὸς αὑτοῦ, ubi metri ratio non admittit σαυτοῦ. Vauv. Αὐτὸς αὑτόν. Sic B. T. In membr. et in Aldina minus eleganter αὐτὸς σαυτόν. Tribus personis servit αὑτοῦ et valet ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ. Infra 930. αἰσχύνεις πόλιν τὴν αὐτὸς αὑτοῦ. Trach. 451. εἰ δ' αὐτὸς αὑτὸν ὧδε παιδεύεις. Vide not. ad Comici Nubes 1455. Brunck. Par. A. Ricc. A. αὐτὸς σαυτόν, ut

Aldus. Ceteri MSS. *αὐτὸς αὐτόν.* Edd. recentiores *αὐτὸς αὐτόν*, quod verum videtur. Vide ad Oed. T. 138. *ἀλλ' αὐτὸς αὐτοῦ τοῦτ' ἀποσκεδῶ μύσος.*

854. *οὔτε πρόσθεν εἰργάσω βίᾳ φίλων.*] Laur. B. *φίλων βίᾳ.* Desinit in his verbis Ricc. B. Posthac igitur non nisi novem hujus fabulae codices manu scriptos habemus.

856. *Ἐπίσχες αὐτοῦ, ξεῖνε.*] Verte, *In eum manum injice, hospes.* Hic autem versus Oedipo potius quam Choro tribuendus videtur, quod ex versu 905. [856.] quodammodo etiam constat: ibi enim Chorum manus Creonti injecisse, prout hîc jubet Oedipus, manifestum est. HEATH. *Ἐπίσχες αὐτοῦ, ξεῖνε. Hic resiste, hospes.* Verba sunt Chori manum intendentis in Creontem. Meras nugas hîc agit Heathius, cujus versionem, *in eum manum injice*, non admittit Graeci sermonis proprietas. Ista codd. omnes Choro tribuunt recte. BRUNCK. Eodem sensu *σχὲς οὕπερ εἶ* v. 1169.

857. *Οὔτοι σ' ἀφήσω, ταῖνδέ γ' ἐστερημένος.*] *Ταῖνδε*, ut paullo inferius *ταύταιν μόναιν*. Libri omnes *τῶνδε.* BRUNCK. Brunckius ex conjectura, quae non videtur necessaria, *ταῖνδε.* SCHAEF. Magna Brunckius levitate atque inertia *τῶνδέ γ'* mutavit in *ταῖνδέ γ'* iccirco, quia postea v. 855. [859.] item duali (200)
numero dictum esset *ταύταιν μόναιν*. Adeo non perspexit ille, quantum inter hunc et illum interesset locum: et tamen poterat eum illud *μόναιν* ipsum, quod adjectum est, commonefacere. Creon enim suum extenuat facinus per dualem, ut longe gravius portendat: Chori nullum est ejusmodi consilium. REIS. Ingeniosa sunt haec, sed vereor ne nimis subtilia. Omnes MSS. pluralem habent.

858, 9. *Καὶ μεῖζον ἆρα ῥύσιον πόλει τάχα | θήσεις.*] *Ῥύσιον* est omne id quod *ῥύεσθαι* debet. Verte igitur, *Majus aliquid ut urbi recuperandum sit statim efficies.* HEATH. *Ῥύσιον, pretium, quod pro redimendo captivo solvitur.* MUSGR. *Ῥύσιον*, proprie *pignus, quod aufertur ob rem debitam.* Eustathius ad *Ἰλ. Λ.* p. 877. *τὸ δὲ ῥύσια δηλοῖ τὰ ἀντί τινων ῥυόμενα, ὅ ἐστιν ἑλκόμενα, καὶ ἀντὶ τῶν προαρπασθέντων ἁρπαζόμενα. ὥστε ῥύσια ἐλαύνειν, τὸ ἐρυσιάζειν καὶ λαμβάνειν ἀνθαρπάγματα ἤγουν ἐνέχυρα χρέους.* Proinde *μεῖζον ῥύσιον θήσεις πόλει* significat, *facies, ut tuae civitati mox aliquod majus pignus*

a me auferendum sit: quippe non solas illas puellas vi abducam, sed alium etiam: quocirca major erit praeda, ob quam abactam civitas tua ultionem a me sumere volet, et mea vicissim populari. Tot verbis uti necesse habui, ut vim vocis *ῥύσιον* declararem, et sensum loci, quem neutiquam exprimit Johnsoni versio: *Majus igitur redemtionis pretium urbi statim conflabis.* Brunck.

858. Scholia impressa ad *πόλει* gl. habent *ταῖς Ἀθήναις.* Rectius membranae Laur. *ταῖς Θήβαις.* Vide ad v. 837.

860. *Ἀλλ' ἐς τί τρέψῃ;*] Certa, puto, emendatione lego: *Ἄλλ' ἐς τί τρέψῃ;* ut sit pro *ἄλλο.* Idem videri Schaefero, divinare licet ex ejus nota ad Ant. 1107. sed nihilominus edidit *ἀλλ'* sine accentu. Doed. Vehemens Doederlini erratum nullo unquam modo perstringerem, nisi Schaeferum, florem et robur artis suae, in istud sterquilinium secum abire credidisset. Nihil ejusmodi potuit Schaeferus committere, neque fecit unquam. Reis. Vat. *ἀλλ' ἐς τί τέρψῃ.*

860. *Τόνδ' ἀπάξομαι λαβών.*] Par. F. *τόν γ' ἀπάξομαι.*

861. *Δεινὸν λέγεις.*] Laur. A. B. *λέγοις.* Par. A.
ει οι
λέγοις. Par. F. *λέγεις.* Ceteri MSS. *λέγεις,* ut impressi.

861. *Ὡς τοῦτο νῦν πεπράξεται,*] Ita ex con-
(201) jectura Triclinii Par. T. Farn. et edd. recentiores. Ceteri MSS. *ὡς* omittunt, ut Aldus. Etiam v. 1028. eandem particulam omittunt MSS. nonnulli. Par. B. *τοῦτο νῦν πεπράξομαι λαβών.*

862. *ἢ μή μ' ὁ κραίνων τῆσδε γῆς ἀπειργάθῃ.*] Laur. B. *ἀπειργάθοι.* *Ἀπειργάθῃ* pro *ἀπείρξῃ.* Vide ad *ἀμυναθεῖν* v. 1015.

863. *Ὦ φθέγμ' ἀναιδές, ἦ σὺ γὰρ ψαύσεις ἐμοῦ;*] Perperam Aldus et membr. *ψαύεις.* Brunck. Cum Aldo et Membranis *ψαύεις* servavimus. De conatu est positum, ut *κτείνειν* nonnunquam, veluti v. 989. [993.] *κλέπτειν* v. 1004. [1008.] Reis. Par. B. T. Farn. et edd. recentiores ante Reisigium, *ψαύσεις.* Ceteri MSS. *ψαύεις,* ut Aldus. Etiam Vat. qui cum Par. B. plerumque consentit, hic *ψαύεις* habet. Rectius tamen *ψαύσεις.* Simili errore MSS. plerique *πορεύεται* v. 827. Aldus apud Euripidem *νυμφεύεται* dedit Suppl. 455. *νυμφεύουσα* Iph. A. 458. 885. ubi nunc *νυμφεύσεται* et *νυμφεύσουσα* legunt.

864, 5. *Μὴ γὰρ αἵδε δαίμονες | θεῖέν μ' ἄφωνον τῆσδε γῆς, ἀρᾶς ἔτι.*] Impedita oratio. Forsan τῆσδε γῆς ἀρᾶς. LOND. B. [Legendum] τῆσδε τῆς ἀρᾶς. *Nolint Eumenides facere, ut has, quas mox pronuntiabo, diras diutius premam.* REISK. Leg. cum Editore nupero τῆσδε τῆς ἀρᾶς. BURT. Plurimum mihi arridet conjectura nuperi Editoris reponentis τῆσδε τῆς ἀρᾶς. Verte, *Prohibeant enim haece Deae, ne unam hanc saltem imprecationem non adhuc effari valeam.* HEATH. Optime editor Londinensis τῆσδε τῆς ἀρᾶς. MUSGR. Conjecturam quam affert cl. Heath. ex nupero editore, certissimam appello. VAUV. Aldus et codd. θεῖέν μ' ἄφωνον τῆσδε γῆς, ἀρᾶς ἔτι: manifesto vitio. Neminem latere poterat librarii error saepissime observatus in permutatione literarum *T Γ.* Nihilque proclivius erat emendatione, qua facillime sanatur lectionis ulcus τῆσδε τῆς ἀρᾶς. Mihi tamen vix probabile visum hujusmodi mendam omnes invasuram fuisse codices, nisi aliquid reconditius olim scriptum fuisset, quod librarios turbasset, persuasique mihi Sophoclem reliquisse, θεῖέν μ' ἄφωνον σοί γε τῆσδ' ἀρᾶς ἔτι. Phrasis elegans est, sed paullo rarior, qualia sunt ista Comici: in Lysistr. 530. σοί γ', ὦ κατάρατε, σιωπῶ 'γώ; In Ranis 1134. ἐγὼ σιωπῶ τῷδ'; Et hoc quidem ipsum videtur Scholiastes interpretatus fuisse his verbis: μὴ ἄφωνος γενοίμην εἰς τὸ καταρᾶσθαί σε. BRUNCK. Dedi quod Anglis placuit. Brunckius violenta mutatione θεῖέν μ' ἄφωνον σοί γε τῆσδ' ἀρᾶς ἔτι. SCHAEF. Schaefe- (202) rum tacite sequitur Reisigius. Laur. A. θεῖεμ' ἄφωνον τῆσδε γῆς ἀρᾶς ἔτι. Par. F. θεῖεν ἄφωνον τῆσδε γῆς ἀρὰς (sic) ἔτι. In γῆς consentiunt omnes MSS.

868. τοιγάρ σέ τ' αὐτὸν καὶ γένος τὸ σόν,] Aldus et membr. mendose [τοιγάρ] σε καὐτόν. In B. T. paulo melius σέ γ' αὐτόν. Copula hic desideratur, σέ τε αὐτόν, καὶ γένος τὸ σόν. BRUNCK. Quod in Aldino exstat tum ab memoriae fide praestabilius est, tum loquendi quodam usu stabilitur. Is qualis sit, aperuimus exemplis comparandis in Conjectt. [in Aristophanem] p. 309. . Sed videndum tamen ne litterarum diversitate inter sese conciliata veritas eruatur: τοιγάρ σε, χαὐτὸν καὶ γένος—, uti praecepimus ad v. 1412. [1417.] REIS. Par. A. Ricc. τοιγάρ σε καὐτόν, ut impressi ante Brunckium. Laur. A. Par. F.

τοιγάρ σὲ χ' αὐτόν. Par. B. T. Vat. Farn. τοίγάρ σέ γ' αὐτόν. Noster Phil. 620. τὸ σπεύδειν δέ σοι | καὐτῷ παρ᾽κινῶ, κεἴτινος κήδει πέρι. Plura vide ad v. 1417.

873. ἔργοις πεπονθώς, ῥήμασίν σ' ἀμύνομαι.] Phrynichus apud Bekkerum p. 59. Ἔργοις παθὼν ῥήμασιν ἀμύνεται: Σοφοκλῆς.

874. Οὔτοι καθέξω θυμόν, ἀλλ' ἄξω βίᾳ.] Par. F. οὔτι — ἕξω.

875. κεὶ μοῦνός εἰμι τόνδε,] Ita Laur. A. B. Par. F. ut Aldus. Par. A. Ricc. κεὶ μόνος εἰμὶ τόνδε. Par. B. T. Vat. Farn. κεὶ μοῦνός εἰμι τῶνδε. Recte Turnebus: ἀλλ' ἄξω βίᾳ, | κεὶ μοῦνός εἰμι, τόνδε.

875. καὶ χρόνῳ βραδύς.] Al. βαρύς, vel forte βραχύς, ut v. 930. [880.] Lond. A. Optime se habet vulgata lectio χρόνῳ βραδύς, *aetate tardus*, quam sollicitari non oportuit. Heath. Βραδύς. Malim hoc prae βραχύς, quod habet Turnebiana, et βαρύς, quae, ut ex Scholiasta discimus, antiqua varietas fuit. Musgr. Schol. Καὶ χρόνῳ βραδύς: γράφεται καὶ βαρύς. Desunt haec verba in membranis Laur. quae eorum loco habent: Τὸ παλαιὸν φησὶ βαρύ. Eaedem in textu καὶ χρόνωι (.γηρῶν.) βραδύς (.βαρύς.). Par. T. Vat. Farn. καὶ χρόνῳ βραχύς. Ceteri MSS. βραδύς, ut impressi. Turnebus in textu βραχύς, in margine βαρὺς et βραδύς. Hoc recte revocavit Stephanus.

877, 8. Ὅσον λῆμ' ἔχων ἀφίκου, ξέν', εἰ | τάδε δοκεῖς τελεῖν.] Laur. B. ὅσον δή μ' ἔχων. Par. B. Vat. ὅσον δεῖμ' ἔχων. Par. A. (a correctore) Ricc. ὅσον λῦμ' ἔχων. Ceteri MSS. ὅσον λῆμ' ἔχων, ut impressi.

(203) 879. Τάνδ' ἄρ' οὐκέτι νέμω πόλιν.] Νέμω, *censeo, existimo*. Sic εἴτι τήνδ' ἁμαρτίαν νέμεις Trachin. 490. [483.] Hesychius: Νέμω: νομίζω. Suidas: Νέμω: νομιῶ: ipsum hunc locum statim citans. Conf. Electr. 151. [150. σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν.] Musgr. Ut supra μαχεῖ v. 835. [837.] ita hic νεμῶ unice legitimum. Agnoscit idem Scholiastes: ταύτην δ' ἄρα οὐκέτι νομιῶ πόλιν, inquit. Accentus vitium è textu una cum explicatione emendati ejusdem transcriptum a Suida Vol. II. p. 607. Reis. Omnes MSS. male νέμω.

880. Τοῖς τοι δικαίοις χὼ βραχὺς νικᾷ μέγαν.] Versum hunc Stobaeus in excerpta sua retulit, Floril. tit. XI. [13.] sic interpolatum: Τοῖς τοι δικαίοις χρῶ. βραχὺς νικᾷ μέγαν. Brunck.

880. *Βραχύς, tenuis, inops*, ut Eurip. Heraclid. 614. [613.] et *σμικρὸν* infra 1015. [958.] MUSGR.

881. *Ἀκούεθ' οἷα φθέγγεται;*] Haec verba uni Hemichorio, sequentia *Τά γ' οὐ τελεῖ* alteri tribuenda censet Reisigius.

881. *Τά γ' οὐ τελεῖ.*] Par. F. *τάχ' οὐ τελεῖ.*

882. *Ζεὺς ταῦτ' ἂν εἰδείη. σὺ δ' οὔ.* Imperfectus est hic iambicus versus, nec dubium est quin is sit de quo intellexit Triclinius, quum scripsit, *ἐλλιπὴς δέ ἐστιν ὁ εἷς τῶν ἰάμβων.* Quae verba habentur in iis quae de metrorum ratione ab eo traduntur, Sophocli meae editionis annexa. STEPH. Ita continuandus videtur: *Ζεὺς ταῦτ' ἂν εἰδείη, σὺ δ' οὐκ οἶδας, γέρον.* Vel: *σὺ δ' οὐδέν, ὦ γέρον.* BURT. Mutilum versum non male suppleveris, legendo, *σὺ δ' οὔκ, ἔργου πάρος.* MUSGR. Hic versus senarius esse debet, ut is qui ei in strophe respondet 839. Clausula librariorum culpa deficit, quod et indicavit Triclinius hac nota *λείπει.* Putidum mihi videtur Burtoni supplementum, *σὺ δ' οὐκ οἶδας, γέρον.* Istud forte Sophoclis colorem magis referet: *σὺ δ' οὐ βραβεὺς ἔσει.* BRUNCK. Quod priores tentaverunt, nos quoque sumus ausi, lacunam unius explere dipodiae iambicae: sed nobis, credo, melius processit opera. REIS. Qui: *σὺ δ' οὐ μάντις τάδε.* Haec omnia nimis incerta sunt. Nihil addunt aut mutant MSS. nisi quod Par. T. *εἰδοίη*, Farn. *εἰ δοίη* habet. Laur. A. a prima manu *ζεύς τ' ἄν εἰδείη* habuisse videtur. Non satis constat, utrum prima exciderit dipodia an tertia. Conferendus Euripides Hel. 599. *Τοὐκεῖ με μέγεθος τῶν πόνων πείθει, σὺ δ' οὔ.*

883. *Ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ';*] Brunckius profecto incogitantia quadam *Ἀλλ' οὐχ ὕβρις τάδ';* edidit, neque potui fontem ejus scripturae indagare. REIS. Eadem (204) oscitatione *ἀλλ' οὐχ* edidit Brunckius, qua *διαστροφὰς* v. 552. *ὀμμάτων* v. 1250. *ἐξῄδη* in annotatione ad v. 944. *ὀρώρει* v. 1622. Omnes libri *ἆρ' οὐχ* vel *ἄρ' οὐχ*. Aristophanes Nub. 1302. *Ταῦτ' οὐχ ὕβρις δῆτ' ἐστιν;* Lys. 659. *Ταῦτ' οὐχ ὕβρις τὰ πράγματ' ἐστὶ πολλή;* Ran. 21. *Εἶτ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ καὶ πολλὴ τρυφή;* Haec contulit Reisigius.

883. *Ὕβρις, ἀλλ' ἀνεκτέα.*] Pro *ἀνεκτέον.* Atticae elegantiae est Adjectivis Pluralibus uti, ubi in communi sermone singulares adhibentur. Sic in Antig.

v. 583. [576.] *δεδογμένα* pro *δεδογμένον*, *ἀμυντέα* pro *ἀμυντέον* in eadem fabula v. 689. [677.] *δίκαια* pro *δίκαιον* in Trachin. v. 501. [495.] Atque alibi mille locis exempla invenies. BURT. Nihil ad rem sunt haec exempla. Quis enim Burtonum docuit *ἀνεκτέα* plurale esse?

884. *Ἰὼ πᾶς λεώς, ἰὼ γᾶς τε πρόμοι,*] Melius Aldina *ἰὼ γᾶς πρόμοι*. HEATH. Elegantius ed. Ald. *γᾶς πρόμοι*. Sic tamen in stropha legendum *ἔντοποι*, ut Philoct. 215. [212.] MUSGR. *Ἰὼ γᾶς πρόμοι*. Sic Aldus et veteres codd. Copulam infersit Triclinius inepte, *ἰὼ γᾶς τε πρόμοι*, ut versus cum strophico congrueret 841. in quo male legebat *ἐντόπιοι*, ubi nos recte edidimus *ἔντοποι*. BRUNCK. Soli MSS. Tricliniani *γᾶς τε πρόμοι*.

884. *Πρόμοι*. Gl. *πρόμαχοι*. BRUNCK. Potius *optimates, principes*. Vide ad Oed. T. 661.

885, 6. *μόλετε σὺν τάχει, μόλετ᾽. ἐπεὶ πέραν | περῶσι δή.*] Omnes libri *πέραν*, quod vulgo legitur apud Aeschylum Ag. 198. 1209, Sophoclem Oed. C. 885. Ant. 334. Euripidem Hipp. 1053. Alc. 588. Suppl. 676. Herc. 386. Recte quidem Ag. 198. *Χαλκίδος πέραν ἔχων | παλιρρόθοις ἐν Αὐλίδος τόποις*. Hic enim *πέραν* *ex adverso* significat. De constructione vide ad Bacch. 89. Sic etiam fortasse Suppl. 676, ubi consulendi interpretes. In altero vero Aeschyli loco, ubi verba *πόντου πέραν τραφεῖσαν* Anglice reddi debent *bred beyond sea,* scribendum mihi videtur *πέρα*. Vulgo quidem legitur apud Euripidem Hipp. 1053. *Πέραν γε πόντου, καὶ τόπων Ἀτλαντικῶν*: sed rectius, mea quidem sententia, Herc. 234. *ὥστ᾽ Ἀτλαντικῶν πέρα | φεύγειν ὅρων ἂν δειλίᾳ τοὐμὸν δόρυ*. Tragicus apud Aristotelem Polit. VII. 7. *Οἵ τοι πέρα στέρξαντες, οἱ δὲ καὶ πέρα | μισοῦσι*. Hac significatione ubique scribendum arbitror *πέρα*.

886. *περῶσιν ἤδη*.] Aldus cum duobus codd. *περῶσι δή*. Triclinius *περῶσι δῆτα*. BRUNCK. *Περῶσιν δίκης*. Aldus et MSS. Brunckii duo cum MS. F. *περῶσι δή*: quae inepte interpolata sunt ab Turnebo, a Brunckio magis etiam corrupta. Perierat autem altera vocabuli *δίκης* pars: itaque ex *δί* orta vocula illa erat. REIS. Seidler. de verss. dochm. p. 278. conj. *ἐπεὶ περῶ | σιν ἤδη πέραν*. Fort. *περῶσιν σύδην*. Cf. Aesch. Per. 480. MART. Libri Tricliniani scripti et impressi *περῶσι*

δῆτα. Ceteri MSS. περῶσι δή, ut Aldus, unde feci περῶσ' οἶδε δή, quod minima mutatione et metro et sententiae satis facit.

887. Τίς ποθ' ἡ βοή;] Laur. A. Par. B. F. (205) Vat. τίς πόθεν ἡ βοή.

887, 8. ἐκ τίνος φόβου ποτὲ | βουθυτοῦντά μ' ἀμφὶ βωμὸν ἔσχετ' ἐναλίῳ θεῷ,] Ἔσχετε, *inhibuistis, moram injecistis.* MUSGR.

889. λέξαθ', ὡς εἰδῶ τὸ πᾶν,] Sic B. T. recte. Vulgo ὡς ἴδω. BRUNCK. Laur. A. λέξαθ' ὡσίδω. Ricc. λέξεθ' ὡς ἴδω. Laur. B. Par. A. F. λέξαθ' ὡς ἴδω, ut Aldus. Par. B. Vat. λέξασθον ὡς εἰδῶ. Par. T. Farn. recte λέξαθ' ὡς εἰδῶ. Similis varietas apud Euripidem Andr. 146.

897, 8. *Οὔκουν τις ὡς τάχιστα προσπόλων μολὼν | πρὸς τούσδε βωμούς,*] Non dubium est quin scribendum sit *οὐκοῦν*, ut sit *οὐκοῦν* pro *οὐκ*, cujus particulae frequens est iste usus cum futuro, ut pag. 35. [Aj. 593.] *Οὐ ξυνέρξεθ' ὡς τάχος;* Et pag. 57. [Aj. 985.] *Οὐχ ὅσον τάχος | δῆτ' αὐτὸν ἄξεις δεῦρο;* &c. Et pag. 373. [Trach. 1150.] *Οὐ θᾶσσον οἴσεις, μηδ' ἀπιστήσεις ἐμοί;* (quod imitari linguam Gallicam, admonui supra.) Sed et *οὐκ ἂν* cum optativo eundem usum habet pag. 425. [Phil. 1222.] *Οὐκ ἂν φράσειας.* Atque adeo illa ipsa particula *οὐκοῦν* ita usus est cum alibi, tum pag. 60. [Aj. 1051.] itidem cum optativo, *Οὐκοῦν ἂν εἴποις* &c. STEPH. Turnebus *Οὔκουν* in textu, *Οὐκοῦν* in appendice. Laur. A. Par. F. Vat. Farn. et fortasse plures, *οὐκοῦν*. Impressi omnes *Οὔκουν*, quod ubique in *Οὐκ οὖν* mutavi. Aldus *οὐκοῦν* dedit Oed. T. 342. 440. 581. Ant. 91. 817. Aj. 79. 1051. Phil. 639. El. 795. 799. Idem *οὔκουν* Oed. T. 565. 676. 973. 1357. Oed. C. 651. 848. 897. 924. Ant. 244. 321. 512. 993. Trach. 419. Aj. 1339. (mendose pro *οὔτ' ἂν*) Phil. 628. 872. 906. 1270. 1389. El. 630. Sic etiam Brunckius Oed. T. 440. 581. Aj. 79. 1051. El. 795. Supersunt igitur soli quinque versus apud Sophoclem, qui Brunckio judice recte exhibeant *οὐκοῦν*. Oed. T. 342. *Οὐκοῦν ἅ γ' ἥξει καὶ σὲ χρὴ λέγειν ἐμοί.* Ant. 91. *Οὐκοῦν, ὅταν δὴ μὴ σθένω, πεπαύσομαι.* Ibid. 817. *Οὐκοῦν κλεινὴ καὶ ἔπαινον ἔχουσ' | ἐς τόδ' ἀπέρχῃ κεῦθος νεκύων,* &c. Phil. 639. *Οὐκοῦν ἐπειδὰν πνεῦμα τοὐκ πρῴρας ἀνῇ, | τότε στελοῦμεν· νῦν γὰρ ἀντιοστατεῖ.* El. 799. *Οὐκοῦν ἀποστείχοιμ' ἄν, εἰ τάδ' εὖ κυρεῖ.*

Sic ejus recensio. Atqui nullus horum est, quin alteram scripturam οὔκουν commode admittat, modo plena aut media distinctio in signum interrogationis mutetur. Idem dicendum de Aeschylo, Euripide, Aristophane; nec de poëtis tantum Atticis, verum etiam de omnibus scriptoribus, qui Graece scribendi auctores vere habendi sunt.

(206) 898. πάντ' ἀναγκάσει λεών,] Vat. ἀναγκάσῃ.

899. ἄνιππον ἱππότην τε θυμάτων ἄπο] Laur. A. (qui hunc v. in margine scriptum habet) ἄνιπτον, eodem errore quo εὔιπτον v. 711.

900, 1. σπεύδειν ἀπαὶ ῥυτῆρος ἔνθα δίστομοι | μάλιστα συμβάλλουσιν ἐμπόρων ὁδοί.] Ἀπαὶ ῥυτῆρος, *effusis habenis*. Phrasin hanc luculenter illustrat Wesselingius Observat. p. 130. Recte autem Aldina et Scholiastes ἀπὸ ῥυτῆρος habent. Vide supra ad Oedip. Tyr. v. 866. [847.] et ad Antig. v. 723. [712.] Heath. Ἀπὸ ῥυτῆρος, *effusis habenis*, ut bene interpretatur Wesselingius ad Diod. Sic. XIX. 26. Ἀπὸ ῥυτῆρος, i. e. χωρὶς ῥυτῆρος. Sic Thucydides VI. 24. ἀπὸ τῶν ὅπλων. Ubi Scholiastes: ἤγουν χωρὶς ὅπλων. Confer et Trachin. 393. [389. καὶ γὰρ οὐκ ἀπὸ γνώμης λέγεις.] Musgr. Dudum est quod Henricus Stephanus [Thes. L. G. T. I. p. 1262. H.] docuit ἀπὸ ῥυτῆρος esse *effusis habenis*. Vauv. Ἀπὸ ῥυτῆρος. Sic Aldus et codd. veteres. Soli Triclinio debetur ἀπαί. Vide ad Oed. T. 847. At sensum locutionis σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος bene exposuit: ἤγουν ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς. ἀντὶ τοῦ, ὡς ἔχει ἕκαστος σχήματος. εἴρηται δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν διωκόντων τινὰς στρατιωτῶν, καὶ πάσας ἡνίας χαλώντων, ὥστε ταχύτερον φέρεσθαι. ῥυτῆρας γὰρ τοὺς χαλινούς φασιν, οὐ τὰ ὑποδήματα, ὡς τὰ σχόλια λέγει. Significat *effusis habenis currere, et festinare*: exemplis eam illustravit P. Wesselingius Observat. I. 30. Brunck. Phrynichus apud Bekkerum p. 24. Ἀπὸ ῥυτῆρος τρέχειν ἵππον: οἷον ἀπὸ χαλινοῦ, ἢ ἄνευ χαλινοῦ. Quo testimonio usus est Basilius Epist. Crit. p. 210. Pollux I. 214. ab Wesselingio allegatus: καὶ ἀπὸ ῥυτῆρος ἀνεῖναι τὸν ἵππον. Praxiphanes apud scholiasten ἄνευ ὑποδημάτων explicuisse videtur. Ceterum libri Tricliniani scripti et impressi ἀπαὶ ῥυτῆρος.

902, 3. ὡς μὴ παρέλθωσ' αἱ κόραι, γέλως δ' ἐγὼ | ξένῳ γένωμαι τῷδε, χειρωθεὶς βίᾳ.] Sic B. T. melius quam in membr. γέλως δ' ἐμῷ. Brunck. Ita Par. A.

Ricc. ut impressi ante Brunckium. Laur. A. Par. F. γέλως ἐγώ. Laur. B. γέλως τ' ἐγώ. Par. B. T. Vat. Farn. γέλως δ' ἐγώ, quod recte admisisse videtur Brunckius, licet forsan defendi possit ἐμῷ.

905. εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἧκον, ἧς ὅδ' ἄξιος,] Laur. A. ἥκων mutatum in ἧκον ab eadem manu. Idem in scholiis neutrum horum habet, sed ἥκεν in lemmate, ἐλήλυθει in interpretatione.

906. ἄτρωτον οὐ μεθῆκ' ἂν ἐξ ἐμῆς χερός.] Legitur etiam [in appendice Turnebianae] οὐκ ἀφῆκ' (207) ἂν &c. eodem sensu. STEPH. Par. A. Ricc. οὐ μεθῆκ' ἄν, ut impressi. Laur. A. (qui in margine scriptum habet μεθῆκ' ἂν) Par. F. οὐδ' ἀφῆκ' ἄν. Laur. B. Par. B. T. Vat. Farn. οὐκ ἀφῆκ' ἄν.

907. νῦν δ' ὥσπερ αὐτὸς τοὺς νόμους εἰσῆλθ' ἔχων,] [Legendum] οὕσπερ. REISK. Verte, *Nunc vero qualibus ipse legibus usus huc advenit.* Cl. Mudge reponit οὕσπερ. HEATH. Legendum οὕσπερ, *iisdem legibus, quibus huc venit.* MUSGR. Perperam libri omnes ὥσπερ. BRUNCK. Non oportuit ὥσπερ in discrimen adduci. Quemadmodum particulae isti referuntur verba τούτοισι κοὐκ ἄλλοισιν, id est, τοῖς αὐτοῖς νόμοις, ita id ipsum ὁ αὐτὸς eidem particulae jungitur binis locis apud Platonem Heindorfii diligentia descriptis ad Phaedonem p. 129.: εἴ τις διισχυρίζοιτο τῷ αὐτῷ λόγῳ ὥσπερ σύ et τῷ γείτονι ἆρ' οὐχ ὁ αὐτὸς ὅρος ὥσπερ τῷ πατρί. REIS. Omnes MSS. ὥσπερ, quod revocavit Reisigius. Ego vero οὕσπερ. Ut nostro loco οὕσπερ, ita apud Platonem ᾧπερ et ὅσπερ reponunt nonnulli. Addit Heindorfius Sophoclem El. 532. οὐκ ἴσον καμὼν ἐμοὶ | λύπης, ὅτ' ἔσπειρ', ὥσπερ ἡ τίκτουσ' ἐγώ. Sed hoc ὥσπερ neminem offendere potest.

908. τούτοισιν, οὐκ ἄλλοισιν ἁρμοσθήσεται.] In B. T. τούτοισι κοὐκ ἄλλοισιν. BRUNCK. Meliorem scripturam teretibusque auribus ab sonorum varietate gratiorem praebent MSS. B. T. In loquendi speciem conferas Electr. v. 885. Oedip. Tyr. v. 63. Antig. v. 706. et infra in nostra fabula v. 1364. [1369.] REIS. Omnes MSS. praeter Ricc. τούτοισι κοὐκ ἄλλοισι, quod primus admisit Reisigius. Neque affirmare possum, alteram scripturam in Ricc. reperiri. Etsi parum refert, copula rectius abesse videtur. In Aldina legitur Aj. 64. ὡς ἄνδρας, κοὐχ ὡς εὔκερων ἄγραν ἔχων. Ibid.

1368. *Σὺν ἄρᾳ τοὔργον, οὐκ ἐμὸν κεκλήσεται.* Similia collegi Musei Crit. Cant. T. I. p. 487.

909. *οὐ γάρ ποτ' ἔξει τῆσδε τῆς χώρας,*] Par. A. *οὐ γάρ ποτ' ἔξει,* ut impressi. Ricc. *οὐ γάρ ποτ' ἔξει* (sic). Laur. A. Par. F. Vat. *οὐ γάρ ποθ' ἔξει.* Par. T. *οὐ γάρ ποθ' ἕξῃ,* cum gl. *ἄψῃ.* Al. *ἤγουν οὐ μὴ ὑποστρέψῃς ἐνταῦθα.* Prius ad *ἕξῃ*, alterum ad *ἔξει* spectat. Farn. *οὐ γάρ ποθ' ἕξῃ* (sic).

909, 10. *πρὶν ἂν | κείνας ἐναργεῖς δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων.*] Laur. A. Par. F. T. Farn. *στήσεις.* Ricc. *στήσεις* (ῃς superscr.). Vat. *στῇς.* Laur. B. Par. A. B. recte *στήσῃς* (vel *στήσῃς*).

911. *ἐπεὶ δέδρακας οὔτ' ἐμοῦ καταξίως,*] Laur. A. *οὔτέ μου καταξίως.* Vat. *οὔτ' ἐμοὶ καταξίως.* Ceteri (208) MSS. *οὔτ' ἐμοῦ καταξίως,* ut impressi. De hoc versu dixi ad Heracl. 544. *Satisne Graece hoc dictum? Ego certe malim κατάξια.* Eadem varietas El. 800. ubi plerique libri *καταξίως,* nonnulli *κατάξια,* unde recte, mea quidem sententia, *κατάξι' ἂν* Bothius aliique. Si in solis membranis Laur. exstaret Sophoclis Antigone, *συντόμως* legeremus v. 446. ubi plerique libri recte *σύντομα.*

912. *οὐδ' ὢν πέφυκας αὐτός, οὔτε σῆς χθονός.*] Par. B. T. Vat. Farn. *οὔτε τῆς σῆς χθονός.*

914, 5. *εἶτ' ἀφεὶς | τὰ τῆσδε τῆς γῆς κύρι',*] Male Aldus *τὰ τῆσδε γῆς.* Pejus in membr. *τὰ τῆς γῆς.* Integra lectio est in B. T. Brunck. Par. A. Ricc. *τὰ τῆς γῆς.* Ceteri MSS. ed. Juntina B. et omnes recentiores, *τὰ τῆσδε τῆς γῆς.*

915. *ὧδ' ἐπεισπεσὼν,*] Laur. A. Par. F. *ὧδ' ἐπιπεσών.* Haud dissimilis error *ἐπιβαίνων* v. 924. modo recte libri nonnulli *ἐπεμβαίνων.*

916. *ἄγεις τὰ χρῄζεις, καὶ περίστασαι βίᾳ.*] In Schol. et in Camerar. *παρίστασαι.* Lond. B. [Legendum] *παρίστασαι.* Reisk. Vera videtur lectio, quam conservarunt Scholiastes et Aldina, *παρίστασαι, in potestatem tuam redigis.* Heath. *Παρίστασαι, in ditionem tuam,* vel *potestatem redigis.* Exemplum dat Suidas ex Arriano. Herodotus III. 45. *ἱκανοὶ ἦσαν Πολυκρατέα παραστήσασθαι.* Thucydides I. 98. *πολιορκίᾳ παρεστήσαντο.* Ed. Steph. *περιστάσαι.* Musgr. *Ἄγεις θ' ἃ χρῄζεις καὶ παρίστασαι.* Sic tres codd. ut Aldi et Turnebi editiones. Operarum errore, ut videtur, in Stephani editione excusum fuit *ἄγεις τὰ χρῄζεις καὶ περίστασαι,* quod in subsequentes fere omnes

dimanavit: adeo parum curae iis adhibitum fuit ab imperitis hominibus, qui ne paratis quidem subsidiis uti sciebant. Nam praeter illas, quas memoravi, duas editiones, Suidas etiam in *Παρίστασαι* sinceram lectionem exhibet. BRUNCK. Plerique MSS. ἄγεις θ' ἃ χρήζεις (vel χρήζεις), ut Aldus. Solus Vat. ἄγοις θ'. ἃ χρήζεις. Omnes παρίστασαι.

917, 8. καί μοι πόλιν κένανδρον, ἢ δούλην τινὰ | ἔδοξας εἶναι,] Par. T. Farn. καίνανδρον. Phrynichus apud Bekkerum p. 46. Κένανδρος πόλις, κένανδρος χώρα. Photius: Κένανδρον: κενὸν ἄνδρα. Imo κενὸν ἀνδρῶν, ἄστυ scilicet. Aeschylus ante Sophoclem κένανδρον ἄστυ dixit Pers. 118. κενανδρίαν ibid. 732.

918. κἄμ' ἴσον τῷ μηδενί.] Sic in B. T. scriptum per crasin Atticam, melius quam vulgo καὶ μ' ἴσον. BRUNCK. Par. A. Ricc. καί μ' ἴσον, ut impressi ante Brunckium. Laur. A. κἄμ' ἴσον. Par. F. κἀμ' ἴσον. Par. B. T. Vat. Farn. recte κἄμ' ἴσον.

919. καίτοι σε Θῆβαί γ' οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν,] (209) Pessime Johnsonus: *atqui te Thebae non hoc docuerunt malum.* Παιδεύειν τινὰ σοφόν, γενναῖον, κακόν, eodem modo dicitur quo διδάσκειν. Vidè Musgravium ad Eurip. El. 579. et Hemsterhusium ad Plutum p. 4. BRUNCK. V. not. ad Dionys. Hal. de Comp. Verb. p. 413. Eodem modo intelligendum quod statim sequitur, ἐκδίκους τρέφειν. SCHAEF.

922, 3. συλῶντα τἀμά, καὶ τὰ τῶν θεῶν βίᾳ | ἄγοντα φωτῶν ἀθλίων ἱκτήρια.] Verte, *et deorum supplices miseros homines vi abducere.* HEATH. Dele virgulam post βίᾳ, et verte: *et violantem insignia supplicandi, quibus miseri mortales ad deos accedunt.* VAUV. Βίᾳ pertinet ad ἄγοντα: non autem ad συλῶντα, multoque minus ad τῶν θεῶν. Pessime vulgo hic locus interpunctus. BRUNCK. Post τἀμά et βίᾳ interpungunt plerique, post τἀμὰ Heathius et Vauvilliersius, post θεῶν Brunckius, qui locum ita vertit: *neque te approbarent, si rescirent te meaque et divina spoliare, vi abducentem miseros supplices.* Quae ratio vera non videtur.

923. Laur. B. ἄγοντα βροτῶν ἀθλίων ἱκετήρια. Par. T. Vat. φοιτῶν. Par. B. φοιτων sine accentu. In Farn. deest versus. Ceteri MSS. φωτῶν, ut impressi.

924. οὔκουν ἔγωγ' ἄν, σῆς ἐπεμβαίνων χθονός,] Laur. A. B. Par. A. F. ἐπιβαίνων, ut Aldus. Ricc. ἐπιβαίνω. Par. B. T. Vat. et edd. recentiores, ἐπεμ-

βαίνων. Farn. ἐπ' ἐμβαίνων. Quum conjecturam conjecturae opponere liceat, vide an legendum σῆς ἂν ἐπιβαίνων χθονός. Euripides Or. 350. 618. ἢ μὴ 'πίβαινε Σπαρτιάτιδος χθονός. Haud raro geminatur ἂν uno solo vocabulo interposito. Ita Oed. T. 339. Τίς γὰρ τοιαῦτ' ἂν οὐκ ἂν ὀργίζοιτ' ἔπη. Item v. 862. οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἄν, ὧν οὐ σοὶ φίλον. Sed vide ad ἐπεισπεσὼν v. 915.

927, 8. ἀλλ' ἠπιστάμην | ξένον παρ' ἀστοῖς ὡς διαιτᾶσθαι χρεών.] Aldus et codd. ξεῖνον. Brunck. V. Porson. praefat. ad Eurip. Hecub. p. xiii. ed. Lips. Schaef. Qui ξεῖνον revocavit. Ita omnes MSS. praeter Vat. qui recte ξένον. Alteram formam non nisi metri caussa usurpasse videntur tragici. Male igitur Aldus apud Euripidem Iph. T. 798. Ξεῖν', οὐ δικαίως τῆς θεοῦ τὴν πρόσπολον | χραίνεις.

929, 30. σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν | τὴν αὐτὸς αὑτοῦ,] Laur. A. a prima manu αἰσχύνας.

(210) 930. Laur. A. ceterique MSS. plerique τὴν αὐτὸς αὐτοῦ. Vide ad Oed. T. 138. ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ τοῦτ' ἀποσκεδῶ μύσος.

927. οὔθ' εἷλκον, οὔτ' ἂν ἦγον,] Laur. B. οὔθ' (sic) ἦλθον. Deinde Laur. A. Par. B. οὔτ' ἀνῆγον.

930, 1. καί σ' ὁ πληθύων χρόνος | γέρονθ' ὁμοῦ τίθησι καὶ τοῦ νοῦ κενόν.] In B. T. πληθύνων, ut supra 377. Brunck. Ita Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium. Ceteri MSS. πληθύων, ut Aldus.

931. Noster Ant. 281. μὴ 'φευρεθῇς ἄνους τε καὶ γέρων ἅμα.

934, 5. εἰ μὴ μέτοικος τῆσδε τῆς χώρας θέλεις | εἶναι βίᾳ τε κοὐχ ἑκών.] Vat. θέλει.

935. Copula non magis hic locum habere videtur quam v. 808. Sed πολλάκις τε κοὐχ ἅπαξ dixit noster Oed. T. 1275. ἐξ ἐμοῦ τε κοὐκ ἄλλου El. 885. et fortasse plura.

935, 6. καὶ ταῦτά σοι | τῷ νῷ θ' ὁμοίως κἀπὸ τῆς γλώσσης ἐρῶ.] Par. B. T. Vat. Farn. γλώττης. Ceteri MSS. recte γλώσσης. Vide ad Oed. T. 1062.

938. δρῶν δ' ἐφευρίσκῃ κακά.] Laur. A. δρῶν τ' ἐφευρίσκῃ. Laur. B. δρῶν τ' εὑρίσκει (sic). Par. F. δρῶν τ' ἐφ' εὑρίσκει. Ceteri MSS. ut impressi.

939. Ἐγὼ οὔτ' ἄνανδρον τήνδε τὴν πόλιν λέγων,] Laur. A. Par. F. ἐγὼ οὔτ' — λέγω. Laur. B. ἐγὼ μὲν

οὔτ' — λέγω. Ricc. *ἐγὼ οὐκ — λέγων*. Par. T. Farn. *ἔγ' οὔτ' — λέγων*. Par. A. B. Vat. *ἐγὼ οὐκ — λέγων*, ut impressi.

940. *οὔτ' ἄβουλον, ὡς σὺ φῄς*,] Nihil tale Theseus criminatus fuerat; cui Creon si stricte responsurus fuisset, dicere debuerat, *οὔτε δούλην*. Sed artificium hujus responsionis a Scholiasta jam fuit observatum. Brunck.

941. *τοὔργον τόδ' ἐξέπραξα*,] Laur. A. Par. F. *τοὔργον τό γ' ἐξέπραξα*, ut Aldus. Laur. B. *τοὔργον τότ' ἐξέπραξα*. Par. A. Ricc. *τοὔργον τό γ' ἔπραξα*. Par. B. T. Vat. Farn. *τοὔργον* (vel *τοὔργον*) *τόδ' ἔπραξα*. Recte Turnebus *τόδ' ἐξέπραξα*.

941. *γιγνώσκων δ' ὅτι*] Laur. B. *γινώσκω δ' ὅτι*. Ricc. *γιγνώσκω δ' ὅτι*. Vat. *γινώσκων ὅτι*. Laur. A. Farn. *γινώσκων ὅτι*. Par. A. B. T, aut sic, aut *γιγνώσκων δ' ὅτι*, ut impressi.

942, 3. *οὐδείς ποτ' αὐτοὺς τῶν ἐμῶν ἂν ἐμπέσοι* | *ζῆλος ξυναίμων*,] Praecessit *πόλιν*. Sensus hic habetur ratio, non dictionis. Haud absimilis constructio notetur in Sophoclis Ajac. v. 356. *Ἰώ μοι γένος ναΐας ἀρωγὸν τέχνας*, | *ἁλίαν ὃς ἐπέβας ἑλίσσων πλάταν*. Burt. Euripides Bacch. 959. *Κόμιζε διὰ μέσης με Θηβαίας χθονός*. | *μόνος γάρ αὐτῶν* (*τῶν Θηβαίων* scilicet) *εἰμ' ἀνήρ, τολμῶν τάδε*. Frustra olim legendum suspicatus sum *ἀστῶν*. Simili errore Jacobsius in Euripidem p. 59. dixit: *Vox αὐτὸς saepissime infausto omine a librariis invecta est. V. c. in Sophocl. Oedip. Colon. 941. quum αὐτοῖς subjectum non habeat, legendum suspicor ἀστοῖς.*

942. *Αὐτοῖς* Scal. Burt. Scaliger recte omnino reponit *αὐτοῖς*. Heath. Aldus et codd. mendose *αὐτούς*. Brunck. Haud aliter est in Euripidis Ione, v. 311. [300.] *σηκοὺς ἐνστρέφει Τροφωνίου*. Reis. Qui *αὐτοὺς* re- (211)
vocavit. Ita omnes MSS. praeter Laur. B. qui *αὐτοῖς*. Usitatior quidem est haec constructio, altera tamen non temere improbanda est. Euripides Iph. A. 808. *οὕτω δεινὸς ἐμπέπτωκ' ἔρως* | *τῆσδε στρατείας Ἑλλάδ', οὐκ ἄνευ θεῶν*. Si recte se habet haec scriptura, quis non malit *Ἑλλάδ'* pro accusativo quam pro dativo accipere? Vide ad *θανόντ'* v. 1436. Multa sunt verba, quae utrumque casum regant. Euripides Hec. 583. *Δεινόν τι πῆμα Πριαμίδαις ἐπέζεσε* | *πόλει τε [illegible]*. Iph. T. 987. *Δεινή τις ὀργὴ δαιμόνων ἐπέζεσε* | *τὸ Ταντάλειον σπέρμα*.

942. Par. B. Vat. ἐκπέσοι.

944, 5. ᾔδειν δ' οὔθ' οὕνεκ' ἄνδρα καὶ πατροκτόνον | κἄναγνον οὐ δεξαίατ',] In Aldina pro ᾔδειν diserte legitur ᾔδη, quomodo Dawesius etiam reponi juberet. Vide Miscell. Critic. p. 232. Juxta eundem etiam legendum esset ξυνῄδη pro ξυνῄδειν [v. 948.] licet hîc Aldinam assentientem non habeat. Heath. Ἤιδη. Sic veteres codd. et Aldus. Turnebus e Triclinio male ᾔδειν. Vide notam ad Oed. T. 433. unde liquet quarto post hunc versu, libris etiam invitis, scribi debuisse ἐξῄδη. Brunck. Aldus ᾔδη, non ᾖδη. Sic etiam MSS. plerique. Laur. A. ᾔιδη. Par. F. ᾔδην. Sic etiam ed. Juntina B. Tricliniani scripti et impressi ᾔδειν vel ᾖδειν.

944. Par. A. Ricc. ἄνδρα πατροκτόνον, omisso καί.

945. Par. A. Ricc. κἄναγνον, ut impressi. Ceteri MSS. κἄνανδρον.

945. Lege οὐ δέξαιντ' ἄν, ut supra οὐδεὶς ἂν ἐμπέσοι. Vauv. Monui jam in Commentatione de ἂν particula p. 114., non posse ᾔδη ὅτι δεξαίατο dici, quia opinio, quae inest simplici optativo, scientiae atque certae cognitioni repugnat. Reis. Cujus verba sunt: *Poterat* ᾠήθην ὅτι—οὐ (*vel* μὴ) δεξαίατο *ordine atque ratione dici: sed illud ne in cogitationem quidem cadit, ut scientia a rei contemplatione secernatur et in* subjunctiva *cogitatione unice nitatur. Quare illa correxi:* δέξαιτ' ἄν: *scilicet* πόλις: *in modum superiorum verborum,* γιγνώσκων ὅτι οὐδεὶς—ἂν ἐμπέσοι ζῆλος— Haec ille. De discrimine, quod statuit inter ᾔδη, *sciebam*, et ᾠήθην, *putavi*, alias fortasse dicendum erit. Si recte diceretur οἶδα ὅτι οὐ δέξωνται, servandum δεξαίατ', quod tuentur omnes MSS. Sin minus, aut δέξαιντ' ἂν cum Vauvilliersio, aut δέξαιτ' ἂν cum Reisigio, aut denique δεξοίατ' legendum. Postremum mihi placuit. Simili modo confusa δηλώσοιμι et δηλώσαιμι Oed. T. 792. ἐκτίσοιτο (212) et ἐκτίσαιτο Aj. 304. φανοίην et φανείην ibid. 313. ἐκσωσοίατο et ἐκσωσαίατο apud Aeschylum Pers. 360.

945, 6. οὐδ' ὅτῳ γάμοι | ξυνόντες εὑρέθησαν ἀνόσιοι τέκνων.] [Legendum] τέκνῳ nempe πρὸς μητέρα. Reisk. Constructionem non satis expedio, legendumque suspicor τοκέων, nisi malis τέκνοις. Musgr. Scholion: παρόσον αὐτός ἐστι τέκνον μητέρα γεγαμηκώς. Haec nota in Romana scholiorum editione non com-

paret. In T. praeposita est scholio ad versum 939. quod hujus notae tamquam continuatio est. Brunck. Nihil omnino expedit Musgravii conjectura. *Γάμοι τέκνων* generatim dictum de incestu parentium ac liberorum. Reis. Scholiorum ed. Rom. *Ἥιδην δ' ἐθ' οὕνεκ' ἄνδρα: παρ' ὅσον αὐτὸς τέκνον ἐστί, μητέρα γεγαμηκώς.* Fallitur igitur Brunckius. Haud dubie recte se habet *τέκνων*, licet eodem sensu sequatur *μητρὸς* v. 978. Nihil mutant libri praeter Laur. B. qui *ἀνοσιώτατοι* sine *τέκνων* habet. Difficultatem sensit librarius, sed in ea tollenda paullo audacior fuit.

947, 8. *τοιοῦτον αὐτοῖς Ἄρεος εὔβουλον πάγον | ἐγὼ ξυνήδη χθόνιον ὄνθ',*] *Ἄρεος.* Non alia forma utitur Sophocles. Vide Antig. 125. El. 1423. Fallitur Koenius ad Gregorium p. 286. [607.] *Ἄρεος* hic semel a Sophocle positum fuisse ratus ob versum. A recto *Ἄρης*, Atticis usitato, non alius formari potest genitivus, quam *Ἄρεος*. Ab *Ἄρευς* est *Ἄρεως*. Vide Eustath. p. 518. quem jam laudavimus ad Comici Aves 835. Brunck. Hodie inter omnes convenit, non nisi metri caussa dici *Ἄρεος*, ut *πόλεος*, *ὕβρεος*, et similia.

948. Omnes libri ante Brunckium *ξυνῄδειν*, vel *ξυνήδειν*, vel *ξυνῄδειν*. Brunckius ad v. 944. ex oscitatione scripsit *ἐξῄδη*.

948. *Χθόνιον*, i. e. *ἐγχώριον* vel *αὐτόχθονα*. Musgr. Par. F. *χθόνιόν θ' ὄντ'*, et mox *ἐξαλήτας*.

954, 5. *θυμοῦ γὰρ οὐδέν ἐστι γῆρας ἄλλο πλὴν | θανεῖν.*] Sic ordinatae voces in membr. Vulgo *οὐδὲν γῆράς ἐστιν ἄλλο*. Brunck. Mihi quoque politior videtur verborum scriptura ab Brunckio ex Membranis petita, quam ab Aldo vulgata illa atque a nobis eam ipsam ob caussam retenta. Reis. Vulgatum ordinem servant omnes MSS. praeter Par. A. Ricc.

960, 1. *Ὦ λῆμ' ἀναιδές, τοῦ καθυβρίζειν δοκεῖς; | πότερον ἐμοῦ γέροντος ἢ σαυτοῦ τόδε;*] Crediderim post *δοκεῖς* expungendam esse interrogationis notam: ut sit, *τοῦ δοκεῖς καθυβρίζειν τόδε, πότερον* &c. Steph. *Τοῦ καθυβρίζειν δοκεῖς τόδε;* id est *κατὰ τίνος δοκεῖς ὑβρίζειν τόδε;* Brunck. Recte interpunxit Brunckius. Omnes libri *τόδε*, quod in *τάδε* mu- (213)
tandum videtur.

962. *ὅστις φόνους μοι καὶ γάμους καὶ ξυμφορὰς | τοῦ σοῦ διῆκας στόματος,*] Omnes MSS. ni fallor, *συμφοράς*. Impressi recte *ξυμφοράς*.

964, 5. *θεοῖς γὰρ ἦν οὕτω φίλον, | τάχ' ἄν τι μηνίουσιν εἰς γένος πάλαι.*] *Τάχ' ἄν.* Particulae ἐκ παραλλήλου positae: cave enim ἄν jungas participio μηνίουσιν. Schaef. Par. B. T. Farn. τάχ' ἄν τι μηνιοῦσιν. Vat. τάχ' ἀντιμηνιοῦσιν. An legendum τάχ' οὖν? Sophocles Phil. 305. τάχ' οὖν τις ἄκων ἔσχε. Euripides Hec. 1247. τάχ' οὖν παρ' ὑμῖν ῥᾴδιον ξενοκτονεῖν. Iph. T. 782. τάχ' οὖν ἐρωτῶν σ' εἰς ἄπιστ' ἀφίξομαι. Ἄν et οὖν confusa habemus v. 980.

965. Par. T. Vat. πάλιν. Farn. πάλιν. Par. B. πάλικαι. Ceteri MSS. recte πάλαι.

966, 7. *ἐπεὶ καθ' αὐτόν γ' οὐκ ἂν ἐξεύροις ἐμοὶ | ἁμαρτίας ὄνειδος οὐδέν,*] *Αὐτόν,* id est ἐμαυτόν. Vide notam ad v. 853. Brunck.

967, 8. *ἀνθ' ὅτου | τάδ' εἰς ἐμαυτὸν τοὺς ἐμοὺς θ' ἡμάρτανον.*] Vat. τάδ' εἰς ἐμαυτὸν εἰς θεοὺς ἡμάρτανον.

969, 70. *εἴ τι θέσφατον πατρὶ | χρησμοῖσιν ἱκνεῖθ',*] Par. B. T. Vat. Farn. ἱκνοῖθ'. Ceteri MSS. recte ἱκνεῖθ'. Exempla constructionis vide ad Bacch. 1341.

970. *ὥστε πρὸς παίδων θανεῖν,*] Par. F. ὥστε γ' ἐκ παίδων.

971. *πῶς ἂν δικαίως τοῦτ' ὀνειδίζοις ἐμοί,*] Par. A. Ricc. ὀνειδίζοις, ut impressi. Ceteri MSS. male ὀνειδίζεις.

972. *ὃς οὔτι βλάστας πω γενεθλίους πατρός,*] Aldus ὃς οὔτε βλάστας πῶς. In solo B. πως sine accentu scriptum. *Οὔ τι πω* scribi debuit, ut 1370. Haud infrequens est haec particularum aggregatio. Brunck. *Οὔτε.* V. quae congessi ad L. Bos. Ellips. p. 229. Schaef. Brunckii conjecturam, *οὔτι,* non opus est multis refellere: praesto est Schaeferi sylva exemplorum ad Lamberti Bosii librum exprompta, p. 228. 229. [p. 142. ed. Oxon.] Deinde πως temere Brunckius mutavit in πω: immo nervosius illud: *non eram ullo modo satus.* Reis. Recte omnino οὔτε revocavit Reisigius: secus vero πως. Laur. A. B. Par. A. ὃς οὔτε βλάστας πῶς γενεθλίους (in Laur. A. scripserat librarius γενεθλίως) πατρός, ut Aldus. Sic etiam Par. F. Ricc. nisi quod Ricc. πως, Par. F. recte πω, ut edd. recentiores ante Reisigium. Par. B. T. Vat. Farn. ὃς οὔτε βλάστας πως (Par. T. Farn. πῶς) γενεθλίου πατρός.

973. οὐ μητρὸς εἶχον,] Par. B. T. Vat. Farn. ἔσχον. Ceteri MSS. εἶχον, ut impressi.

973. ἀλλ' ἀγέννητος τότ' ἦν.] Omnes libri ἦν. (214) Sed Laur. A. in margine ἔα ἦ. Vide ad Oed. T. 1123.

974. εἰ δ' αὖ φανεὶς δύστηνος, ὡς ἐγὼ 'φάνην,] Vat. εἰ δ' αὖ φανῆς δύστανος ὡς ἐγὼ 'φανον. Etiam Par. F. a prima manu φανῆς.

976. μηδὲν ξυνιεὶς ὧν ἔδρων, εἰς οὓς τ' ἔδρων,] Vat. ξυνεὶς.

977. πῶς γ' ἂν τό γ' ἄκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις;] Negat Elmsleius ad Eurip. Med. pp. 286. 287. γέ particulae locum esse in interrogando. Quare γέ alterum librariis assignavit, alterum in τό γ' ἄκον poëtae. Mirabitur ergo me in contrariam partem abiisse adeo, ut priorem probarem particulam, tollerem posteriorem. Sumpsimus autem τόδ' ex MS. F., quia magni momenti putamus ad defensionem justam esse. Detrahendum est ergo hoc exemplum iis, quae congessit Lobeckius ad Ajacem, p. 303. Crimen extenuatur non solum eo, quod invitus commisit, sed etiam, quod isto modo invitus, nempe inscius. Eo spectat τόδε: *istud* facinus invitum, quod μηδὲν ξυνιεὶς εἰς οὓς ἔδρων, perpetraveram. His confectis, restat, ut de πῶς γε dicam. Quod genus loquendi cur prorsus explodamus, non video: nam et firmatum est satis exemplis quibusdam, et ratio manifesta. Nam, ut οὕτω definitur per γέ, sic etiam πῶς intendi potest, quum quis modum vel rationem, qua aliquid fieri possit, diligentissime vult describi: *quomodo demum*. Quamobrem nec in Ranis, v. 138., possum ab vulgata discedere scriptura, Εἶτα πῶς γε περαιωθήσομαι: nec me movet unius MS. Regii dissensus: testatur enim Ravennas*. In Euripidis Hecuba, v. 768., non audeo condemnare Τίνος γ' ὕπ' ἄλλου; Θρῄξ κιν ὤλεσε ξένος.: nihil enim differt ab eo τί δ' ἄλλο γε, velut Trachiniis, v. 630., τί δῆτ' ἂν ἄλλο γ' ἐννέποις;: quod vel unis in Nubibus Aristophanis ter legitur, v. 1287. 1448. 1496. [1290. 1450. 1497.] Denique quid statuet Elmsleius de ἆρά γε, veluti in Nubibus Aristophanis, v. 466. [465.]: quo de agit

* Si recte se habet vulgata, particula γε prima anapaesti syllaba est in senario comico. Sic etiam Lys. 761. Ἐγὼ δ' ὑπὸ τῶν γλαυκῶν γε τάλαιν' ἀπόλλυμαι. Ego vero ne hunc quidem versum sanum esse arbitror.

Apollonius Alexandrinus in Bekkeri Anecdotis, p. 517. l. 27. et p. 518. l. 5. Reis. Omnes MSS. πῶς γ' ἂν, plerique τό γ' ἄκον vel τό γ' ἄκον. Laur. B. τότ' ἄκον. Par. F. apud Faehsium (tacent enim meae chartae) τόδ' ἄκον. Vulgatam defendit Hermannus ad Vigerum n. 296. B. cujus verba sunt: *Sed quod*
(215) *idem* [Porsonus] *ad Med.* 865. *contendit, valde invenustum esse γε in eodem orationis membro duplicatum, id secus esse pluribus locis ostendi possit, v. c. Soph. Oed. C.* 977. Eodem exemplo usus est Lobeckius ad Aj. p. 303. Jure autem statuit Reisigius, miraturum me, quod neque vulgatam scripturam πῶς γ' ἂν τό γ' ἄκον retinuerit, neque meam conjecturam πῶς ἂν τό γ' ἄκον adoptarit, sed ex uno MS. πῶς γ' ἂν τόδ' ἄκον admiserit. Aeque sanum mihi videtur τό γ' ἄκον πρᾶγμα ac vulgata scriptura apud Euripidem Suppl. 151. Σοφὴν ἔλεξας τήν γ' ἑκούσιον φυγήν. Ubi MSS. apud Marklandum alterum γε ante ἔλεξας insertum habent, unde Marklandus, fere ut apud Sophoclem Reisigius: Σοφήν γ' ἔλεξας τὴν ἑκούσιον φυγήν. Non sum nescius, τί δ' ἄλλο γε et ἆρά γε interrogationi haud raro inservire, licet has formulas in annotatione ad Medeam silentio praeterierim. Quod autem in una Aristophanis fabula ter legitur τί δ' ἄλλο γε, nec saepius in tragoediis et comoediis XLIV. τίς γε, πῶς γε, aut aliquid quod cum his recte conferri possit, argumento est, et nostrum versum corruptum esse, et illos duos, quos cum eo contulit Reisigius*. In altero aut *Τίνος πρὸς ἄλλου* cum Porsono legendum, aut *Οὔτινος ὑπ' ἄλλου*: in altero delendum γε, quod additum ab aliquo videtur, qui legeret περεωθήσομαι.

977. *Ἄκον πρᾶγμα.* Conf. supra v. 243. [240.] Oed. Tyr. 1261. [1250.] Musgr.

978. *μητρὸς δέ, τλῆμον, οὐκ ἐπαισχύνῃ γάμους,*] Laur. A. Par. B. F. Vat. τλήμων. Par. A. τλᾶμον, ni fallor. Farn. τλῆμων (sic). Par. T. Ricc. et fortasse Laur. B. τλῆμον, ut impressi.

979. *οὔσης ὁμαίμου σῆς, μ' ἀναγκάζων λέγειν.*] Par. F. ἀναγκάζειν. Utraque constructio proba.

* Addere potuisset Reisigius Tro. 241. *Αἶ αἶ, τίνα γ', ἢ Θεσσαλίας πόλιν, ἢ Φθι|άδος εἶπας γ', ἢ Καδμείας χθονός;* Ita fere Aldus. Posterius γε expulit Seidlerus. Prius in δὲ mutandum videtur.

980. οὐ γὰρ οὖν σιγήσομαι,] Vat. οὐ γὰρ ἄν, σιγήσωμαι.

981. σοῦ γ' εἰς τόδ' ἐξελθόντος ἀνόσιον στόμα.] Στόμα, *sermonem.* Vid. supra v. 130. [132.] Aj. 1129. [1110.] MUSGR. Στόμα hîc *sermonem* significat. Vide ad Oed. T. 426. [πρὸς ταῦτα καὶ Κρέοντα καὶ τοὐμὸν στόμα | προπηλάκιζε.] BRUNCK. Hanc interpretationem non improbo. Nescio tamen an εἰς τόδε potius pro ἕως τούτου accipiendum sit, ut ἐξελθόντος ἀνόσιον στόμα idem loquendi genus sit, quod θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα v. 1084. συμβαλοῦ γνώμην v. 1151.

982. ἔτικτε γάρ μ', ἔτικτεν, ὤμοι μοι κακῶν,] (216) Par. F. Vat. ἔτικτε γὰρ ἔτικτεν.

984. αὐτῆς ὄνειδος παῖδας ἐξέφυσέ μοι.] Laur. A. ceterique MSS. plerique αὐτῆς. Deinde Par. B. ἐξέφυδέ μοι. Vat. ἐξέφυσέ με.

985. ἀλλ' ἕν γ' ἄρ' οὖν ἔξοιδα, σὲ μὲν ἑκόντ' ἐμὲ] Minus bene vulgo ἓν γὰρ οὖν. In his particulis scribendis saepe peccarunt librarii. BRUNCK. Ἓν γὰρ οὖν. V. Porson. ad Eurpid. Med. v. 585. SCHAEF. Particularum γὰρ οὖν hoc modo conjunctarum exempla quamplurima indicavi ad v. 495.

986. κείνην τε ταῦτα διστομεῖν,] Emendavimus hunc locum Novarum Lectionum lib. VIII. cap. xv. CANT. Διστομεῖν habent omnes praecedentes editiones praeter Flor. quam nos secuti sumus, faventibus magni nominis viris Grotio et Cantero. (Hunc vide sis in Novar. Lection. lib. 8. cap. 15. illum in Notis ad Excerpta ex Tragoediis et Comoediis Graecis pag. 951.) Δυστομεῖν etiam hic ex conjectura adscripserat nescio quis vir doctus ad oram Editionis Aldinae in Biblioth. Bodl. BURT. Malim διαστομεῖν, *aperto ore effundere.* HEATH. Δυστομεῖν. Canteri conjectura est, licet ita jam antea dedisset ed. Flor. MUSGR. Legendum credo δυστομεῖν, quod opponitur εὐστομεῖν. VAUV. Perperam impressi διστομεῖν. Codd. minus bene δυστομεῖν. Scribendum δυσστομεῖν, ut δυσσεβές, δύσσειστον, aliaque similis compositionis. BRUNCK. Egregia Brunckii est levitas, quippe δυσστομεῖν geminato σ scribendum putat, quia ita sit in δυσσεβές. Optime Canterus secundum MSS. δυστομεῖν. REIS. Laur. B. Ricc. διστομεῖν, ut Aldus. Ceteri MSS. et ed. Juntina B. recte δυστομεῖν. Non magis δυσστομεῖν scribendum quam δύσστηνος, in quo alterum σ elidi ostendit cognatum ἄστηνος, quod servavit Etymologus

p. 159, 11. Vide omnino ad προστείχοντα Oed. T. 79.

986, 7. ἐγὼ δέ νιν | ἄκων ἔγημα, φθέγγομαί τ' ἄκων τάδε.] Plerique MSS. ἄκων ἔγημα, ut impressi. Solus Vat. ἄκων τ' ἔγημα. Quam scripturam, si plurium et meliorum librorum auctoritate niteretur, libenter admitterem. Copulae in protasi omissae exempla dedi ad Med. 102, 5. p. 99. Hujus fabulae v. 850. ubi nunc recte legitur πατρίδα τε τὴν σὴν καὶ φίλους, soli Triclinio deberi videtur τε.

988, 9. ἀλλ' οὐ γὰρ οὔτ' ἐν τοῖσδ' ἀκούσομαι κακὸς | γάμοισιν,] Par. A. ἀλλ' οὐ γὰρ ἔν τ' ἐν τοῖσδ'. Ricc. ἀλλ' οὐ γὰρ ἔν τε τοῖσδ'.

989, 90. οὔθ' οὓς αἰὲν ἐμφέρεις σύ μοι | φόνους πατρῴους,] Laur. A. ἐμφερεῖς. Laur. B. ἐμφορᾶς. Par. B. F. (a prima manu) T. Farn. ἐμφερεῖς. De Vat. tacet Amatius. Par. A. F. (a correctore) Ricc. ἐμφέρεις, ut impressi.

990. ἐξονειδίζων πικρῶς.] Par. T. Farn. ἐξονειδίζεις.

992, 3. εἴ τις σε τὸν δίκαιον αὐτίκ' ἐνθάδε | κτείνοι παραστάς,] Κτείνοι, occidere vellet. Ajac. v. 1126. Δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν, κτείναντά με; Quod, more apud Graecos pervulgato dictum, non erat cur Teucer cavillaretur. SCHAEF. Ricc. κτείνει. Vat. κτείνειν.

995, 6. δοκῶ μέν, εἴπερ ζῆν φιλεῖς, τὸν αἴτιον | τίνοι' ἄν,] Δοκῶ h. l. ceteris praeponitur. V. Adno-
(217) tat. ad Theocrit. p. 220. Sic οἶμαι, vulgo insertum, passim praemittitur. Idem monendum de verbo οἶδα, cujus praemissi ceterae orationi exemplum vide infra v. 1197. SCHAEF. Solus Par. F. τίνοις ἄν.

996. οὐδὲ τοὔνδικον περιβλέποις.] Laur. A. Par. A. περιβλέποις, ut impressi. Ricc. περιβλέπεις (οι superscr.). Ceteri MSS. περιβλέπεις.

998, 9. οἷς ἐγὼ οὐδὲ τὴν πατρὸς | ψυχὴν ἂν οἶμαι ζῶσαν ἀντειπεῖν ἐμοί.] Rectius fortasse γὼ scribetur: qualis scriptura saepe apud hunc quoque poëtam vitatur in aliis vocibus. STEPH. Frustra hic conatur H. Stephanus metrum constituere per aphaeresin primae literae vocis ἐγώ, nulla praecedente vocali. Revera fit synizesis in ἐγὼ οὐδέ. Vide supra ad Antig. v. 464. [458.] HEATH. Laur. A. ἐγὠὐδέ. Laur. B.

Par. T. Farn. ἐγ' οὐδὲ vel ἔγ' οὐδέ. Par. F. ἐγὼ δέ. Ceteri MSS. recte ἐγὼ οὐδέ, ut impressi. Vide ad Oed. T. 332. Ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ.

1001. ῥητὸν ἄρρητόν τ' ἔπος,] Par. B. Vat. ῥητόν τ' ἄρρητον ἔπος. Par. T. Farn. ῥητόν τ' ἄρρητόν τ' ἔπος. Ceteri MSS. ut impressi.

1003. καί σοι τὰ Θησέως ὄνομα θωπεῦσαι καλόν,] Laur. B. ὄμμα. Vide Porsonum ad Or. 1080.

1004. καὶ τὰς Ἀθήνας, ὡς κατῴκηνται καλῶς,] Laur. B. κατῳκίσθαι. Par. F. κατοίκηνται.

1005. κᾆθ' ὧδ' ἐπαινῶν, πολλὰ τοῦδ' ἐκλανθάνῃ,] Πολλὰ ab ἐπαινῶν pendet, non ab ἐκλανθάνῃ. Musg. Recte distinguunt Brunckius et sequentes. Mire depravatus est hic versus in Laur. B., κᾆθ' ὧδ' ἐπαίνου πόλλ' ἂν οὐδ' ἐκλανθάνῃ.

1006, 7. ὅθ' οὕνεκ' εἴτις γῆ θεοὺς ἐπίσταται | τιμαῖς σεβίζειν, ἥδε τοῦδ' ὑπερφέρει.] Γράφεται τιμάς, atque id habet Turnebi etiam editio in contextu, [alterum in margine,] sed non sine manifesto mendo. At pro ἥδε legitur etiam εἰ δὲ [in Aldina], cui etiam lectioni apertus error subest. Sed nec ἡ δὲ disjunctim legendum est, ut quaedam exempl. habent. Perinde est enim ac si diceret, εἴτις γῆ οἶδε σέβειν θεοὺς τιμαῖς, (id est, οἶδε τιμᾶν καὶ σέβεσθαι θεούς, sic enim resolvi posse arbitror,) αὕτη πασῶν μάλιστα. Sic autem cum dativo dicit pag. 321. [v. 1557.] λιταῖς σεβίζειν. Steph. Τιμαῖς. Sic recte Turnebus [in margine]. Codd. et Aldus τιμάς. Brunck. Τιμαῖς recte Turnebus. Accusativum non licet ab eo loquendi loco defendere, quem perstrinxi ad v. 270. [278.] Chorus Agathonis in Aristophanis Thesmophoriazz. v. 128. [134.] ἄνακτ' ἀγάλλε Φοῖβον τιμᾷ. Reis. (218) Omnes MSS. τιμάς, ut impressi ante Stephanum. Miror neminem exstitisse, qui hanc scripturam defenderet. Par. F. superiore versu θεούς, ut sit θεοὺς τιμὰς σεβίζειν.

1007. ἥδε τοῦδ' ὑπερφέρει.] Sic membr. a prima manu. Vulgo τοῦδ' perperam. Ὑπερφέρειν construitur cum dativo rei qua quis alios antecellit, vel cum accusativo adjuncta, vel subaudita, ut hic, praepositione κατά: ὑπερφέρει κατὰ τοῦτο. Mendose in Aldina εἰ δὲ τοῦδ'—Brunck. Hanc scripturam in nullo MS. reperi. Laur. A. ἥδε τοῦδ' ὑπερφέρει.

Laur. B. ἥδε τοῦθ' ὑπερφέρει. Par. A. ἡ δὲ τοῦθ' ὑπερφέρει. Ricc. ἡ δὲ τοῦδ' ὑπερφέρει. Ceteri MSS. et edd. recentiores ante Brunckium, ἥδε τοῦδ' ὑπερφέρει.

1009. αὐτόν τε χειροῦ, τὰς κόρας τ' οἴχῃ λαβών.] Lege αὐτόν τ' ἐχειροῦ. Vide supra v. 1005. [950.] Heath. Malim in imperfecto: αὐτόν τ' ἐχειροῦ. Musgr. Non ἐχειροῦ legendum est, sed χειροῖ. Vauv. Αὐτόν τ' ἐχείρου. Male vulgo divisae voces αὐτόν τε χειροῦ. Brunck. Αὐτόν τ' ἐχειροῦ. Brunckius αὐτόν τ' ἐχείρου. Vulgo αὐτόν τε χειροῦ. Id ex grammaticorum regula sic mutandum erat, ut ego mutavi. Nam Brunckii ἐχείρου est tertia imperfecti activi. Schaef. Brunckio fraudi fuit Heathii εχειρου sine accentu. Quod ad MSS. attinet, in solo Par. F. recte scriptum reperi. Ceteri omnes αὐτόν τε χειροῦ, ut impressi plerique.

1010, 1. ἀνθ' ὧν ἐγὼ νῦν τάσδε τὰς θεὰς ἐμοὶ | καλῶν ἱκνοῦμαι,] Laur. A. τᾶσδε θεᾶς. Vat. τάσδε θεάς. Laur. B. τάσδε νῦν θεάς. Ceteri MSS. τάσδε τὰς θεάς, ut impressi.

1012. ἐλθεῖν ἀρωγοὺς ξυμμάχους,] Insolens est ἐκ παραλλήλου positum ἀρωγοὺς ξυμμάχους: nec potest in gradationis speciem interpungi, quia tertium deest membrum. Cf. annotata ad v. 1186. [1190.] Quamobrem sine ulla dubitatione copulam reposui ex MS. F., ξυμμάχους θ'. Aeschylus Supplicibus, v. 740. Schutz. [734. Stanl.] ἐγὼ δ' ἀρωγοὺς ξυνδίκους θ' ἥξω λαβών. Reis. Copula mihi non male deesse videtur. Par. B. T. Farn. ἀρωγοὺς συμμάχους. Vat. ἀρωγοὺς συμμάχοις. Par. F. ἀρωγοὺς συμμάχους θ'. Ceteri MSS. ἀρωγοὺς ξυμμάχους, ut impressi. Euripides Rhes. 637. ἐγὼ δὲ τῷδε σύμμαχος Κύπρις | δοκοῦσ' ἀρωγὸς ἐν πόνοις παραστατεῖν.

1014, 5. αἱ δὲ συμφοραὶ | αὐτοῦ πανώλεις,] Sic tres codd. In impressis ξυμφοραί. Brunck. Codicum MSS. in hisce parva est auctoritas. Both. Qui re-
(219) vocavit ξυμφοραί. Omnes MSS. συμφοραί, quod metro necessarium esse nemo hodie ignorat. Recte Aldus in eadem versus sede σύννομοι v. 340. συμμάχου v. 450. σύμφορα v. 464. σὺν χρόνῳ v. 1653. σὺν νόσοις v. 1663. Idem recte οὐ ξύμφορον v. 592. καὶ

ξυμφοραῖς v. 982. sed male τὸ ξυμπονεῖν v. 1368. ubi recte Brunckius συμπονεῖν.

1015. ἄξιαι δ' ἀμυνάθειν.] Ita omnes libri, similique ratione εἰκάθειν vv. 1170. 1378. παρεικάθειν v. 1334. Quare horum infinitivorum accentum mutarim, caussam exposui ad Med. 186. p. 113. Recte Photius: Ἠμύναθον: ἤμυνα. Quod πιθέσθαι καὶ παρεικαθεῖν dixit noster v. 1334, argumento est, utrumque infinitivum ejusdem generis esse. Raro enim Sophocles ita loquitur ut loquutus est Euripides Andr. 413. σφάζειν, φονεύειν, δεῖν, ἀπαρτῆσαι δέρην.

1016, 7. ὡς οἱ μὲν ἐξηρπασμένοι | σπεύδουσιν,] Ἐξηρπασμένοι active sumitur. BURT. Par. A. Ricc. et fortasse Laur. B. ἐξηρπασμέναι, ut impressi. Ceteri MSS. male ἐξηρπασμένην. Fuisse videntur, qui σπεύδουσι pro ἐπείγουσι acciperent. Quanquam ne sic quidem recte se haberet ἐξηρπασμένην numero singulari. Οἱ ἐξηρπασμένοι sunt Antigone et Ismene. Inepte *raptores* Johnsonus et Brunckius. Recte Winsemius *qui abrepti sunt*. Hermannus ad Vigerum n. 50. *Masculinum singularis numeri adhibetur,—ubi universe aliquis intelligitur, seu vir, seu femina sit, licet femina nunc innuatur*. Euripides Andr. 1002. δείξει γαμεῖν σφε μηδέν' ὧν ἐχρῆν ἐμέ. Quod etiam de numero plurali verum esse ostendit hoc exemplum.

1018. Τί δῆτ' ἀμαυρῷ φωτὶ προστάσσεις ποιεῖν;] Vat. τί ταῦτ' ἀμαυρῷ.

1018. Legitur et ἀφαυρῷ [in margine Turnebianae], quod malim hoc quidem in loco. STEPH. Ἀφαυρῷ, id est ἀσθενεῖ. Perperam in libris nostris ἀμαυρῷ, quae voces et alibi commutatae. BRUNCK. Ἀμαυροῦν semper est *obscurare*, ἀφανίζειν, non *debilitare*. Sed redit demum eodem metaphora, ut si nos dicimus ἀφανίζειν. REIS. Omnes MSS. ἀμαυρῷ, vel ἀμαυρῷ, vel ἀμαυρῷ vv. 182. 1018. ἀμαυραῖς v. 1639. E sola conjectura, ni fallor, Turnebus in margine ἀφαυρῷ v. 1018. Brunckius ἀφαυρῷ v. 1018. ἀφαυραῖς v. 1639. sed v. 182. ἀμαυρῷ, ut vulgo. Vulgatam scripturam ubique revocarunt Doederlinus et Reisigius. Plura vide ad v. 1639.

1019, 20. Ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ, πομπὸν δέ με | χωρεῖν,] Sententia omnino postulare videtur, ut legamus πομπὸν δέ μοι. HEATH. Πομπὸν δ' ἐμοί. Hanc scripturam sensus manifesto flagitat. Male in libris nostris πομπὸν δέ με. BRUNCK. *Ut viam, qua*

puellae abductae sunt, praeeundo monstres: ego vero tibi comes esse volo. Conf. supra v. 723. Homer. Il.
(220) XIII. 416. III. 88. et 90. Aliter interpretatur Erfurdtius ad Trachin. v. 615. Brunckius πομπὸν δ' ἐμοὶ χωρεῖν. Schaef. Constructionis genus πομπὸν — με nunc communi judicio probant doctissimi quique, Erfurdtiusque ad Trachinias, v. 615.. Itaque in Trachiniis, v. 554., apte structum λυτήριον λύπημα: in Antigona, v. 788., σε φύξιμος ipse Brunckius annotatione expedivit: nam casuum eorundem respectum diversum illic in Graeca lingua nihil moror. Reis. Erfurdtius πομπόν με χωρεῖν pro πέμποντά με χωρεῖν dictum censet. Quae ratio si vera est, dicere potuisset Sophocles: Ὁδοῦ κάταρχε τῆς ἐκεῖ, πομπὸς δέ με | χώρει. Mihi vero potius μοι scripturus fuisse videtur, quam constructionem tam duram adhibiturus. Ingeniose Schaeferus ὁδοῦ κατάρχειν et πομπὸν χωρεῖν diversa facere conatur, ut illud *viam monstrare*, hoc *comitem se adjungere* significet. Sed vereor ut recte. Non ita certe loquutus est Euripides El. 669. *ΟΡ.* Στείχοιμ' ἄν, εἴτις ἡγεμὼν γίγνοιθ' ὁδοῦ. | *ΠΡ.* Καὶ μὴν ἐγὼ πέμποιμ' ἂν οὐκ ἀκουσίως. Nihil igitur melius novi, quam ut revocetur Heathii conjectura, licet omnes MSS. πομπὸν δέ με habeant.

1020. ἵν', εἰ μὲν ἐν τόποισι τοῖσδ' ἔχεις] Par. B. ἵν' εἰ μὲν ἐν τόποισι τοῖσδ' ἔχει. Vat. ἵν' εἰ μὲν τόποισι τοῖσδ' ἔχεις.

1021. τὰς παῖδας, ἢ μὴν αὐτὸς ἐκδείξῃς ἐμοί] Vulgo: τὰς παῖδας ἡμῶν, αὐτὸς etc., mendose. Both. Vulgatam scripturam Bothio displicuisse non miror. Nam Oedipi filias τὰς παῖδας ἡμῶν non recte appellat Theseus. Posthabita Bothii conjectura reposui τὰς παῖδας ἡμῖν, de qua conjectura vide ad v. 99. Conjungendum ἡμῖν cum ἔχειν. Similia sunt βέβηκεν ἡμῖν v. 81. σὺ δ' ἡμῖν ἔκηλος αὐτοῦ μίμνε v. 1038. atque alia sexcenta. Vide ad Oed. Tyr. 631. El. 1352.

1021. Laur. B. ἐκδείξεις. Margo Turnebianae ἐνδείξῃ, quod e nullo MS. enotatum habeo.

1022. εἰ δ' ἐγκρατεῖς φεύγουσιν, οὐδὲν δεῖ πονεῖν.] Verte, *sin vero qui manibus eas tenent fugiunt.* Heath. Ἐγκρατεῖς valet ἐγκρατῶς, *contentis viribus.* Both. Johnsonus: *si vero captivae fugiunt.* Brunckius: *si vero aufugiunt raptores.* Imo: *si vero puellas tenentes fugiunt.* Ἐγκρατὴς significat *compos.* Exempla praebent lexica.

1023, 4. *ἄλλοι γὰρ οἱ σπεύδοντες, οὓς οὐ μήποτε | χώρας φυγόντες τῆσδ' ἐπεύχωνται θεοῖς.*] Verte, *quos nunquam se effugisse ex hac terra diis gratias agent.* MUDG. *Ἐπεύχωνται, insultent, irrideant. Nunquam fiat, ut terrae hujusce diis irrideant.* MUSGR. Heindorf. ad Plat. Soph. p. 341. cum Spal- (221)
dingio vult ἐπεύξονται θεούς, quod refellit Reisig. Conjectt. [in Aristophanem] p. 298. MART. Hi omnes praeter Mudgium, ut mihi quidem videtur, locum minime difficilem male interpretantur. Recte Brunckius: *alii enim sunt, qui contento cursu eos persequuntur, quos quod ex hac terra effugerint, nunquam illi Diis vota persolvent.* Ἐπεύχεσθαι neque *irridere* neque *gloriari* hic significat, sed *gratias agere*, ut εὔχεσθαι apud Euripidem El. 761. Ὦ καλλίνικοι παρθένοι Μυκηνίδες, | νικῶντ' Ὀρέστην πᾶσιν ἀγγέλλω φίλοις, | Ἀγαμέμνονος δὲ φονέα κείμενον πέδῳ | Αἴγισθον. ἀλλὰ θεοῖσιν εὔχεσθαι χρεών. Postrema verba vertit Portus: *quare Deos precari gratiasque Diis agere oportet.* Ceterum Par. F. Ricc. χώρας φυγόντες τοῖσδ'. Vat. Farn. χώρας φεύγοντες τῆσδ'.

1024. *Οὐ μήποτε ἐπεύξονται.* Sic legendum ad linguae normam. *Οὐ μή*, quod saepe observavimus, cum futuro indicativo formae activae vel mediae construitur. In B. T. ἐπεύξωνται a secunda manu: a prima, ut in membr. et apud Aldum ἐπεύχωνται, pejore menda: nam nihil tam apertum est, quam futurum tempus hic requiri. Eadem fere sententia mulier in Comici Thesmoph. 710. [717.] Mnesilocho ait: Ἀλλ' οὐθ' ἥξεις ὅθεν ἥκεις, | φαύλως τ' ἀποδρὰς οὐ λέξεις | οἷον δράσας διέδυς ἔργον. BRUNCK. Laur. A. B. Par. A. (a prima manu) F. Ricc. et ed. Juntina B. ἐπεύχονται. Par. A. (a correctore) Vat. Farn. et impressi ante Brunckium, ἐπεύχωνται. Par. B.
ξ
T. ἐπεύχωνται. Pro subjunctivo imperfecto facit Xenophon Anab. II. 2, 12. οὐκ ἔτι μὴ δύνηται βασιλεὺς ἡμᾶς καταλαβεῖν. Idem Hierone 11, 15. οὐ μή σοι δύνωνται ἀντέχειν οἱ πολέμιοι. Sed hujusmodi exempla rarissima sunt. Unice verum mihi videtur ἐπεύξωνται, quod admisit Reisigius. Vide ad ἄξει v. 177.

1025. ἀλλ' ἐξυφηγοῦ.] Laur. B. ἀλλ' ἐξυφήγητοῦ. Par. F. ἀλλ' ἐξ ὑφ' ἡγοῦ.

1025. *γνῶθι δ' ὡς ἔχων ἔχῃ,*] Laur. B. Par. B. Vat. *ἔχει.*

1028. *κοὐκ ἄλλον ἕξεις εἰς τάδ'.*] [Johnsonus: *Neque alium me experturus es in hac re.*] Rectius, opinor, haec ita interpretatur cl. Mudge: *Neque alium ad hoc inceptum peragendum adjutorem habere tibi continget.* HEATH. Verte: *neque alium ad hoc habebis.* Significat nempe Theseus, nulli se hanc Creontis deductionem alii quam sibimetipsi commissurum: cujus rationem statim adjicit. VAUV. *Εἰς*
(222) *τάδ'.* Sic B. T. Alii *εἰς τόδ'.* Sensus est, si quid video, perspicuus, qualem eum in versione expressi: *neque alium habebis,* qui tibi opituletur, *εἰς τάδε, in peragendis his meis mandatis.* BRUNCK. Male Brunckius hic *τάδ'*: postea [v. 1031.] Aldus male *τόδε* posuit: utrobique *τάδε* B. T.. Priore in loco eligendum erat *τόδε*, in altero *τάδε*, uti fecimus. Egregius hic est locus singularem ejus pronominis numerum atque pluralem discernendi. *Non alium habebis,* inquit, *εἰς τόδε*: nempe *εἰς τὸ σώζεσθαι τὰ τῷ μὴ δικαίῳ δόλῳ κτήματα*: id ad rem unam pertinet: sed illud, *ἔσθ' ὅτῳ σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε*, multa complectitur, quicquid ausus Creon erat ad abripiendas filias. REIS. Par. A. Ricc. et edd. recentiores ante Brunckium, *εἰς τόδ'.* Ceteri MSS. *εἰς τάδ'.* Plura de hac varietate Reisigius. Sententiam verborum *κοὐκ ἄλλον ἕξεις εἰς τάδε* assequutus videtur Mudgius.

1028. *ὥς ἔξοιδά σε*] Par. B. Vat. *ὥς* omittunt, ut monui ad v. 861.

1031. *ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε.*] *Πιστός*, id est *πισυνός, πεποιθώς*, BRUNCK. *Πιστός* active l. h. dictum. V. Porson. ad Euripid. Hecub. v. 1125. SCHAEF. Vide ad *ἐγέγγυον* v. 284.

1031. *ἔδρας τάδε.*] Sic rursus B. T. In aliis *τόδε.* BRUNCK. Par. A. Ricc. *τόδε*, ut Aldus. Ceteri MSS. et edd. recentiores, *τάδε.*

1032. *ἃ δεῖ μ' ἀθρῆσαι,*] Par. F. solenni errore *ἀθροῖσαι.*

1034. *νοεῖς τι τούτων,*] Plerique MSS. *νοεῖς τί τούτων.* De qua scriptura vide ad v. 66. Par. A. Ricc. *νοεῖς δέ τι τούτων.*

1034, 5. *ἢ μάτην τανῦν τέ σοι | δοκεῖ λελέχθαι,*] Par. B. T. Vat. Farn. *δοκεῖς.*

1035. *χὤτε ταῦτ' ἐμηχανῶ.*] Laur. A. *χ' ὦτε ταῦθ'* (sic) *ἐμὴχανῶι.* Vat. *χ' ὦτε ταῦτ' ἀμηχανῶ.*

1036. *Οὐδὲν σὺ μεμπτὸν ἐνθάδ' ὢν ἐρεῖς ἐμοί.*] Laur. B. οὐδὲν πεμπτὸν (sic). Par F. οὐδὲν σοὶ μεμπτόν.

1037. οἴκοι δὲ χἠμεῖς εἰσόμεσθ' ἃ χρὴ ποιεῖν.] Laur. B. οἴκοισι χ' ἡμεῖς. Deinde Par. B. F. Vat. εἰσόμεσθ'.

1039. ἔκηλος αὐτοῦ μίμνε, πιστωθεὶς ὅτι.] Aldus et membr. πιστηθεὶς. BRUNCK. Par. A. πιστηθείς, ut Aldus. Ricc. πιστηθεὶς. Ceteri MSS. et edd. recentiores, πιστωθείς.

1041. πρὶν ἄν σε τῶν σῶν κύριον στήσω τέκνων.] Par. F. στῆσαι.

1043. καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐνδίκου προμηθείας.] Scribe προμηθίας. VAUV. *Προμηθίας* Aldus et Turnebus ediderunt recte. Stephani operae male ex- (223) cuderunt προμηθείας, quod in subsequentes editiones permanavit. BRUNCK. Ita tamen Laur. B. Vat.

1044—7. *Εἴην ὅθι δαΐων* | *ἀνδρῶν τάχ' ἐπιστροφαὶ* | *τὸν χαλκοβόαν Ἄρη* | *μίξουσιν,*] *Δαΐων ἀνδρῶν ἐπιστροφαὶ* idem valet ac *δάϊοι ἄνδρες ἐπιστρεφόμενοι, inimici homines sese convertentes,* ut scilicet praedam partam contra Athenienses insequentes tueantur. HEATH. *Ἐπιστροφὴ* in re bellica dicitur, quoties exercitus vel cohors conversione facta versus hostem fertur. Plutarchus in Timoleonte: *πυκνὰς ἐξ ἐπιστροφῆς ποιεῖσθαι τὰς ἐπελάσεις.* Vol. I. p. 249. D. MUSGR. Vide ad ἐπιστροφαὶ κακῶν v. 537. ubi in diversa abeunt interpretes. Nescio an utrobique ἐπιστροφὴ nihil nisi παρουσία significet. Ἐπιστρέφεσθαι haud raro cum accusativo loci conjunctum *versari in loco, visere locum,* significat, ut apud Euripidem Hel. 82. *Τίς δ' εἶ; πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπεστράφης πέδον;* Ubi et metro et sententia salva ἐλήλυθας dicere potuisset.

1046. Laur. B. Vat. ἄρην. Ceteri MSS. ἄρη, ut impressi. Vide ad Aj. 254.

1047, 8. *ἢ πρὸς Πυθίαις,* | *ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς,*] *Πυθίαις.* Intelligendus pagus Atticae *Πύθιον* dictus, quem Strabo ex Philochoro Megaricae ditionis terminum fuisse tradit p. 392. C. [601. B.] Ejusdem meminit Suidas v. *Παράλων.* Aliud est *Πύθιον* Apollinis templum sub Acropoli. Plato p. 322. B. [F. I. p. 472. A.] MUSGR. Duo Atheniensium fuerunt *Πύθια,* alterum ἐν ἄστει, alterum ἐν Οἰνόῃ, de quo

Philochori testimonium attulit scholiastes. Pagus autem Oenoë pars Tetrapoleos, ut Marathon. *Πυθίαις* igitur *Μαραθωνίαις* explicari potest. De altero Pythio loqui videntur Strabo et Suidas. Strabonis verba sunt: *Φιλόχορος μὲν οὖν ἀπὸ ἰσθμοῦ μέχρι Πυθίου διήκειν αὐτοῦ φησὶ τὴν ἀρχήν*. Suidas *τὴν (χώραν) παρὰ τῷ ἄστει μέχρι Πυθίου* memorat. Nullus fuit pagus Atticae *Πύθιον* dictus. *Λαμπάδας ἀκτὰς* Eleusinias esse ostendunt quae sequuntur.

1050, 1. *οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη | θνατοῖσιν,*] Verte, *ubi venerandae sanctae deae mysteria alunt mortalibus.* MUDG. *Σεμνὰ τέλη.* Sic legendum. Male vulgo *σεμναί*, quo modo versus antistrophico non congruit. BRUNCK. Sic omnino rescribendum est ex MSS. consensu, Brunckiana correctione *σεμνὰ* rejecta, quanquam haec mysteria in Hom. hymn. in Cer. 483. diserte *σεμνὰ* appellantur. Neque vero obstat versus antistrophicus 1064. qui ex (224) ed. Canteriana, alias metrorum satis incuriosa, ideoque sine dubio Codd. auctoritate sic legi debet: *ἀλώσεται· δεινός γ' ὁ προσχώρων Ἄρης*. DOED. Brunckianam sequutus rationem *σεμνὰ* probavi. REIS. Omnes MSS. male *σεμναί*. Nesciebat Doederlinus, sola Triclinii conjectura niti scripturam *δεινός γ' ὁ προσχώρων Ἄρης* v. 1065.

1050. De voce *τιθηνεῖσθαι* vid. Schaef. Melett. Crit. p. 82. DOED.

1051. Laur. A. *θανάτοισιν* mutatum in *θνατοῖσιν* ab eadem manu.

1051, 2, 3. *ὧν καὶ χρυσέα | κλῄς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακε | προσπόλων Εὐμολπιδᾶν.*] Laur. B. Ricc. *ἐπὶ γλώσσᾳ* (vel *γλώσσα*), ut impressi. Laur. A. *ἐπιγλῶσσα* (sic). Par. A. F. *ἐπὶ γλῶσσα*. Par. B. Vat. *ἐπὶ γλῶσσαν*. Par. T. Farn. *ἐπὶ γλώσση* (vel *γλώσση*).

1054, 5, 6. *ἔνθ' οἶμαι τὸν ἐγρεμάχαν | Θησέα καὶ τὰς διστόλους | ἀδμῆτας ἀδελφάς*] Invenitur etiam [in margine Turnebianae] *ὀρειβάταν* pro *ἐγρεμάχαν*: meminitque illius lectionis schol. quoque. STEPH. *Τὸν ἐγρεμάχαν*. Diversa lectio scholiastae memorata *τὸν ὀρειβάταν*, est in membran. et in Aldi editione. BRUNCK. Inutilis ad interpretandum lectio est verbi apud Aldum *ὀρειβάταν*. *Ἐγρεμάχας*, inquit Hesychius, *ἐγερσιμάχας*. Pallas *ἐγρεμάχη* in Hymno Homerico in Cererem, v. 424. REIS. Par. A. Ricc. *ὀρειβάταν*, ut Aldus. Par. F. *ὀρειοβάταν*. Sic etiam, non

ὀρειβάταν, schol. pro var. lect. in Laur. A. Par. T. Farn. ἐγρὲμάχαν. Ceteri MSS. ed. Juntina B. et omnes recentiores, ἐγρεμάχαν. Neutra scriptura metro satis facit. Sed corruptus videtur antistrophicus versus 1069. πυκτήρια φάλαρα πώλων.

1055. Θησέα postremam syllabam hic corripit, secus atque Heathio visum ad v. 1070. Confer etiam annotata ad v. 1458.

1055. Laur. A. διστόλους. Par. B. Vat. διαστόλους. Ceteri MSS. διστόλους, ut impressi. Διστόλους ἀδελφὰς dixit pro δισσῶν ἀδελφῶν στόλον. Vide ad ἑκατομπόδων v. 718.

1056. Ἀδελφάς. Sic recte T. Alii ἀδελφεάς, ut Aldus, contra metri rationem. Brunck. Par. A. B. Ricc. Vat. ἀδμήτας ἀδελφεάς, ut Aldus. Laur. A. Par. F. ἀδμῆτας ἀδελφάς. Par. T. Farn. ἀδμήτας ἀδελφάς. Laur. B. recte ἀδμῆτας ἀδελφάς. Quod ad ἀδμῆτας attinet, eam formam primus reposuit Brunckius. Noster Ant. 352. οὔρειόν τ' ἀδμῆτα ταῦρον. Hactenus non fallit regula critica, in di- (225) versitate scripturae vocabula rariora praeferenda esse vulgatioribus, cujus mentionem feci ad v. 702. Ἀδμὴς enim minus frequens quam ἄδμητος. In altera vero varietate forma communis ἀδελφὰς praeferenda est poëticae ἀδελφεάς. Sic etiam apud Euripidem El. 134. ubi libri ἀδελφεὰν habent, metrum vero postulat ἀδελφάν. Male Seidlerus: *Neque in Oed. Col. 1056. lectionem plurimorum librorum ἀδελφεὰς metri causa rejicere debebat Brunckius. Duae enim ultimae syllabae in unam contrahuntur, ut in eodem carmine v. 1073. Ῥέας monosyllabon est.* Confer omnino quae de νεκύων et νεκρῶν dicturus sum ad v. 1564.

1057. αὐτάρκει τάχ' ἐμμίξειν βοᾷ] *Impetu negotio conficiundo pari.* Mudg. Br. αὐταρκεῖ. Ceteri omnes recte αὐτάρκει. Mart. Etiam Brunckius αὐτάρκει in tertia editione. Par. F. αὐτάρκη.

1059, 60. Ἤπου τὸν ἐφέσπερον | πέτρας νιφάδος πελῶσ',] Schol. ὁ δὲ νοῦς· ἄρα ἐπὶ τὸν ἕσπερον τόπον τῆς λείας πέτρας προσπελάζουσιν; Signum interrogationis post ἁμίλλαις v. 1063. habent omnes recentiores. Ἤπου hic ἴσως valet. Vide ad Med. 1275. p. 278.

1059. *Τὸν ἐφέσπερον.* Subauditur *χῶρον.* Burt. Subaudi *χῶρον.* Heath. In *τὸν ἐφέσπερον* subaudi *χρόνον*, et vid. ad Electr. 1081. [1075.] Musgr. Intell. *τόπον*: vid. Bos de ellipss. v. *τόπος.* Similiter Eurip. Androm. 1168. *δῶμα πελάζει.* Both. Recte. Laur. A. male *τὸν ἐφ' ἑσπέρον.*

1060. Legendum *πέτρας νιφάδας* accus. plur. *Πέτραι νιφάδες* forte sunt Cithaeron, ut Eurip. Bacch. 660. Musgr. Vat. *πέτρας νυμφάδος.* Ceteri MSS. *νιφάδος*, ut impressi. Nec video quare genitivus Musgravio displicuerit. Quae fuerit autem *rupes nivosa* nobis haud facile dictu. Scholiastes *τὴν λείαν πέτραν* aut *τὸν Αἰγάλεων λόφον* intelligendum censet.

1060. Perperam Brunckius *πέλωσ'.* Schaef. Vitium jam tacite correxerat Bothius. Edd. superiores recte *πελῶσ'.* Var. lect. in Laur. A. *γρ. πελάζουσι.* Imo *πελάσουσι*, quae non est varia lectio, sed interpretatio. Utramque futuri formam usurpant Attici. Aeschylus *πελῶ* dixit Prom. 282. Sophocles *πελᾶτε* Phil. 1150. *πελᾶν* El. 497. Euripides vero *πελάσω* Or. 1684. Hel. 561. El. 1332. *πελάσεις* Iph. T. 886.

1061. *Οἰάτιδος ἐκ νομοῦ.*] *Οἴη, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ὅθεν καὶ τὸ Οἴηθεν.* Schol. (*Οἴη* restituo pro *Οἴα*, quod perperam hactenus legitur, ex Harpocratione, Stephano Byzantino, aliis.) Hanc autem interpretationem improbat, suamque simul proponit
(226) Autor gravissimus Hesychius: *Οἰάτιδος ἐκ νομοῦ,* inquit, *Σοφοκλῆς Οἰδίποδι ἐπὶ Κολωνῷ, τῆς προβατευομένης ἐκνεμήσεως* (f. *ἐκ νεμήσεως*). *οἱ δὲ ἀπὸ Οἴης τοῦ δήμου, κακῶς. οὐ γὰρ ἐγγὺς κεῖται.* Ita rescribendum pro *οἱ δὲ ἀοιτοῦ δήμου*, quod hodie ibi editur nullo sensu. Huc itidem pertinere puto ea Eustathii verba ad Iliad. Σ. p. 1165. l. 46. *ἀπὸ δὲ τῶν οἰῶν, καὶ οἰάτιδος νομοῦ μέμνηταί τις παλαιὸς, τοῦ ὑπὸ προβάτων κατανεμομένου.* Burt. *Οἰάτιδος.* Hoc nomen diversimode Grammatici veteres accipiunt. Vide Lexicon. Scholiastae explicatio probabilior videtur. Brunck. Schol. *Οἴα δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ὅθεν καὶ τὸ Οἴηθεν. ἐκ νομοῦ δὲ πάλιν χωρίου Ἀττικοῦ οὕτω καλουμένου, ἐν ᾗ νέμουσιν.* Si Stephano fides habenda est, diversi pagi fuerunt *Ὄα* Pandionidis tribus, unde *Ὄαθεν**, et *Ὄη* Oeneidis, unde *Ὄηθεν.*

* Exemplo utitur Stephanus *Δάμων Δαμωνίδου Ὄαθεν.* At Plutarchus Pericle p. 157. A. *Δημωνίδου τοῦ Ἴηθεν* meminit,

Pro Ὄα rectius scholiastes Οἶα, qui ὅθεν καὶ τὰ Οἴαθεν aut scripsit, aut scribere debuit. Fuerunt etiam Οἶον Κεραμικὸν Leontidis tribus, et Οἶον Δεκελικὸν Hippothontidis, quorum populares ἐξ Οἴου. Quemnam horum in animo habuerit Sophocles, hodie statui nequit. Neque temere rejicienda altera interpretatio. Hesychius: Οἰάταν: κωμήτην. οἶαι γὰρ αἱ κῶμαι. Photius: Οἰήτας: τοὺς κωμήτας. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ. Οἰάτης non ab οἶς, ovis, derivatum, sed ab οἶος, solus.

1062, 3. πώλοισιν ἢ ῥιμφαρμάτοις | φεύγοντες ἁμίλλαις.] Laur. A. ῥιμφάμαρτος emendatum ab eadem manu. Par. B. ῥιμφαρμάτας. Vat. ῥυμφαρμάτας. Deinde Par. B. ἁμίλλας.

1065. ἁλώσεται δεινὸς ὁ προσχώρων Ἄρης,] Perperam omnino Johnsoni interpretationem secutus punctum post ἁλώσεται posuit nuperus Editor. Ita enim nullus erit nominativus, qui verbo isti conveniat. Nam Creontis satellites plures erant, quam ut verbo singulari jungi possint, et binae etiam erant Oedipi filiae. Error inde ortus videtur, quod veram in hoc loco notionem verbi ἁλώσεται non vidit Johnsonus. Ita igitur verte, *Deprehendetur quidem terribilis accolarum Mars, terribilisque Theseidarum cuspis.* Heath. Perperam vulgo post ἁλώσεται distinguunt. Brunck. Post hoc verbum interpunxi: Brunckius jungit sequentibus. Schaef. Plenam interpunctionem post ἁλώσεται recte revocavit Schaeferus. Doed. Male (227) Brunckius sublata interpunctione ἁλώσεται cum consequentibus junxit, transferens etiam Latine: *adparebit terribilis accolarum Mars, terribile quoque Thesidarum robur*: pejus adeo Solgerus versione minime corusca: *Da pranget hoch unserer Landeinwohner Muth.* Errore irretivit eos Heathius, ἁλώσεται explicans *deprehendetur, experientia cognoscetur*: quod de malo facinore intelligi solet: de re praeclara nequit. Reis. Post ἁλώσεται distinguunt edd. veteres omnes et recentiorum pleraeque. Secus Turnebiana, Stephaniana, aliaeque nonnullae ante Cantorum. Sic etiam Vat. Farn. et fortasse plures MSS. Sensus est ἁλώσεται ὁ ἀγών. Conferendus omnino v. 1148.

quem a superiori haud diversum fuisse veri simile est. Ἰηθεν ex Οἴηθεν corruptum videtur, hoc autem ex Οἴαθεν.

1064. Triclinius γε infersit, [δεινός γ' ὁ προσχώρων Ἄρης,] ob metrum scilicet, quia in strophico versu σεμναὶ legebat. BRUNCK. Libri Tricliniani scripti et impressi δεινός γ' ὁ προσχώρων. Par. B. Vat. δεινὸς χώρων, duabus syllabis omissis. Ceteri MSS. δεινὸς ὁ προσχώρων, ut Aldus.

1066. δεινὰ δὲ Θησειδᾶν ἀκμά.] Par. A. Ricc. δεινὰ Θησειδᾶν ἀκμά. Laur. A. Par. F. δεινὰ δὲ Θησιδᾶν ἀκμά.

1068, 9, 70. πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατ' ἀμ | πυκτήρια φάλαρα πώλων | ἄμβασις,] Post ἄμβασις aut subintelligendum τούτων, aut figendum punctum perfectum. In posteriore casu delendum erit punctum post υἱὸν v. 1127. [1073.] et ἐρδούσιν cum οἳ conjungendum. REISK. *Πώλων ἄμβασις, acies equestris.* MUDG. Constructio videtur esse πᾶσα δὲ πώλων ἄμβασις ὁρμᾶται κατ' ἀμπυκτήρια φάλαρα. *Πώλων ἄμβασις, omnis equitatus, omnis numerus ἀναβατῶν. Κατ' ἀμπυκτήρια φάλαρα* proprie vertendum foret *prope phalerata capitis amicula:* sed *prope* hoc in loco litotes est pro *cum.* MUSGR. Ἄμβασις. Substantivum pro adjectivo, quod frequens apud Poëtas. VAUV. Πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατ' ἀμ | πυκτηρία φάλαρ' ἄμβασις | πώλων. Quod locorum commutationem in verbis πώλων ἄμβασις institui, principio juxta sese collocatos versus existimato, ut fieri solet in vetustis libris: πυκτήρια φάλαρ' ἄμβασις πώλων οἳ τὰν Ἱππίαν. Ita facillime transpositionem oriri potuisse intelliget. Glyconei autem versus formam hanc tum ipsi probavimus in Praefat. Conjectt. p. xxv., tum Hermannus in Elementis doctrinae metricae. REIS. De vulgata scriptura haec dixit Hermannus p. 550. *Huic quidem loco, si quid video, gravius inflictum est vulnus, quam quod sine libris*
(228) *sanari possit. Indicium facit haec glossa Hesychii:* Ἀμπυκτήρια: τὰ φάλαρα. Σοφοκλῆς Οἰδίποδι ἐν Κολωνῷ. *Unde conjicias,* φάλαρα *interpretamentum esse. H. Stephano tamen in indice Thesauri p. 390. A. Hesychius visus est errare. Genuina si est vox illa, facilius crediderim, ita corrigi locum posse:* πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατ' ἀμ | πυκτήρια φαλάρων πώλων | ἄμβασις. Hactenus Hermannus. Nihil hic video, praeter id, quod omnes vident, verba πᾶσα ὁρμᾶται πώλων ἄμβασις significare πάντες ὁρμῶνται πώλων ἀναβάται.

1070. Ut metrum strophico respondeat, legendum

videtur ἄμβασίς γ'. Heath. Quem fefellit Θησέα ultima correpta, de quo vide ad v. 1458. Errorem ejus corrigit Seidlerus ad Euripidis El. 694.

1070, 1. οἵ τὰν ἱππίαν | τιμῶσιν Ἀθάναν,] Si omnino retinendum esset ἀδελφεὰς v. 1056. hic nullo negotio reponi posset Ἀθαναίαν penultima correpta. Eadem medicina indiget Euripidis Hel. 252. ubi metrum spondeos non admittit.

1073. Ῥέας φίλον υἱόν.] Fit synizesis in voce Ῥέας. Heath.

1075. Ἔρδουσιν, ἢ μέλλουσιν.] Omnes libri ἔρδουσιν vel ἔρδουσιν. Dedi ἔρδουσ', quo admisso, antistrophici versus 1086. scripturam sollicitare jam nihil opus.

1075. Μέλλουσιν. Nota interrogationis post hanc vocem ponenda videtur. Burt. Pone interrogationis notam post μέλλουσιν, quod et in versione sua fecit Johnsonus. Heath. Ita Brunckius et post Brunckium omnes.

1075, 6. ὡς | προμνᾶταί τι μοι γνώμα,] Προμνᾶται, praesagit. Quam significationem omittunt lexica. Photius: Προμνῶμαι: προξενῶ, προμνηστεύομαι.

1076, 7, 8. τάχ' ἂν δώσειν | τὰν δεινὰ τλᾶσαν, δεινὰ δ' εὑ | ροῦσαν πρὸς αὐθομαίμων πάθη.] [Legendum] τάχ' ἐνδώσειν. Reisk. Margo Turnebianae ἐνδώσειν, quod esset *dedere*, sicut etiam ἐνδιδόναι χωρίον vel πόλιν non raro dicunt. Recepissem igitur, nisi animo incidisset dubitatio, annon praestaret ἀνδώσειν una voce pro ἀναδώσειν *reddituros*, sc. Thebanos. Musgr. Τάχ' ἄν. Noli solicitare. Ceterum hae particulae seorsum per se intelligendae, neque altera, ἄν, referenda ad δώσειν. V. ad v. 965. Schaef. Omnes MSS. τάχ' ἂν δώσειν, ut impressi. Sed schol. Τάχ' ἀνδώσειν τὰν δεινά: τάχα ἐνδώσει, φησίν, ὁ Κρέων. Hinc Turnebus in margine: ἀλλ. ἐνδώσειν. ἴσως, ἀνδώσειν. Unice verum est ἐνδώσειν, sed significatione longe diversa ab illa, quam ei tribuunt scholiastes et Musgravius. Significat enim *remissura*, (229) eo sensu, quo corporis animique dolores *remittere* dicuntur, id est *sedari* aut *decrescere*. Quam significationem, ut plerasque alias, communem habent ἀνιέναι et ἐνδιδόναι. Grammaticus apud Bekkerum p. 405. Ἀνιέντα: ἐνδόντα (f. ἐνδιδόντα). Ἀνίησιν: ἐνδίδωσιν. Plura de ἐνδιδόναι Stephanus T. I. p. 996.

A. aliique lexicographi. Hoc igitur dicit chorus: τάχα ἐνδώσει, ἢ ἀνήσει, ἢ παύσεται, τὰ πάθη τῶν παρθένων τῶν δεινὰ παθουσῶν. Qua de interpretatione pergo dicere.

1077. Τὰν δεινὰ τλᾶσαν. Nempe urbem Thebanam. REISK. Τᾶν δεινὰ τλασᾶν, δεινὰ δ' εὑρουσᾶν. Constructionis genus emendatum quale debeat esse, ex re atque sententia cognoscitur. Alienum est enim ab ipsa veritate atque actione rei de una filia loqui, uti vulgatum est, δώσειν τὰν δεινὰ τλᾶσαν δεινὰ δ' εὑροῦσαν. Itaque multitudinis numerus requirebatur, quem quidem feliciter accentu duntaxat immutato consequuti sumus. Eo denique spectat Scholiastes: δύναται δὲ καὶ ἑτέρα προσῳδία εἶναι. Structura autem verborum ea est, ut genitivi pendeant ex προμνᾶται γνώμα in hyperbati speciem quandam per τάχ' ἂν δώσειν seclusi. *Praesentit mens aliquid*, inquit, *de virginibus dura tum alia perpessis, tum a propinquo suo expertis, mox eas redditum iri.* REIS. E scholiastae verbis δύναται δὲ καὶ ἑτέρα προσῳδία εἶναι genitivos plurales τᾶν—τλασᾶν—εὑρουσᾶν optime eruit Reisigius. De constructione vero nihil vidit. Satis explicavimus eam ad infinitivum ἐνδώσειν.

1077. Omnes MSS. τὰν δεινὰ τλᾶσαν ut impressi plerique. Margo Turnebianae πολλᾶ, quasi alicubi scriptum legatur: τὰν πολλὰ τλᾶσαν, δεινὰ δ' εὑροῦσαν. Quam varietatem miror nemini prae vulgata scriptura placuisse. Turnebo eam suppeditavit scholiorum ed. Romana, in qua legitur: Τὰν πολλὰ τλᾶσαν: τὴν πολλὰ ἀνατλᾶσαν. τὴν παρθένον ἀπὸ τῆς ἑτέρας δηλῶν. Sed membranae Laur. sine lemmate: τὴν πολλὰ δὲ ἀνατλᾶσαν τὴν παρθένον ἀπὸ τῆς ἑτέρας δηλῶν. Rectius Triclinius τὴν πολλὰ δεινὰ τλᾶσαν. Πολλὰ igitur nihil nisi interpretis additamentum est.

1078. εὑροῦσαν πρὸς ὁμαίμων πάθη.] Sic legendum: vulgo πρὸς αὐθομαίμων, syllaba redundante. BRUNCK. Scribendum fuit αὐθαίμων, metri causa. BOTH. In vulgatis πρὸς αὐθομαίμων πάθη et metrum discrepat ab antistrophico, τελειῶσαι λόχον, et nominis αὐθομαίμων significatus a re alienus est. Creon enim avunculus virginum erat, αὔθαιμος sane vel αὐθαίμων: at non item αὐθόμαιμος. Hoc
(230) non potest nisi in fraternam consanguinitatem cadere, ut supra v. 325. [335.] Recte vero eaedem virgines a Creonte vocantur ξύναιμοι v. 939. [943.] Itaque

facilis erat correctio, πρὸς αὐθαίμων, quae etsi nobis cum Bothio communis est, tamen quod ille metrum tantummodo spectavit, id nullius artis est. Reis. Verane an falsa haec sint, quaerere supersedeo. Saltem recte repositum πρὸς αὐθαίμων. Omnes MSS. πρὸς αὐθομαίμων, ut impressi plerique.

1079. τελεῖ, τελεῖ Ζεύς τι κατ' ἆμαρ.] Κατ' ἦμαρ, *hoc ipso die.* Musg. Par. A. B. T. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium κατ' ἦμαρ. Vat. κατήμαρ. Laur. A. κατάμαρ. Par. F. κατ' ἄμαρ, ut Aldus, cujus editio ἄμαρ exhibet etiam Ant. 1533.

1081. εἴθ' ἀελλαία ταχύρρωστος πελειάς] Ταχύρρωστος est quae ταχέως ῥύεται, vel ῥώεται, *celeriter ruit.* Ῥῶσθαι exponit Hesychius per σπουδάζειν. Reisk. Par. B. Vat. εἴτ' ἄελλα ταχύρρωστος πελιάς.
σθ
Par. F. ταχύρρωτος. Ῥώομαι, id est κινοῦμαι, apud Homerum aliosque exstat.

1082, 3, 4. αἰθερίας νεφέλας | κύρσαιμ', αὐτῶν δ' ἀγώνων | θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα.] Videtur scribendum θεωρήσεις. Cant. Θεωρήσασα. Ferri potest haec lectio, modo praepositio κατὰ subintelligatur: θεωρήσασα κατὰ τοὐμὸν ὄμμα. Praecedens genitivus αὐτῶν δ' ἀγώνων regitur a verbo κύρσαιμι. Ita igitur verte: *Utinam sicut velox impigra columba nubem aetheriam nanciscerer et ipsis certaminibus interessem, ea oculis meis spectans.* Heath. Malebat Canterus θεωρήσεις, quod non videtur mihi recipere constructio. Nam si ὄμμα, ut in hac lectione, pro nominativo habetur, nihil relinquitur a quo pendere possit genitivus ἀγώνων. Mihi multo potius videtur: θεωρήσας ἄκοσμον ὄμμα: *contemplans invenustum et immundum praelii spectaculum.* Musgr. Triplex inest stribligo vulgatae scripturae. Nam primum θεωρεῖν, ut relicua verba ad visum pertinentia, cum genitivo jungi nequit. Deinde viri de se loquentes inepte adhibent femininum genus θεωρήσασα, spectatione praelii nullam columbae similitudinem obtinente, cujus tantum cum aethereo volatu fit comparatio. Postremo ὄμμα nequit pro ὄμματι usurpari. His tribus malis licuit unius ferme literae conversione occurrere, uti fecimus:—θεωρήσας ἄπουρον ὄμμα: *certaminis contemplans longinquum spectaculum.* Reis. Alias conjecturas habemus Reiskii, Vauvilliersii, Doederlini, quae omnes nimis absurdae sunt. Plerique MSS.

(231) αὐτῶν δ᾽ ἀγώνων | θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα, ut impressi ante Reisigium. Solus Vat. τοὐμὸν αἷμα. Nihil mutavi, nisi quod interpunxi post ἀγώνων. Quanquam nescio an praestaret αὐτῶν τ᾽ ἀγώνων. Uterque genitivus νεφέλας et ἀγώνων regitur a κύρσαιμι, nisi praestat: εἴθε ἀελλαία ταχύῤῥωστος πελειὰς (οὖσα,) αἰθερίας νεφέλας κύρσαιμι, αὐτῶν δὲ ἀγώνων (μετάσχοιμι). Μετάσχοιμι enim post κύρσαιμι subaudiri potest. Deinde femininum θεωρήσασα ad πελειὰς relatum mihi non displicet. Accusativum vero τοὐμὸν ὄμμα recte explicat Heathius. Similis constructio συμβαλοῦ γνώμην v. 1151. et fortasse σοῦ γ᾽ εἰς τόδ᾽ ἐξελθόντος ἀνόσιον στόμα v. 981.

1086. Ὦ Ζεῦ γε, παντάρχα θεῶν,] Quid hoc γε significat? Aldina editio habet ἰὼ Ζεῦ. Epitriti cujusvis generis in versibus antispasticis recte sibi opponuntur. VAUV. Ἰὼ θεῶν παντάρχα Ζεῦ, | παντόπτα. Aldus et duo codd. ἰὼ Ζεῦ πάνταρχε θεῶν. In T. ὦ Ζεῦ τε παντάρχα θεῶν. BRUNCK. 1086, 7. Verba ἰώ, Ζεῦ ex initio prioris versus transposui in principium alterius, [hoc modo: Παντάρχα θεῶν παντόπτα, | ἰώ, Ζεῦ, πόροις κ. τ. λ.] Παντάρχα edidimus ex MS. T.. Versatur ante oculos Aristophanis Acharnensium versus 435. [434.], Ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχῇ. REIS. Par. T. Farn. ὦ ζεῦ τε παντάρχα θεῶν, unde edd. recentiores ante Brunckium ὦ Ζεῦ γε παντάρχα θεῶν. Ceteri MSS. ἰὼ ζεῦ πάνταρχε θεῶν, ut Aldus. Nihil est in hoc versu quod offeudat, modo in strophico versu 1075. legatur ἔρδουσ᾽ pro ἔρδουσιν. Θεῶν nonosyllabon est. Pessime rem gesserunt Triclinius, Brunckius, Bothius, (qui tacite Ἰὼ θεῶν παντάρχα, | Ζεῦ παντόπτα,) Reisigius. Nulla difficultas est nisi in vocabulo παντόπτα, quod quum ultimam corripiat, minus bene τῷ προμνᾶται respondet.

1087. πόροις γᾶς τᾶσδε δαμούχοις] Id est κοιράνοις, ἄρχουσιν, ἄναξιν ut v. 295. Confer v. 1348. Male Par. A. Ricc. δαδούχοις.

1088, 9. ἐπινικίῳ σθένει τὸν | εὔαγρον τελεῶσαι λόχον,] Aldus et codd. τελειῶσαι. Antithetici versus, ut eos edidimus, examussim quadrant. Asynarteti sunt e dactylica et jambica syzygia: εὐροῦ | σαν πρὸς ὅ | μαίμων | πάθη: εὐα | γρον τελε | ῶσαι | λόχον. BRUNCK. Laur. A. ἐπινικείωι. Par. F. ἐπινικείῳ. Ceteri MSS. ἐπινικίῳ (vel ἐπινικίω), ut impressi. Quam

scripturam suspectam habeo. Deinde Vat. εὔαρρον — λόγον, Par. B. εὔαγρον — λόγον. Omnes MSS. τελειῶσαι, quod recte revocavit Bothius. Edd. recen- (232) tiores ante Brunckium τελειῶσαι δή. Ita scilicet Turnebus propter corruptam scripturam αὐθομαίμων v. 1078.

1092, 5. καὶ κασιγνήταν πυκνοστίκτων ὀπαδὸν | ὠκυπόδων ἐλάφων,] Vat. et fortasse plures πυκνοστικτῶν. Deinde Par. B. Vat. ὠκυπόρων. Confer Musgravii conjecturam ad v. 718.

1094, 5. στέργω διπλᾶς ἀρωγὰς | μολεῖν γᾷ τᾷδε καὶ πολίταις.] Στέργω, *rogo, oro, amanter precor.* Sic Latini verbo *amo*, utuntur. Plautus Men. II. 3. 71. *Sed scin' quid te amabo, ut facias.* III. 3. 1. *Menaechme, amare te ait multum Erotium, | ut hoc nunc una opera ad aurificem deferas.* BRUNCK. V. Brunck. ad Oed. R. v. 11. SCHAEF. Schol. νῦν δὲ διὰ τοῦ στέργω σημαίνει μὲν οἷον προσίεμαι, τελευτᾷ δὲ εἰς ἴσον τῷ προκαλοῦμαι. Similia Par. A. Significat *cupio*, modo verba δείσαντες ἢ στέρξαντες Oed. T. 11. recte acceperint recentiorum plerique.

1094. [Legendum] διπλὰς ἀρωγάς. REISK. Laur. A. Par. F. διπλὰς ἀρωγάς. Par. B. Vat. διπλᾶς ἀγωγάς Ceteri MSS. et impressi ante Stephanum recte διπλᾶς ἀρωγάς. Stephanus et sequentes ante Brunckium διπλᾶς ἀρωγᾶς.

1096, 7. τῷ σκοπῷ μὲν οὐκ ἐρεῖς, | ὡς ψευδόμαντις.] Verte, *exploratori tuo non dices quod fallax sum vaticinator.* MUDG. Subaudi ἐστί. MUSGR. Brunckius, *speculatorem me haud dices falso augurari.* Si per libros liceret, mallem τὸν σκοπόν.

1097, 8. τὰς κόρας γὰρ εἰσορῶ | τάσδ' ἆσσον αὖθις ὧδε προσπολουμένας.] Προσπολουμένας, *accedere.* Hanc hujus verbi significationem, jam in Hederici Lexico commemoratam, miror Schneiderum neglexisse. SCHAEF.

1099. ὦ πάτερ, πάτερ,] Membr. et Aldus, ὦ πάτερ, ὦ πάτερ. BRUNCK. Plerique MSS. ὦ geminant, ut Aldus. Secus Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores. Simili vitio legebatur, ὦ τέκνον, ὦ τέκνον, El. 1410.

1100, 1. τίς ἂν θεῶν σοι τόνδ' ἄριστον ἄνδρ' ἰδεῖν | δοίη,] Τίς ἂν θεῶν — δοίη. *Utinam aliquis deorum — daret.* Sic πῶς, quod vulgo simpliciter *utinam* ver-

tunt, accuratius, h. e. verius, sive optativo junctum sit cum particula ἄν, sive conjunctivo sine illa particula, (v. Melet. Crit. I. p. 100.) vertes *utinam aliquo modo*. Hae enim similesque formulae vi nativa sunt πευστικαί, sed adjunctam habent notionem optandi, quae cum in ipsis minus eluceat, in Latina interpretatione aliquanto magis exsistit. Conf. Markland. ad Eurip. Supplic. v. 796. Schaef.

1100. Laur. A. B. τῶνδ'.

(255) 1100, 1. οὐδ' ἔτ' ἂν πανάθλιος | θανὼν ἂν εἴην,] Ita recte Par. A. Ricc. Ceteri MSS. et ed. Juntina B. οὐδ' ὅταν.

1102. Ὦ τέκνον, ἦ πάρεστον;] Sic statim v. 1104. προσέλθετ', ὦ παῖ: et deinde v. 1112. ἐρείσατ', ὦ παῖ. Sic passim Graeci scriptores, maxime, opinor, in sermone. Solere enim ἐν τῇ κοινῇ συνηθείᾳ ἔστιν ὅτε τοὺς λόγους οὕτω ποιεῖσθαι, monet Scholiastes ad Aristophan. Plut. v. 66. V. Brunck. ad Aristophan. Ran. v. 1479. et Lobeck. ad Sophocl. Ajac. p. 248. Idem lexeos schema in Latinis tetigit Julius Rufinianus p. 252. Ruhnk. Schaef. Vide Stephanum ad ἐμφῦτε v. 1113.

1102, 3. Αἵδε γὰρ χέρες | Θησέως ἔσωσαν, φιλτάτων τ' ὀπαόνων.] Laur. B. χεῖρες. Deinde Laur. A. φιλτάτων ὀπαόνων correctum ab eadem manu.

1104. Προσέλθετ', ὦ παῖ, πατρί;] Laur. A. Par. F. πρόσελθ' ὦ παῖ πατρί. Laur. B. πρόσελθ' ὦ παῖ πατρί σου.

1104, 5. καὶ τὸ μηδαμὰ | ἐλπισθὲν ἥξειν σῶμα βαστάσαι δότε.] Plerique MSS. μηδαμᾶ, vel μηδαμᾷ, ut impressi ante Brunckium. Par. B. Vat. recte μηδαμά. Recte οὐδαμᾷ et μηδαμᾷ a diverbiis aliena putat Hermannus ad Trach. 522. *Quae forma*, inquit, *sicubi invenitur, in fine versus est, ut nullam a metro auctoritatem habeat*. Exempla apud Sophoclem praebet Aldus Oed. C. 1104. Ant. 763. Trach. 323. 381. Idem in melicis οὐδαμᾷ Oed. 517. οὐδαμᾷ Ant. 830. metro utrobique pessum dato. Adde μηδαμῇ infra v. 1698.

1105. Verte, *et quod nunquam eventurum speraveramus, concedite mihi ut corpus meum suffulciatis*. Praeivit cl. Dorvillius ad Chariton. p. 504. Heath. Βαστάσαι, *contingere, contrectare*. Vide ad Electr. 911. [905.] Musgr. Βαστάζω non tantum est *porto more bajulorum*, sed etiam *contrecto, verso manibus*.

atque etiam simpliciter *exploro*; ut in his Eupolidis versibus quos affert Suidas: *ἐγὼ δ' ἀκούσας τὸν τρόπον, | ὃν ἂν δοκῇ μοι, βαστάσας αἱρήσομαι.* Vide Suidam in voce *Βαστάσας*. Et Homerus: *αὐτίκ' ἐπεὶ μέγα τόξον ἐβάστασε, καὶ ἴδε πάντῃ*. Od. Φ. 405. Itaque verto: *date ut corpus vestrum manibus contrectem.* VAUV. *Σῶμα βαστάσαι δότε.* Sic Aldus et codd. veteres bene. In T. *βαστάσαι τόδε*, cum glossa *θελήσατε*: quod ineptissimum. *Βαστάσαι* hîc valet *ψηλαφῆσαι*. Vide Suidam in voce. BRUNCK. Laur. A. (qui versum in margine scriptum habet) B. Par. T. Farn. *τόδε*. Ceteri MSS. *δότε*, ut impressi.

1106. *Αἰτεῖς ἃ τεύξῃ.*] Nota verbum *τυγχάνω* (254) cum Accusativo: ut supra in Oedip. Tyr. v. 606. [598.] Adi sis Suidae Lexicum in ipso principio: ubi locus hic, tacito tamen fabulae nomine, adducitur. BURT. Suidas v. *Ἃ*: *καὶ ἀντὶ τοῦ ὧν τέτακται. καὶ παρ' εὐριπίδῃ ἐν μηδίᾳ* (Med. 758.) *πράξασ' ἃ μέλλω, καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι. καὶ παρὰ σοφοκλεῖ. αἰτεῖς ἃ τεύξῃ.* Ita ed. Aldina. Mediolanensis enim haec verba omittit.

1109. *Ὦ σκῆπτρα φωτός.*] Par. F. *ὡς σκῆπτρα.* Brunckius *φωτὸς —*, quasi inceptam patris orationem interpellat filia. Malo *φωτὸς* eodem sensu accipere quo *τοῦδε ἀνδρὸς* v. 649.

1109. *Δυσμόρου γε δύσμορα.*] [Legendum] *δυσμόρου γε.* REISK. Legendum cum editore Londinensi *δυσμόρου γε.* MUSGR. Perperam libri omnes *δυσμόρου τε.* BRUNCK. Sic omnes MSS. nostri.

1110, 1. *Ἔχω τὰ φίλτατ', οὐδ' ἔτ' ἂν πανάθλιος | θανὼν ἂν εἴην, σφῷν παρεστώσαιν ἐμοί.*] Laur. A. Par. B. F. T. Vat. Farn. *οὐδ' ὅταν πανάθλιος.*

1112, 3. *ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφὶ δεξιόν, | ἐμφῦτε τῷ φύσαντι,*] Reponendum censeo *ἀμφιδέξιον*, una voce, et *ἐμφύντε*. Ita autem verte: *Fulcite, filiae, latus utrinque mihi nunc dextrum,* (id est, *ope vestra promptum,*) *genitori adhaerentes.* MUDG. Vide supra ad Oedip. Tyran. 1266. [1243. *κόμην σπῶσ' ἀμφιδεξίοις ἀκμαῖς.*] HEATH. Lego cum cl. Mudge *ἀμφιδέξιον*, sed verto *utrumque latus*. *Ἀμφιδεξίοις χερσὶ* ex Aeschyli Telepho laudat Hesychius, et interpretatur, *utraque manu.* Proprie significat, qui utraque manu quasi dextra utitur. *Ὁ δ' ἁμαρτῇ δούρασιν ἀμφὶς | ἥρως Ἀστεροπαῖος, ἐπεὶ περιδέξιος ἦε.* Il. Φ. 163. Vide Oedip. Tyr. v. 1266. [1243.] VAUV.

Plerique MSS. πλευρὸν ἀμφὶ δεξιόν, ut impressi ante Brunckium. Laur. A. B. πλευρὰν ἀμφιδεξιόν (sic). Par. F. πλευρὰν ἀμφὶ δεξιόν. Brunckius πλευρὸν ἀμφιδέξιον, cum hac interpretatione: *Applicamino mihi, o filia, utrumque ad latus.*

1115. ἐμφῦτε τῷ φύσαντι,] [Ita Aldina et margo Turnebianae.] In nonnullis cod. [nempe in ed. Turnebiana] est ἐμφῦσα: sed retinere nostram lectionem debemus, quum ἐμφῦτε conveniat cum ἐρείσατε, itemque cum ἀναπαύσατον; et ut hic subjunguntur ista vocativo παῖ, sic pag. praecedente [v. 1104.] προσέλθετε cum eodem vocativo ponatur, et [v. 1102.] πάρεστον cum τέκνον. STEPH. Pessime Triclinius πλευρὸν ἀμφὶ δεξιὸν ἐμφῦσα. Ad postremam vocem illius nota haec est, quam suo loco omisi: Τὸ ΕΜΦΥΣΑ, πρὸς τὴν μίαν τῶν παίδων νοητέον, ἵν' εἴη τὸ ΣΑ βραχὺ διὰ τὸ μέτρον, ἐπεὶ καὶ πρὸς τὴν μίαν ποιεῖται τὸν λόγον, λέγων· Ὦ παῖ, ποιήσατε τόδε. εἰ δ' ἐπὶ (235) τῶν δύο δυϊκῶς εἴποις, οὐκ ὀρθὸν ἔσται τὸ μέτρον. Sed merae nugae ista sunt, et disputatio περὶ καπνοῦ σκιᾶς. Vera lectio est ἐμφῦτε. BRUNCK. Par. A. Ricc. ἐμφῦτε, ut impressi plerique. Laur. A ἐμφῦσα cum gl. ἀντὶ τοῦ ἐμφῦσαι. Ceteri MSS. ἐμφῦσα, quod a Turnebo admissum repudiavit Stephanus. Juntina B. ἐμφύσα (sic). Legendum omnino cum Mudgio ἐμφύντε.

1113, 4. κἀναπαύσατον | τοῦ πρόσθ' ἐρήμου τοῦ τε δυστήνου πλάνου.] Verbum ἀναπαύειν cum genitivo rei, personae vero accusativo, jungi solet. Verte igitur, *et mihi requiem conciliate ab hac solivaga, quae prius mihi obtigit, ac misera erratione.* HEATH. Πλάνου substantive accipe cum cl. Heath. VAUV. Aldus et membr. minus bene κἀναπαύσετον. In seq. v. membr. habent τοῦ πρόσθεν ἐρήμου. BRUNCK. *Τοῦδε δυστήνου πλάνου.* Vulgo τοῦ τε, perquam frigide. BOTH. Acute Bothius τοῦ τε sensit frigere. REIS. Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores, κἀναπαύσατον. Ceteri MSS. κἀναπαύσετον, ut Aldus. Deinde plerique MSS. τοῦ τε, ut impressi ante Bothium. Laur. A. Par. T. τοῦδε$^{\text{τε}}$. Farn. recte τοῦδε. De πλάνος vide Oed. T. 67.

1115. κἀμοὶ τὰ πραχθέντ' εἴπαθ' ὡς βράχιστα,] Hic κἀμοὶ dedi pro eo quod est in libris omnibus καὶ μοί. BRUNCK. Hanc scripturam recte revocavit

Schaeferus. Par. F. καί μοι τὰ πραχθέντ' εἴπαθ' ὡς βρα... ἐπεί.

1115 6, ἐπεὶ | ταῖς τηλικαῖσδε σμικρὸς ἐξαρκεῖ λόγος.] Plerique MSS. σμικρός, ut impressi. Laur. B. Ricc. Vat. recte μικρός. Vide ad τοῦ σμικροῦ v. 5.

1118. καὶ σοί γε τοὔργον τοὐμὸν ὡς ἔσται βραχύ.] Vocula ὡς in Aldina perperam omissa. BRUNCK. Χαίροντα. τοὔργον τοὐμὸν οὖν ἔσται βραχύ. Ald. καὶ σοί τε τοὔργον τοὐμὸν ἔσται βραχύ, sequiores καὶ σοί γε τοὔργον τοὐμὸν ἔσται δὴ βραχύ: sed locum hic non habet ὀρθοτονούμενον σοί γε, et δὴ non magis probabile quam ὡς. BOTH. Ἔσται δή. Brunckius ὡς ἔσται. SCHAEF. Καὶ σοί γε τοὔργον τοὐμόν ἐστ' αἰνεῖν βραχύ. In explenda lacuna vulgatorum ab Aldo, καὶ σοί τε τοὔργον τοὐμὸν ἔσται βραχύ, duae potissimum res spectandae sunt, tum ut ἔσται expediatur, tum ut aptus dativus sit σοί, et γέ quidem particula elatus. His vero rationibus satisfecisse videor hac emendandi via, quam ingressi sumus. *Hic est, nos qui servavit: hunc decet audire parens: ac tibi quidem laudare facta meum est breve officium:* contra videlicet Theseo pro beneficiis gratiam habere, sempiternum. REIS. Omnes MSS. καὶ σοί τε, ut Aldus, nisi quod (236) Laur. B. καὶ σοί γε habet. Omnes etiam ἔσται βραχύ, nisi quod Tricliniani Par. T. Farn. ἔσται δὴ βραχύ habent. Edd. recentiores ante Brunckium: καὶ σοί γε τοὔργον (vel τοὔργον) τοὐμὸν ἔσται δὴ βραχύ. Brunckii, Bothii, Reisigii conjecturae vix commemoratione dignae sunt. Nihil melius habeo, quam quod proposuit Hermannus ad Trach. 527. καὶ σοί τε τοὔργον τοὖτ' [ἐμοί [τ' ἔσται βραχύ. *Nego enim,* inquit, γὲ *usquam addi, ubi non vim aliquam habeat.* Conjecturam paullo audaciorem admisi, quum hoc uno modo et metro et sententiae satis factum viderem.

1119, 20. Ὦ ξεῖνε, μὴ θαύμαζε πρὸς τὸ λιπαρές. | τέκν' ἐμφανέντ' ἄελπτα, μηκύνω λόγον.] 1120. Alteram lectionem, [quam exhibet appendix Turnebianae,] huic antepono, τέκν' εἰ φανέντ'. Et quum hic versus una cum praecedente in tria membra dividatur, ego contra unum esse puto, ponens videlicet hypostigmen tantum post λιπαρές, hoc sensu: *Ne mireris me tandiu inmorari his filiarum compellationibus et amplexationibus, utpote quas praeter spem receperim.* Sed quum dixisset μὴ θαύμαζε πρὸς τὸ λιπαρές, velut hoc exponens subjungit, εἰ τέκνα φα-

νέντα (pro τέκνων φανέντων: qui absoluti accusativi pro genitivo usus frequens est) μηκύνω λόγον, perinde ac si diceretur, μὴ θαύμαζε εἰ τούτοις τοῖς λόγοις προσλιπαρῶ, καὶ αὐτοὺς μηκύνω, τέκνα ἐμὰ παρ' ἐλπίδα ἀνακτησάμενος. Quare probare non possum quod apud scholiastem legitur, videlicet λιπαρὲς expositum ἀρέσκον. Multo certe melius in Electra, pag. 139. [v. 1378.] λιπαρεῖ χερὶ exponit: (ubi tamen et aliam expositionem admittere potest.) At κελεύσιμον, quod aliquanto post apud eundem schol. habetur, mendosum fateamur necesse est. Quod vero ad alteram illam expositionem attinet nominis λιπαρές, videlicet τὸ λίαν προσκεκαθικὸς τῆς ψυχῆς τοῖς τέκνοις, in ea quidem ad ipsum etiam etymum respicitur, (nam παρὰ τὸ λίαν παρεῖναι dici λιπαρὲς existimarunt veteres grammatici,) sed debuit potius hic dicere (ni fallor) τὸ λίαν χρονίζον τῶν προσφθεγμάτων καὶ ἀσπασμῶν. STEPH. Τέκν' ἐμφανέντ' ἄελπτα. Nominativus hic adhibetur pro Genitivo Absoluto. Constructio apud Atticos passim obvia. Si exempla velis, lege Kuhnii Indicem ad Aeliani Var. Histor. v. *Nominativus*. BURT. Omnino legendum est cum Scholiaste τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα, et cum H. Stephano commatis non periodi nota ponenda post λιπαρές. Verte autem: *O hospes, ne mirere quod animo meo* (237) *morem nimis geram, si liberis meis insperato redditis, produco sermonem.* De sensu vocis λιπαρής vide Suidam. HEATH. Πρὸς τὸ λιπαρές. Sic εἰ φοβῇ πρὸς τοῦτο Trachin. 1227. [1213.] Confer et Eurip. Helen. 464, 5. [463, 4.] Εἰ φανέντ'. Optimam hanc lectionem Scholiastae debemus: nam MSS. vulgatam ἐμφανέντ' habuisse videntur. Quoad constructionem, recte H. Stephanus τέκνα φανέντα pro τέκνων φανέντων ἀέλπτων, accusativum utique pro genitivo, positum putat. MUSGR. De vero sensu et quantitate vocis λιπαρής, vide notam ad Electrae v. 453. [451.] Scholiastes videtur legisse τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα. Quod cl. Heath amplectitur, et jubet cum Henrico Stephano non punctum post λιπαρές, sed virgulam poni. Et sic legitur in Canteri editione Plantiniana. Thucydides [I. 36.] τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια τοῖς Ἕλλησι ναυτικά, τούτων εἰ περιόψεσθε &c. p. 27. VAUV. Τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα. Sic recte in B. T. In aliis τέκν' ἐμφανέντ' — Τέκνα φανέντα accusativus est, vel, si mavis, nominativus absolutus. Vid. ad

Oed. T. 101. *"Αελπτα*, neutrum plurale pro adverbio. Ordo est: *εἰ μηκύνω λόγον, τῶν ἐμῶν τέκνων ἀέλπτως φανέντων.* BRUNCK. Solus Par. A. *τέκν' ἐμφανέντ'*, ut impressi plerique ante Brunckium. Ricc. *τέκνα φανέντ'*.... Vat. *τέκν' εἰ φανόντ'.* Ceteri MSS. *τέκν' εἰ φανέντ'*, quod habent Juntina B. et Canterianae. Heathii versionem ne una quidem litera mutata adoptavit Brunckius. Verba *πρὸς τὸ λιπαρὲς* ineptissime *prae gaudio* interpretatur Winsemius, qui tamen laudandus est, quod haec verba non cum *θαύμαζε* sed cum *μηκύνω λόγον* conjungenda esse viderit. Ordo est: *μὴ θαύμαζε, εἰ τέκνα ἄελπτα φανέντα (ὁρῶν), μηκύνω λόγον πρὸς τὸ λιπαρές.* De accusativo *τέκνα* vide ad Aj. 136. *σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω.* Confer etiam hujus fabulae vv. 427. 765. 1435. Verba *εἰ μηκύνω λόγον πρὸς τὸ λιπαρὲς* reddenda sunt *si produco sermonem usque ad fastidium.* Grammaticorum commentum, *λιπαρὴς παρὰ τὸ λίαν παρεῖναι* dici, huic loco optime convenit. Pro *μηκύνω* nescio an legendum *μηκυνῶ.* Vide ad v. 837. ubi nunc legitur: *Πόλει μαχεῖ γάρ, εἴ τι πημανεῖς ἐμέ.*

1121, 2. *ἐπίσταμαι γὰρ τήνδε σὴν ἐς τάσδε μοι | τέρψιν παρ' ἄλλου μηδενὸς πεφασμένην.*] Omnino legendum *τήνδε τήν.* MUSGR. Omnes MSS. *τήνδε σὴν*, ut impressi. Verba *τήνδε σὴν τέρψιν* interpretor *delectationem, cujus tu auctor es.* Deinde Laur. B. *ἐς τάδέ μοι*, ut Aldus. Laur. A. *ἐστᾶς δέμοι.* Par. A. *ἐς τὰς δέ μοι.* De Vat. nihil dixit Amatius. Ceteri MSS. et impressi recentiores *ἐς τάσδε* (vel *τάσδέ*) *μοι.* (258)
Si plures et meliores haberent duale *τάδε*, anteponendum esset plurali *τάσδε.* De sensu praepositionis vide ad *εἰς τὰ σὰ* v. 800.

1122. Vat. *παρ' ἄλλου μηδαμῶς.*

1124. *καὶ σοὶ θεοὶ πόροιεν ὡς ἐγὼ θέλω*,] Laur. A. Par. F. *πόρειεν.* In Laur. A. supra scriptum *οι* a secunda manu. Laur. B. *πόρειαν.*

1124. Saepius utuntur Graeci scriptores, inprimis poëtae, particula *ὡς*, ubi *ὅσα, ἅ*, aut simile quid exspectes: quod non attendentes viri docti passim indulserunt conjecturis vanissimis. V. Mitscherlich. ad Homer. Hymn. in Cerer v. 137. (ubi hunc ipsum Sophoclis locum apte citat) 295. et 416. Hermann. ad ejusd. Hymni v. 172. SCHAEF.

1125, 6. *ἐπεὶ τό γ' εὐσεβὲς | μόνοις παρ' ὑμῖν ηὗρον ἀνθρώπων ἐγώ*,] Laur. A. Par. F. *ἐπεὶ τοὐπό*

γ' εὐσεβές. In Par. F. syllabam τοῦ delendam esse subtus ducta lineola monuit corrector. Laur. B. ἐπεὶ τόδ' εὐσεβές. Ricc. ἐπεὶ τὸ δυσσεβές.

1126. Laur. A. (correctus ab eadem manu) B. Ricc. παρ' ἡμῖν.

1129. ἔχω γὰρ ἅχω διὰ σέ, κοὐκ ἄλλον βροτῶν.] Vat. ἔχω γὰρ ἔγω. Iterum apud Sophoclem legitur crasis ἅγω El. 451.

1129. Ricc. Vat. κοὐκ ἄλλου.

1130. καί μοι χέρ', ὦ 'ναξ, δεξιὰν ὄρεξον,] Ita fere Laur. B. Par. A. Ricc. ut impressi. Laur. A. καί μοι χαῖρ' ὦναξ. δεξιάν τ' ὄρεξον. Nec multo secus Par. F. Aliquanto melius Par. B. καὶ χαῖρέ μ' ὦ 'ναξ δεξιάν τ' ὄρεξον. Ita fere Par. T. Farn. Sed Vat. καί μοι χαῖρε μ' ὦ 'ναξ. δεξιάν τ' ὄρεξον.

1130, 1. ὡς | ψαύσω φιλήσω τ', εἰ θέμις, τὸ σὸν κάρα.] In cod. Vaticano legitur τ' ἢ θέμις, teste Dorvillio ad Chariton. p. 555. unde effecit ille θ' ᾗ θέμις: sed haudquaquam deterior mihi videtur vulgata scriptura. HEATH. Laur. B. Par. A. Ricc. εἰ θέμις, ut impressi. Laur. A. ᾗ θέμις. Par. F. ᾗ θέμις. Qui omnes φιλήσω τ' habent. Par. B. T. Vat. Farn. φιλήσω θ' ᾗ θέμις. Turnebus in appendice φιλήθω θ' ᾗ θέμις, typographi fortasse vitio. Recte ᾗ θέμις. Photius: Ἧι θέμις: ὡς νόμος, ὡς προσῆκον.

1132. καίτοι τί φωνῶ;] Par. F. καί τι φωνῶ. (τοι) Ceteri MSS. καίτοι τί φωνῶ, ut edd. recentiores. In nullo exstat Aldinum τε.

1134, 5. οὐκ ἔγωγέ σε, | οὐδ' οὖν ἐάσω.] Verte, *Non ego quidem te tangam, nec sane ut id mihi*
(239) *obsequare permittam.* Nihil in sequentibus video, quod huic interpretationi adversetur: quin eam confirmant plane ista, σὺ δ' αὐτόθεν μοι χαῖρε. HEATH. Malim οὐδ' οὖν σ' ἐάσω, nempe θιγεῖν ἐμοῦ. *Non sinam te meum corpus attingere.* Hinc mox ait: σὺ δ' αὐτόθεν μοι χαῖρε: *salve mihi eo in loco ubi nunc consistis.* MUSGR. Male haec intellecta a Musgravio atque Bothio σε post οὖν invehentibus. Ergo οὐκ ἔγωγέ σε, οὐδ' οὖν ἐάσω in hanc partem accipimus: *non ego te attingam, nec tamen dimittam.* Cfr. Oedip. Tyr. v. 90., οὔτε γὰρ θρασὺς | οὔτ' οὖν προδείσας εἰμί—. REIS. Mihi magis arridet Musgravii conjectura, quam admisit Bothius, ut sensus sit: οὐκ

ἔγωγέ σε φιλήσω, οὐδ' οὖν ἐάσω σε φιλῆσαί με. Cujus interpretationis etiam vulgata scriptura capax esse videtur.

1137. σὺ δ' αὐτόθεν μοι χαῖρε,] Laur. A. σὺ τ' αὐτόθεν.

1137, 8. καὶ τὰ λοιπά μου | μέλου δικαίως,] Par. B. T. Vat. Farn. τὰ λοιπά μοι.

1139. Οὔτ' εἴτι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον,] Par. A. οὔτοι τι μῆκος. Ricc. οὔτοι, τὶ μῆκος. Si recte se haberet οὔτοι, servari posset οὐδ' v. 1141. Suidas v. Θαυμάσας ἔχω: οὔτ' εἴτι μῆκος τῶν λόγων ἔθου παῖ θαυμάσας ἔχω.

1141. οὐδ' εἰ πρὸ τοὐμοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη.] Par. F. οὐδ' εἰ πρὸς τοῦ 'μοῦ. Ceteri MSS. οὐδ' εἰ πρὸ τοὐμοῦ (vel τοῦ 'μοῦ), ut impressi. Reposui οὔτ' εἰ, de quo vide ad Oed. T. 817.

1141. Vat. solenni errore προὔβαλες. Deinde Par. B. T. (in quo supra scriptum ὢν) Vat. Farn. τὰ τοῦδ' ἔπη.

1142. βάρος γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ἐκ τούτων ἔχει.] Vat. βέλος pro βάρος.

1145, 6. δείκνυμι δ'. ὧν γὰρ ὤμοσ', οὐκ ἐψευσάμην | οὐδέν σε, πρέσβυ.] Laur. B. δείκνυται δ'. Vat. δείκνυμι. Deinde γὰρ omittit Ricc.

1148. χὤπως ἀγὼν μὲν οὗτος ᾐρέθη, τί δεῖ] Ita hic versus in Aldina legitur: χ' ὤπως μὲν ἀγὼν οὗτος ᾐρέθη, τί δεῖ μάτην: ex qua corrupta lectione veram restituere, ejecta voce οὗτος, quae ex glossemate irrepsisse videtur, in proclivi est: χὤπως μὲν ὡγὼν ᾐρέθη, τί δεῖ μάτην. HEATH. Ἀγὼν—ᾐρέθη, certamen profligatum est. Sic Plutarchus συνῃρηκὼς τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον, vol. I. p. 452. A. Idem συναιρήσων τὴν πολιορκίαν, ibid. p. 574. E. Vide et ad Eurip. Phoeniss. 530. [519.] MUSGR. Hic versus in Aldina et in codd. legitur: χὤπως μὲν ἀγὼν οὗτος ᾐρέθη, τὶ δεῖ μάτην—prorsus ἀμέτρως. Legendum: χὤπως μὲν ὅδ' ἀγὼν ᾐρέθη, τί δεῖ μάτην— Voculae ὅδ' superscriptum glossema οὗτος in versum irrepsit. Mihi olim, ut Heathio, legendum videbatur, χὤπως μὲν ὡγὼν ᾐρέθη — At magis blanditur postmodo nata conjectura *. BRUNCK. Inter- (240)

* Corrige annotationem secundariam ad v. 371. p. 132. ubi hic versus male omissus est.

pretantis est ἀγών. Vid. Bos h. v. Bellatorem inprimis decet haec ellipsis. Both. Χὤπως ἀγὼν μὲν οὗτος ἠρέθη, τί δεῖ | κομπεῖν. Infra v. 1209. κομπεῖν δ' οὐχὶ βούλομαι. Schaef. Omnes MSS. ἀγὼν οὗτος, ut Aldus. Omnes etiam τί δεῖ μάτην, nisi quod in Par. F. μάτην a correctore deletum est. Ex conjectura Turnebi, ut videtur, edd. recentiores ante Brunckium: γ' ὅπως ἀγὼν μὲν οὗτος ἠρέθη, τί δεῖ | κομπεῖν. Quam scripturam male revocavit Schaeferus. Male Brunckius ὅδ' ἀγών, Bothius οὗτος omisso ἀγών. Rectius Heathius ἀγὼν sine οὗτος. Rectissime Reisigius ἁγών. Eadem crasis aut exstat aut exstare debet apud Sophoclem El. 1492. Euripidem Or. 859. Phoen. 591. Suppl. 754. Heracl. 722. Hel. 1096. Aristophanem Vesp. 532. Ran. 891.

1149. ἅ γ' εἴσῃ καὐτὸς ἐκ ταὐταιν ξυνών;] Vat. ἅγ' οἴσῃ.

1150. 1. λόγον δ', ὃς ἐμπέπτωκεν ἀρτίως ἐμοὶ | στείχοντι δεῦρο, συμβαλοῦ γνώμην,] Quaedam exempl. [nempe appendix Turnebianae] habent λόγος δ' ὃς ἐκπέπτωκεν. Ego ἐκπέπτωκεν aperte mendosum esse dico: (nec enim dubito quin ἐμπέπτωκεν ἐμοὶ sit *incidit in aures meas*; pro quo magis Latine diceretur *illapsus est in aures*:) at nec nomin. λόγος, nec accus. λόγον satis placent; sed lubenter legerem λόγου, ut esset συμβαλοῦ γνώμην περὶ λόγου, subaudita videlicet praepositione. Steph. Λόγου mavult H. Stephanus: ut sit, συμβαλοῦ γνώμην περὶ λόγου. Burt. H. Stephano minime assentior pro λόγον reponenti λόγου. Non raro enim apud Atticos duplex accusativus eidem verbo jungitur. Heath. Vulgatam tueri videtur ἓν μὲν πρῶτά σοι μομφὴν ἔχω Eurip. Orest. 1075. [1069.] Conf. Trachin. 342. [388.] Musgr. Henricus Stephanus legit λόγου, Suidas συμβαλοῦ γνώμῃ. Stat cl. Heath pro vulgata lectione, et recte. Vide not. ad Trachinias, v. 65. Vauv. Λόγον, *rem*, πρᾶγμα: quod de ἔπος observavi supra, 443. seu *nuntium*. Brunck. Juntina 2, Turnebus pro varia lectione, et Suid. v. στείχειν, praebent λόγος, quod praeferendum esse vidit clar. Porson. ad Eurip. Orest. 1645. Both, Λόγος. Vulgo λόγον. V. Porson. ad Euripid. Orest. v. 1645. Schaef. Laur. A. B. Par. A. B. Ricc. λόγος δ' ὃς (Laur. A. ὡς correctum ab eadem manu) ἐμπέπτωκεν. Sic etiam Suidas v. Στείχειν. Par. F. T. Vat. Farn. λόγος δ' ὃς ἐκπέπτω-

γεν. Omnes igitur MSS. λόγος. De constructione satis dixit Porsonus.

1151. Laur. A. Par. F. στίγειν τι δεῦρο. Ceteri MSS. στείχοντι δεῦρο, ut impressi.

1151. Subaudiendum videtur κατά. Sed vide Var. Lectiones [ad v. 1150] Burt. Omnes MSS. συμβαλοῦ γνώμην. Ita ἀνόσιον στόμα v. 981. τοὐμὸν ὄμμα v. 1084. Suidas v. Στείχειν mendose γνώμη.

1153. πρᾶγος δ' ἀτίζειν οὐδὲν ἀνθρώπων χρεών.] Suidas v. Πρᾶγος versum hunc laudans οὐδὲν legit. Sed non est audiendus. Burt. Cl. Mudge lectionem apud Suidam obviam, οὐδέν, praeferendam existimat. Mihi vulgata scriptura, modo vox integra sit οὐδενί, verior videtur, ut sententia sit: *Negotium a quocunque hominum oblatum aspernari non oportet.* Heath. Optime Suidas οὐδέν. Quanquam neque sic versus integer est. Legendum enim ἄνθρωπον: χρεὼν δὲ ἄνθρωπον (ὄντα) ἀτίζειν οὐδὲν πρᾶγος: *oportet hominem natum nullum negotium contemnere.* Musgr. Scribo οὐδέν. Hinc Latina illa: *Homo sum, humani nihil a me alienum puto.* Vauv. Οὐδὲν ἄνθρωπον. Perperam in libris οὐδέν' ἀνθρώπων. Sensus est, ἄνθρωπον οὐδὲν πρᾶγμα ἀτίζειν δεῖ. Seu, ἄνθρωπον ὄντα οὐδὲν πρᾶγος ἀτίζειν δεῖ. Vide Marklandum ad Suppl. 19. Brunck. Uno sublato apostropho Suidas asservavit id quod verum est atque a nobis est editum. Praecepti bonitatem depravavit Marklandi conjectura a Brunckio propagata, atque a Porsone collaudata in Adversariis, p. 146. Lips. [167. Cant.] οὐδὲν ἄνθρωπον. Reis. Laur. A. Par. B. T. Vat. Farn. οὐδέν' ἀνθρώπων, ut impressi plerique. Laur. B. Par. A. F. Ricc. οὐδὲν ἀνθρώπων. Omnes igitur MSS. ἀνθρώπων. Sed οὐδὲν et ἄνθρωπον agnoscit scholiastes in interpretatione: ἄνθρωπον δέ φησιν ὄντα οὐδὲν πρᾶγμα κακίζειν δεῖ. Ita recte Porsonus Advers. p. 167.

1155. ὡς μὴ εἰδότ' αὐτὸν μηδὲν ὧν σὺ πυνθάνῃ.] Sic in omnibus exempl. legitur, quae quidem videre mihi licuit: sed quum abundet una syllaba in hoc versu, videndum est an μὴ expungi, an η in eo elidi per apostrophum debeat: quam alioqui elisionem duram esse fateor. Steph. Μή. Non male abesset haec vox, quae sensum aeque ac metrum non tam juvat quam turbat. Burt. Μὴ 'ἰδότ'. Est synizesis. Sic Trachin. 325. [321.] καὶ ξυμφορά τις μὴ εἰδέναι σέ γ',

ἧτις εἶ. Lond. B. *H* ει in unam syllabam coalescunt, (242) ut η οι, η ου, η ω. Vide Ant. [33. τοῖσι μὴ εἰδόσι.] 263. [τὸ μὴ εἰδέναι.] 535. [τὸ μὴ εἰδέναι.] Trach. 321. *Μὴ* ante diphthongum aut vocalem longam cum ea coalescit, nunquam eliditur. Corrigendus Bentleius ad Menandrum p. 30. [55.] Brunck. Bentleii verba sunt: *Μὴ ante vocalem longam saepissime aut eliditur, aut cum ea coalescit.* Laur. A. Par. F. ὡς μ' εἰδότ'. Vat. ὡς μηδότ'. Ceteri MSS. ni fallor, recte ὡς μὴ εἰδότ'. Vide ad τὸ μὴ ἀποκλῇσαι Oed. T. 1388.

1155. Par. F. αὐτῶν correctum ab eadem manu.

1156, 7. σοὶ μὲν ἔμπολιν | οὐκ ὄντα, συγγενῆ δέ,] Par. F. ἔμπολιν πόλει | οὐκ ὄντα.

1157, 8. προσπεσόντα πως | βωμῷ καθῆσθαι τῷ Ποσειδῶνος,] Vat. et fortasse plures τοῦ ποσειδῶνος, quod cum vulgata scriptura τοῦ Ταρτάρου v. 1589. conferri potest. Vide Porsonum ad Phoen. 145.

1158, 9. παρ' ᾧ | θύων ἔκυρον, ἡνίχ' ὡρμώμην ἐγώ.] Vat. παρ' οὗ. Deinde Par. B. θύων ἔτυχον. Vat. θύων ἔτυχον. Ceteri MSS. ἔκυρον ut vulgo. Gl. in Laur. A. ἀντὶ τοῦ ἐκύρουν, ταυτὸν τῷ ἐτύγχανον. Suidas: Ἐκύρουν: ἐτύγχανον. βωμῷ θύων ἐκύρουν. ἠκύρουν δὲ ἀντὶ τοῦ ἀβέβαια ἐποίουν. Idem: Ἠκύρουν: ἀβέβαια ἐποίουν. ἐκύρουν δὲ ἐτύγχανον ἢ ἐβεβαίουν. βωμῷ θύοντες ἐκύρουν. Licet futura κύρσω et κυρήσω promiscue usurpasse videantur tragici, vereor ut praesens barytonum κύρω magis illis in usu fuerit, quam δόκω aut ὤθω. Secus videtur Hermanno ad Aj. 307. [314.], ubi mire ineptit scholiastes. Praeter hoc ἔκυρον, κύρω apud Aeschylum Eum. 398. κύρων apud Euripidem Hipp. 746. legendum contendit Hermannus. Omnia valde incerta mihi videntur. Formam tamen barytonam agnoscit Hesychius: *Κύρον*: οὔτ' εἶπον οὐδὲν πρὸς σε κῦρον (MS. οὐδὲ πρὸς κύρον), ὦ γύναι. σοὶ ἀνῆκον, εἰς σὲ τεῖνον.

1159. Laur. A. B. Par. F. ὁρμώμην. Ceteri MSS. ὡρμώμην, ut impressi. Verba ἡνίχ' ὡρμώμην ἐγὼ alii aliter interpretantur. Winsemius *cum inde excitarer.* Johnsonus *ego cum huc accerserer.* Brunckius *quum tumultu hic orto excitatus fui.* Ἡνίκα non ad proxima verba παρ' ᾧ θύων ἔκυρον, sed ad superiora προσπεσόντα καθῆσθαι spectare videtur.

Verba igitur ἡνίχ' ὡρμώμην ἐγὼ interpretor *dum aberam ego.*

1160. *Ποδαπόν; τί προσχρῄζοντα τῷ θακήματι;*] Vat. et fortasse plures. ποδαπόν τι προσχρῄζοντα. Laur. A. προσχρῄζοντι.

1162. *βραχύν τιν' αἰτεῖ μῦθον, οὐκ ὄγκου πλέων.*] Sic codd. In impressis πλέον, neglecto Atticismo, quem aliis in locis etiam restituimus. Vide Antig. 721. Aj. 1150. Πλέως occurrit Phil. 1074. pluralis πλέῳ Aj. 1112. Brunck. Vat. οὐκ ὄγκῳ πλέον. Ceteri MSS. οὐκ ὄγκου πλέων. Apud Euripidem El. 25. πλέον habet Seidlerus, sed recte πλέων Victorius.

1164, 5. *Σοὶ φασὶν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν, μολόν | τ' αἰτεῖν ἀπελθεῖν ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ.*] Con- (243) structionis ratio requirere videtur ut legamus ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς. Heath. *Μολόντ'.* Malim μόνον τ', *et duntaxat.* Musgr. Quid hic est monstri? Scribo: *Σοὶ φασὶν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν μόνον | αἰτεῖν, ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ.* Ἀπελθεῖν τ' et ipse cl. Heath: caetera sana scilicet existimavit. Vauv. Ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς. Copulam a librariis omissam, quae salva constructione abesse non potest, bene reponit Heathius. *Φασὶν αὐτὸν αἰτεῖν ἐλθεῖν μολόντα σοι ἐς λόγους, KAI ἀπελθεῖν*— Sic infra 1288. διδοὺς ἐμοί, | λέξαι τ' ἀκοῦσαί τ' ἀσφαλεῖ ξὺν ἐξόδῳ. Brunck. Utcunque sustentari quidem potest μολόντ', sed longe praestat Parisini editoris et Musgravii correctio. Both. *Μολόντ'.* Non debebat Musgravius tentare. Ceterum habemus hic exemplum inprimis illustre pleonastici usus participii μολών. V. not. ad Ajac. v. 1185. Schaef. Constructio, parum perspecta a Scholiasta, haec est, ut αἰτεῖν utrique sit membro commune atque bina enuntiata ἐλθεῖν, μολόντα ἀπελθεῖν oppositionem efficiant copulatione vacuam, in speciem eorum, quae increbruerunt, ὠθεῖν, ὠθεῖσθαι. Aristophanes identidem in Ranis, v. 855. [881.] et v. 861. [885.], ἔλεγχ', ἐλέγχου ac δάκνειν, δάκνεσθαι, sicut Xenophon in Cyropaedia ἔπαιον, ἐπαίοντο apud Schaeferum Praefatione ad Anacreontis Carmina p. xiii.. Reis. Euripides Suppl. 700. ἔκτεινον, ἐκτείνοντο. Heathius igitur, Brunckius et Schaeferus: *Σοὶ φασὶν αὐτὸν ἐς λόγους μολόντ' | αἰτεῖν, ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ.* Ita etiam Hermannus Elem. p. 36. Musgravius vero: *Σοὶ φασὶν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν, μόνον τ' | αἰτεῖν ἀπελθεῖν ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ'*

ὁδοῦ. Tertia ratio est Vauvilliersii, quam recte adoptavit Bothius: Σοὶ φασὶν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν μόνον | αἰτεῖν, ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ. Solus Aldinam scripturam, quam exhibent MSS. omnes, defendere conatus est Reisigius. Sed praeter constructionis difficultatem, elisionem exhibet ea scriptura vix aut ne vix quidem ferendam. Dixit quidem noster Oed. T. 332. Ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτόν, οὔτε σ' ἀλγυνῶ. τί ταῦτ' | ἄλλως ἐλέγχεις; Sed audaciam ejus miratur Athenaeus p. 454. E. si recte ejus verba accipio. Plures hujus generis elisiones apud tragicos non exstant. Nam diversi generis est πυκνόπτεροι δ' εἴσω v. 17. de quo vide ad Oed. T. 29.

1166. Τίς δῆτ' ἂν εἴη τήνδ' ὁ προσθακῶν ἕδραν;] Τήνδ'—ἕδραν, hanc sessionem. Constructio eadem (244) est quae in γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ σε, Eurip. Phoeniss. 304. [300.] MUSGR. Sophocles Oed. T. 2. τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε;

1166. Par. A. B. Ricc. Vat. προσθακών, ut impressi ante Brunckium. Ceteri MSS. recte προσθακῶν. Simili errore θακὼν plerique Trach. 23. Ceterum in Laur. A. aliquid erasum est inter προσθακῶν et ἕδραν.

1167, 8. Ὅρα κατ' Ἄργος εἴ τις ὑμῖν ἐγγενὴς | ἔσθ', ὅστις ἂν σου τοῦτο προσχρῄζοι τυχεῖν;] Ita ed. Brunckiana et quae ex ea derivatae sunt, rectius quam superiores, in quibus legitur ἐγγενής ἐσθ'. Omnes MSS. ἔσθ' cum accentu. De verbo ἐστὶ in initio versus nonnihil dixi ad Heracl. 587. quod hodie indictum velim. Euripides Tro. 380. οὐδὲ πρὸς τάφοις | ἔσθ', ὅστις αὐτῶν αἷμα γῇ δωρήσεται.

1168. Par. B. T. Vat. Farn. ἔσθ' ὅστις ἂν σοι τοῦτο προσχρῄζει (vel προσχρήζει) τυχεῖν. Ricc. ἔσθ' ὅς ἂν σου τοῦτο προσχρῄζει τυχεῖν.

1169. Ὦ φίλτατ', ἐπίσχες οὕπερ εἶ.] Invenitur et alia lectio [in appendice Turnebianae], Ὦ φίλτατ', εἶχες ἧπερ εἶ, sed hanc plane mendosam esse censeo. Nostrae autem sensus quidem est aptus, sed non satis mensurae versus convenit. Malo igitur ἴσχες. STEPH. Emendatione forsan non est opus. LOND. B. Ἴσχες. Ita pro ἐπίσχες reposui (approbante H. Stephano) sola Edit. Flor. autoritate, ut pes secundus sit Iambus. BURT. Recte monuit H. Stephanus pro ἐπίσχες reponendum esse ἴσχες, cogente metro, et astipulante editione Florentina, quod ex cl. Burtoni notis disco. Maluerim tamen: Ὦ φίλτατε, σχὲς οὕπερ

el. HEATH. Ἴσχες. Ita cl. Burtonus ex ed. Flor. Reliquae omnes ἐπίσχες. MUSGR. Nulla certa emendandi necessitas: ἐπίσχες enim penultimam corripere potest. Vide notas ad Electrae versum 21. Quare male hunc versum ad tuendos in secunda iamborum sede anapaestos arripuit doctiss. Brunck. not. in Prometheum v. 265. qui deinde ipse observavit σχὲς pro ἐπίσχες positum, notis in Hecubam, v. 832. VAUV. Ἐπίσχες. Haec est librorum omnium lectio, eaque optima, quam anapaesti in secunda sede metu alii aliter depravatum iverunt, temere omnes, partim vero imperitissime. Iis quae observavi ad Eurip. Hec. 832. [842. Beck. 836. Pors.] ubi ostendi ἴσχες ne Graecum quidem esse, addam in Menandri fragm. apud Stobaeum, in Floril. Grotii p. 115. v. 2. [XXII. 19.] ex auctoritate Regii cod. legendum esse: τοὐδέ γ' εὐτυχεῖν ἀεὶ | παράσχες αὐτὸν τοῖς ὁρῶσιν ἄξιον. BRUNCK. Scribendum suspicor ὦ φίλτατε, σχὲς οὕπερ (245) εἶ. SCHAEF. Anapaestum in ὦ φίλτατ' ἐπίσχες correximus cum Heathio, Vauvilliersio, Bothio, atque Schaefero in annotatione. REIS. Par. A. Ricc. ἐπίσχες, ut impressi plerique. Laur. A. Par. B. F. Vat. (qui ὦ φίλτ') et ed. Juntina B. ἴσχες, quod barbarum recte appellat Brunckius. Laur. B. ἴσχε. Par. T. Farn. εἶχες. Deinde Laur. A. οὕπερ εἶ mutatum in οἷπερ εἶ ab eadem manu. Par. T. Vat. ἧπερ εἶ. Par. F. περ εἶ (sic). Ceteri MSS. οὕπερ εἶ, ni fallor, ut impressi. Recte Heathius aliique σχὲς οὕπερ εἶ. Euripides Hec. 962. σὺ δ' εἴτι μέμφει τῆς ἐμῆς ἀπουσίας, | σχές. Hipp. 1354. σχές, ἀπειρηκὸς σῶμ' ἀναπαύσω. Iph. A. 1467. Σχές, μή με προλίπῃς.

1169. *Τί δ' ἔστι σοι;*] Vat. τί δ' ἐστίν;

1171. *Ἔξοιδ' ἀκούων τῶνδ', ὅς ἐσθ' ὁ προστάτης.*] *Προστάτης* est idem atque *ἱκέτης*, *supplex*. Conf. v. 1343. [1278.] REISK. *Προστάτης*, *supplex*, *ἱκέτης*. Raro hac potestate invenias. Habet tamen Noster infra v. 1343. [1278.] Idem λιπαρεῖ προύστην χερὶ Electr. 1396. [1378.] MUSGR. *Προστάτης*. Schneidero sic scriptum videtur pro προσαστάτης. Id non improbabile videatur, si cogites προστρόπαιος. Neque tamen verum est; nam deducitur a προστῆναι. Electr. v. 1378. λιπαρεῖ προύστην χερί. SCHAEF.

1172. *Καὶ τίς ποτ' ἐστίν, ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τοι.*] Orationis forma Graeca non est. Varias emendandi rationes offerent forte Mss. codices. Scripturam ego

repraesentabo, quae propiorem errori occasionem praebuisse videtur: *Καὶ τίς ποτ' ἐστὶν ὅν γ' ἐγὼν ψέξαιμί τοι;* Facile enim hoc *ἐγών*, quod est *ἐγὼ ἄν*, ex dialecto Dorica credens librarius, *ἐγὼ* rescripserit. Vauv. *Ὃν ἂν ἐγὼ ψέξαιμί τι.* Perperam codd. *ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι.* Deterius impressi *ψέξαιμί τοι.* Particulam *ἂν* reposuimus, quae salva constructionis lege abesse non potest. Brunck. Brunckii commentum, *ὃν ἂν* (nam *ψέξαιμί τι* pro *ψέξαιμί τοι* ex MSS.), etsi Hermannus ad Euripidis Herculem Furentem, v. 616., reprobavit, tamen quod *ψέξαιμι* omisso *ἂν* putat esse: *reprehenderim*, id equidem non *ψέξαιμι* sed *ψέξαιμι ἂν* statuo. Evolvere licet quae adversus eum disputavi in Comment. de *ἂν* particula p. 136. 137.: ac praeterea de verbis Sophocleis p. 135.. Reis. Omnes MSS. *ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι*, nisi quod Laur. B. *ὅν τ' ἐγώ*, Par. F. *ὃν ἐγὼ* habet. Typographi errore, ut videtur, ed. Juntina B. *ὅνδ' ἐγὼ ψέξαιμί τοι.* Male
(246) a Brunckio additam *ἂν* contendunt Hermannus et Reisigius, quorum argumenta subtiliora sunt, quam ut ab omnibus intelligantur, nedum ab omnibus probentur. Qui exemplis plus tribuunt quam argumentis, conferre poterunt Aeschylum Prom. 291. *οὐκ ἔστιν ὅτῳ μείζονα μοῖραν | νείμαιμ', ἢ σοί.* Cui similia non pauca collegerunt viri docti, praecipue Monkius ad Alc. 117. Ab his exemplis recte abesse *ἂν* certissimum est. Constructionis legem nondum mihi penitus perspectam esse fateor.

1173, 4. *οὐ λόγων ἐγὼ | ἄλγιστ' ἂν ἀνδρῶν ἐξανασχοίμην κλύων.*] Ricc. *ἄλγιστ' ἀνδρῶν.*

1174. *Ἐξανασχοίμην.* Non vacat praepositio, cujus vim senties, si verba sic ordines: *οὐ ἐκ πάντων ἀνδρῶν ἄλγιστα ἐγὼ ἀνασχοίμην ἂν κλύων λόγων.* Brunck.

1174. In Laur. A. *κλύων* ω in rasura scriptum habet. Forsan fuerit *κλύειν.*

1175, 6. *Τί δ'; οὐκ ἀκούειν ἐστί, καὶ μὴ δρᾶν ἃ μὴ | χρήζεις;*] Par. A. Ricc. *ἐστὶν ὃ καὶ μὴ δρᾶν ἃ μή.* Laur. B. *ἐστὶ καὶ μὴ δρᾶν ἃ μὴ δεῖ.*

1176. *τί σοι τοῦτ' ἐστὶ λυπηρὸν κλύειν;*] Nescio an legendum *τοῦδ'*. Ita v. 1171. *τοῦδε χρὴ κλύειν, πάτερ.*

1179. *Ἀλλ' εἰ τὸ θάκημ' ἐξαναγκάζει, σκόπει,*] Vat. *τὸ κάθημ'.*

1180. *μή σοι πρόνοι' ᾖ τοῦ θεοῦ φυλακτέα.*] Sic

tres codd. Perperam in impressis μή μοι. Brunck. Quin sententia poscit μοι. Cf. 1150, 51. [1182, 3.] Both. Sententiae Thesei consentaneum esse μοι vidit Bothius. Religionem enim deorum tutari regis est, non hospitis. Atque in hanc sententiam cadit Antigonae adhortatio. Reis. MSS. ad unum omnes μή σοι. Sed in hac varietate MSS. non multum auctoritatis habent. Omnes v. c. οὐ γάρ με μοῖρα πρός γε σοῦ πεσεῖν habent. Oed. T. 376. ubi sententia flagitante nunc legitur, Οὐ γάρ σε μοῖρα πρός γ' ἐμοῦ πεσεῖν. Nescio igitur an vulgatam μή μοι recte revocarint Bothius et Reisigius.

1181. *Πάτερ, πιθοῦ μοι, κεἰ νέα παραινέσω.*] Par. F. πείθου. Ricc. πυθοῦ. Deinde Laur. A. B. καὶ εἰ νέα.

1182, 3. *τὸν ἄνδρ' ἔασον τόνδε τῇ θ' αὑτοῦ φρενὶ | χάριν παρασχεῖν,*] *Τὸν ἄνδρα — — τόνδε*, i. e. Theseum. Musgr.

1182. Par. B. T. τῇ (vel τῇ) τ' αὐτοῦ.

1183. *τῷ θεῷ θ' ἃ βούλεται.*] Laur. A. τῷι θεῷι θ'.

1184. *καὶ νῷν ὕπεικε τὸν κασίγνητον μολεῖν.*] Ricc. καὶ νῦν ὕπεικε.

1185, 6. *οὐ γάρ σε (θάρσει) πρὸς βίαν παρασπάσει | γνώμης,*] Par. F. παρασπάσῃ. (247)

1186. *ἃ μή σοι ξυμφέροντα λέξεται.* Brunckius: *quae ille tibi non commoda dixerit.* Perperam. Recte Scholiastes: ὀφείλων δὲ εἰπεῖν, ἃ λέξει ὁ Πολυνείκης, λέξεται εἶπε πρὸς τὸ ἅ, ἤγουν ἃ λεχθήσεται. V. Porson. ad Eurip. Hecub. v. 297. Schaef. Porsoni verba sunt: *In Sophoclis loco v. 1186. λέξεται est passivum, ut semper apud Tragicos. Photius MS. Λέξεται: λεχθήσεται. Confer infra 901.*

1187, 8. *τά τοι καλῶς | εὑρημέν' ἔργα τῷ λόγῳ μηνύεται.*] Laur. B. τά τοι καλῶς | εἰρημέν' ἔργα. Par. B. Vat. τά τοι καλὰ | εὑρημέν' ἔργω.

1189, 90. *ὥστε μήτε δρῶντά σε | τὰ τῶν κακίστων δυσσεβεστάτων, πάτερ,*] Emendare conati sunt magni nominis Critici, R. Dawesius Miscell. Crit. p. 542. et Jo. Toupius in Suidam v. Καταινέσαντος. Prior legi vult, τὰ τῶν κακίστων δυσσεβέστατ', ὦ πάτερ: alter, τὰ τῶν κάκιστα δυσσεβεστάτων, πάτερ. Mihi prae utroque placebat, τὰ τῶν κακίστων κἀσεβεστάτων, πάτερ. [Ita ipse Toupius curis posterioribus in Prae-

fat. ad partem III. Emendationum.] Musgr. Ὥστε μηδὲ δρῶντά σε | τὰ τῶν κάκιστα δυσσεβεστάτων, πάτερ. Perperam in libris μήτε. Mendose etiam quae sequuntur scripta τὰ τῶν κακίστων δυσσεβεστάτων. Toupii emendationem, ut certissimam et elegantissimam, recepi, quam protulit ad Suidam II. 80. [T. I. p. 323.] τὰ τῶν κάκιστα δυσσεβεστάτων. Neutrum est plurale κάκιστα, vice adverbii, ut supra 700 μέγιστα. Pro glossa superscriptum fuerat κακίστως, quod in κακίστων mutatum, textum invasit. Brunck. *Τὸ τῶν κακίστων δυσσεβέστατον, πάτερ.* Toupii commentum ne Graecum quidem est. Literae α et ο, ο et ω p. confunduntur. Both. *Τὰ τῶν κάκιστα δυσσεβεστάτων, πάτερ.* V. Porson. ad Euripid. Hec. v. 624. [cugus verba sunt: κάκιστα δυσσεβεστάτων *Oed. C. 1190. ut recte edidit Brunckius e priori Toupii conjectura.*] Schaef. Omnes MSS. μήτε, ut impressi ante Brunckium. Recte Dawesius: *Nimirum istud μήτε, cum in oratione habeatur neque alterum μήτε, nec τε, nec καί; sermonis indoli adversatur. Oportet vero μηδέ:* ut *ne* committentem *quidem* adversus te &c. Quam conjecturam nemo semel monitus admittere dubitavit. Simili menda legebatur Ant. 522: Οὔτοι ποθ᾽ οὑχθρός, οὐδ᾽ ὅταν θάνῃ, φίλος. Ubi recte Brunckius οὐδ᾽. Vide ad μήθ᾽ ὁρᾶν v. 496.
(248) Deinde omnes MSS. κακίστων δυσσεβεστάτων. Sequor Toupium, Brunckium, Porsonum, Schaeferum. Aliter rem gessit Reisigius, ut mox videbimus.

1191. θέμις σέ γ᾽ εἶναι κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς.] Pro θέμιν. Nominativus Verbo infinitivo jungitur loco Accusativi: quae constructio Graecis frequens est. Sic Aelianus Var. Hist. lib. 13. cap. 20. ἀποθνήσκων ἔλεγε πρὸς τοὺς οἰκείους, ἐνθυμούμενος ἡδέως ἀπολύεσθαι τοῦ ζῆν. Ubi vide Perizon. plura istius generis ex Aeliano notantem. Burt. Θέμιν σέ γ᾽ εἶναι κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς, | ἀλλ᾽ αὐτόν. Verte, *non fas est te ei vicissim mala rependere, sed ipsum sibi:* id est, *Satis eum sua ipsius ulciscetur improbitas.* Mudg. Θέμις pro θέμιν poni bene judicat editor Oxoniensis, citans ἐνθυμούμενος pariter adhibitum Aeliano Var. Hist. XIII. 20. ubi plura dat Perizonius. Musgr. Nihil in his impediti viderunt cl. Heath et Mudge. Doctissimus Dawes Miscellaneis criticis, p. 342. sic emendat: ὥστε μηδὲ δρῶντά σε | τὰ τῶν κακίστων δυσσεβέστατ᾽, ὦ πάτερ, | θέμιν σέ γ᾽ εἶναι κεῖνον

ἀντιδρᾶν κακῶς. | ἀλλ' ηὐτόν. *Θέμιν* habet editio Aldina*, *ηὐτὸν* contractum est ex *ἔα, sine,* et *αὐτόν*. Doctissimus Toup. Emendationibus in Suidam, Part. I. p. 80. ὥστε μηδὲ δρῶντά σε | τὰ τῶν κάκιστα δυσσεβεστάτων, πάτερ, | θέμις, σέ γ' εἶναι, κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς: *Ut etiamsi adversus te ille sceleratissime et impientissime fecerit, pater, non fas sit tamen, quod te attinet, illi male rependere.* Non multum certe absimilia sunt quae annotavit doctissimus Budaeus in Comment. p. 394. et 395. τὸ νῦν εἶναι, τὰ νῦν εἶναι. Et apud Thucydidem ὡς παλαιὰ εἶναι, p. 17. Et ibid. τὸ ἐπὶ σφᾶς εἶναι, p. 273. Et apud Platonem in Euthyphrone οὐδὲν ἐμέ γε, p. 7. Nec diversae formae est apud eundem Thucydidem ἑκὼν εἶναι, p. 160. 421. et in Platonis Euthyphr. p. 11. et alibi. In quibus plerisque cum infinitivus loco participii ponatur, non video quare in hoc Sophoclis loco σέ γ' εἶναι non sit idem ac σέ γ' ὄντα. Tota enim vis sententiae in eo contineri videtur, non ut Polynicem nemo ulciscatur, sed ut non Oedipus pater. Itaque sic scribendum puto: ὥστε μηδὲ δρῶντά (249) σε | τὰ τῶν κακίστων δυσσεβέστατ', ὦ πάτερ, | θέμις, σέ γ' εἶναι, κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς. | ἀλλ' ἅλις. Vauv. *Θέμις, σέ γ' εἶναι, κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς.* In σέ γ' εἶναι, eleganter abundat verbum, ut in τὸ νῦν εἶναι, ἑκών γε εἶναι. Vide auctorem libelli de Dialectis §. XXIX. de Dial. Attica, et Piersonum ad Moeridem p. 364. Brunck. *Σέ γ' εἶναι. Quod ad te attinet* vertit Toupius Emend. T. I. p. 323. Schaef. Ὥστε μηδὲ δρῶντά σε | τὰ τῶν κακίστων δυσσεβέστατ' ἂν πάτερ | θέμις σέ γ' εἴη κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς. Permirum est genus vulgatum σέ γ' εἶναι, a Toupio propositum, quicum facit Hermannus de Ellipsi et Pleonasmo, p. 212.. Contendunt τὸ νῦν εἶναι, τὸ ἐπὶ σφᾶς εἶναι. Dawesius θέμιν σέ γ' εἶναι—: item Mudgius atque Heathius: Porsoque in Appendice ad

* *Aldinam editionem saepe laudavi, quam quoties cl. Heath nomine loquor, Aldinam ipsam intellige: sin meo, Simonis Colinaei editionem esse scito, paucis post Aldinam annis prolatam, et quam, cum Aldinam non possiderem, cum ea tamen in Regia Bibliotheca collatam in omnibus locis difficillimis omnino similem reperi.* Ita Vauvilliersius in Praefatione p. vii. Colinaeanam editionem non ubique similem esse Aldinae vel hinc constat, quod in hoc versu Aldus θέμις, Colinaeus vero θέμιν edidit.

Toupium [T. IV. p. 453. qui ait: *Miror equidem Toupium facillimam Dawesii correctionem θέμιν rejecisse, ut inauditam locutionem in Graecam linguam inveheret. Magis miror, Brunckio eum sententiam suam probasse.*] At paene domicilium habet in hac quasi formula nominativus: θέμις ἐστί. Praeterea, ne quis huc facere credat in Xenophontis Oeconomico, cap. xi. §. 11. verba, πῶς θέμις εἶναί σοι καὶ ἐκ πολέμου καλῶς σώζεσθαι;, intelligat velim, id adeo Socratis sententiae contrarium esse, etiamsi θέμις εἶναι pro θέμις ἐστὶ sit positum: judicium enim Ischomachi exquirit sic, ut καὶ post σοι mutandum putem in δοκεῖ. Platonis Gorgia, §. 151., [T. I. p. 505. C.] ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μύθους, φασί, μεταξὺ θέμις εἶναι καταλείπειν, parentheticum est φασί, et εἶναι cum μεταξὺ jungendum: μεταξὺ εἶναι. Nam quod Buttmannus in Grammatica Gr. ampliore, Vol. I. p. 232., θέμις etiam accusativi loco usurpatum existimat, ea licentia prorsus singularis videtur et insolens in vocabuli forma legitima. Reis. Dawesius p. 342. *Porro, ὥστε θέμις εἶναι purus putus est barbarismus. Jam olim vero emendaveram θέμιν; atque ita in Colinaei editione scriptum nuper comperi.* Omnes MSS. θέμις σέ γ' εἶναι, ut impressi plerique. Buttmanni Grammaticam ampliorem nondum vidi, nec scio quibus argumentis sententiam suam de accusativo θέμις defenderit. Praeter Xenophontis et Platonis testimonia, in quibus vix persuadet Reisigius, ut θέμις pro nominativo habeatur, conferendus etiam Aeschylus Suppl. 340. Πότερα κατ' ἔχθραν, ἢ τὸ μὴ θέμις λέγεις; Ubi τὸ μὴ θέμις pro τὸ μὴ θεμιτὸν dictum videtur. Haec exempla apud me valuerunt,
(250) ut vulgatam scripturam revocarem, nec tamen Toupii interpretationem probarem. Videndum potius, an aliquod commune habeat hic locus cum Trach. 575. ἔσται φρενός σοι τοῦτο κηλητήριον | τῆς Ἡρακλείας, ὥστε μήτιν' εἰσιδὼν | στέρξαι γυναῖκα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον.

1192. ἀλλ' αὐτόν.] Insigne est hoc ἀναπόδοτον, ac singulare. Vult enim hoc dicere, ἀλλ' αὐτὸν εἴκειν, καὶ νουθετούμενον ἐξεπάδεσθαι, &c. Cant. Forte ἔασον, *permitte*. Lond. A. Quam lectionem si admittas, erit synizesis: nam secunda in ἔασον longa est. Lond. B. Subintell. δρᾶν, quod e praecedenti ἀντιδρᾶν decerptum huc trahi velut commune debet.

Te non decet ἀντιδρᾶν, mala malis reddere: sed ille Polynices solus, si vult, mala in te congerat. Reisk. Aposiopesis: cujus schematis insigne exemplum exhibet Virgilius in Aen. I. v. 139. *Quos ego—sed motos praestat componere fluctus.* Burt. Dawesius ubi supra legendum autumat ἀλλ' ἠὐτόν, i. e. ἀλλ' ἔα αὐτόν. Mihi ea crasis duriuscula videtur, nec prius admittenda, quam aliis exemplis confirmetur. Tentabam igitur ἀλλ' ἄνυσον, *tu vero fac quod volumus:* vel ἀλλ' εἶξον. Musgr. Ἀλλ' ἔα 'υτόν. Sic scriptum oportuit pro ἀλλ' ἔα αὐτόν, *at missum eum fac.* Perperam in impressis et codd. ἀλλ' αὐτόν, vel αὑτόν. De hoc loco egi ad Comici Ranas 1243. Parisinorum hominum quos ibi innui conjecturae longe sunt futilissimae, nec quibus refellendis immorer dignae. Brunck. Ἀλλ' ἔασον. Crasin importavit Brunckius ἔα 'υτόν: quam equidem et durissimam nec ullo modo necessariam esse arbitror. Quocirca mihi illa etiam in Ranis Aristophanis, v. 1243. [1274.], atque in Lysistrata, v. 945. [944.], admodum inepta videtur. Atque in priore loco Ravennas cum Borgiano fert ἔασον, quod sanequam expetendum: inde primo ἑαυτὸν ortum, manavit multos in libros, sic videlicet: ἔ' αὐτόν: in C. a glossatore adeo additum αὐτὸν sincero ἔασον. Quo magis in discrimen adducimus alterum Lysistratae exemplum unicum: libri ἔα αὐτ' ὦ δαιμονία: antiquius reor ἔασον δαιμονία. Reis. Laur. B. et fortasse plures ἀλλ' αὐτόν, ut impressi ante Brunckium. Laur. A. Par. B. T. Farn. ἀλλ' αὐτόν. Par. A. ἀλλ' αὐτόν. Ricc. ἀλλὰ σεαυτόν. Fuisse videntur qui interpretarentur: ἀλλὰ σεαυτὸν κακῶς δράσεις, ἐὰν ἐκεῖνον κακῶς δράσῃς. Dawesius p. 343. *Istorum denique ἀλλ' αὐτόν, uti vulgo accipiuntur, nullus est sensus, constructio nulla. Conjecit autem nescio quis ἀλλ' ἔασον. Atqui hoc pacto minus commode eliminabitur αὐτόν. Verborum a So-* (251)
phocle profectorum plenam potestatem statuo ἀλλ' ἔα αὐτόν, per crasin vero efferendam esse ἀλλ' ἠὐτόν: aut etiam producta vocali α, ἀλλ' αὐτόν. Apud Aristophanem Lys. 755. vulgo legitur Ἀλλ' ἐῶ 'πολέσθαι τἄρια, in Par. vero A. ἐῶ δ' ἀπολέσθαι τᾆρι'. De qua scriptura non habeo quod statuam. De crasi ἔα αὐτὸν parum mihi satis fecit Reisigius, eam apud Aristophanem locum non habere. Si ab ea Sophocli

medicina petenda est, praestat plene scribere *ἀλλ' ἐᾶ αὐτόν*, ut *μὴ εἰδότ'* v. 1155. et similia.

1193, 4. *ἀλλὰ νουθετούμενοι | φίλων ἐπῳδαῖς ἐξεπᾴδονται φύσιν.*] Comma post *ἐπῳδαῖς* delevi. SCHAEF. Interpunctionem post *ἐπῳδαῖς* sustulimus cum Schaefero, quoniam id cum *ἐξεπᾴδονται* est jungendum. REIS. Nescio an rectius sic: *ἀλλὰ νουθετούμενοι, | φίλων ἐπῳδαῖς ἐξεπᾴδονται φύσιν.* Ceterum Laur. A. B. Par. F. *ἐξαπᾴδονται*, vel *ἐξαπάδονται.* Ceteri MSS. *ἐξεπᾴδονται* (vel *ἐξεπάδονται*), ut impressi.

1195, 6. *σὺ δ' εἰς ἐκεῖνα μὴ τὰ νῦν ἀποσκόπει | πατρῷα καὶ μητρῷα πήμαθ', ἃ 'παθες.*] Ab fatalibus malis eum avocare studet atque ad ea traducere, quae sibi suopte furoris aestu consciverat. Paternis igitur atque materis malis omissis, relicua sibimet ipsum contraxisse arguit, ut quanta sit irae pernicies opportune commonefaciat. REIS. Vat. *οὐδ' εἰς ἐκεῖνα μὴ τὰ νῦν ἀποσκόπει.* Omnes impressi ante Stephanum *τὰ νῦν.* Stephanus et sequentes *ταννῦν.* Vertit Johnsonus: *Tu vero ne praesentia spectes, sed illa paterna et materna quae passus es incommoda.* Heathius vero: *Tu vero nequaquam ad istas nunc respice calamitates, quas patris ac matris causa perpessus es.* Nec multo secus Brunckius.

1196. Pro *πήμαθ'* scriptum invenitur et *παθήμαθ'* [in appendice Turnebianae]. Sed multo aptior est nostra lectio mensurae versus, ut omittam, *παθήματα ἃ ἔπαθες* videri duriusculum. Sed de hujus ipsius versus fine quid dicemus? Qua ratione *ἃ* in eo produci arbitrabimur? Ego certe similis productionis exemplum desidero, et interim *ἃ ἔπαθες* (ut fiat tribrachys) reponendum censeo. STEPH. Qua ratione *α* in *ἃ 'παθες* produci possit, ambigit H. Stephanus, et exemplum similis productionis desiderat, atque interim *ἃ ἔπαθες*, ut fiat tribrachys, reponendum censet. Sed nodum in scirpo quaerit vir eruditus: producitur enim hoc in loco *τὸ ἃ* propter crasin duarum vocalium brevium, *α*, *ε*, in unam longam *α* coalescentium,
(252) eadem prorsus ratione qua producuntur *τἀμὰ* pro *τὰ ἐμά*, *ἄκων* pro *ἀέκων*, et alia ejusmodi plurima. Ita supra v. 374. [361.] *ἅπαθον* pro *ἃ ἔπαθον*, et v. 467. [454.] *ἁμοὶ* pro *ἃ ἐμοί.* HEATH. *Ἅπαθες*, una voce scribi debuit, e duabus conflata *ἃ ἔπαθες.* Fit crasis vocalium *α ε* in *α*, quod ideo producitur, ut

τἀμὰ ex τὰ ἐμά, ἁγὼ ex ἃ ἐγώ, aliaque hujus generis infinita, quae divisim excudi solent cum elisionis signo, male. Nulla in his est elisio, sed vocum coalitio. Mirum est Henr. Stephanum hic offendisse. In versu 361. Ἐγὼ τὰ μὲν παθήμαθ', ἅπαθον, πάτερ, contra fidem editionum Aldi et Turnebi edidit ἃ ἔπαθον, ingrato hiatu, qualem in scena non ferebant Athenienses. BRUNCK. Taedet haec transcribere, quae nemo hodie ignorat. Laur. A. πήματ' ἄπαθες. Par. B. Vat. πήμαθ' ἃ πάθοις. Male Brunckius ἅπαθον v. 361. ἅπαθες v. 1196. Scribendum ἅπαθον, ἅπαθες, ut craseos nota ' accentum praecedat. Accentus enim non ex ἃ sed ex ἔπαθες derivatus est.

1197, 8. κἂν κεῖνα λύσῃς, οἶδ' ἐγώ, γνώσῃ κακοῦ | θυμοῦ τελευτὴν, ὡς κακὴ προσγίνεται.] [Legendum] κἂν κεῖν' ἀτίσῃς, *haec monita si spernas.* REISK. [Verte,] *Et si ista a crimine liberare poteris, sat scio cognosces tamen quam malus sit impotentis animi exitus.* HEATH. Legendum cum Piersono Verisim. p. 250. λεύσσῃς. Superest tamen et aliud mendum, quod sic sustuleris: κἂν καινὰ λεύσσῃς: *nam si vel recentia tantum contempleris.* MUSGR. Λύω Sophocli accipitur nonnunquam eo sensu quo reus dicitur crimina dissolvere, sive purgando, sive expiando. Ita in Philocteta, versu 1253. [1224.] Λύσων ὅσ' ἐξήμαρτον: in Oedipo Tyranno: φόνον φόνῳ πάλιν | λύοντες, v. 100. Itaque κἂν κεῖνα λύσῃς cum cl. Heath interpretor: *atque etiamsi ea purgaveris,* id est, *si vel injuste ea tibi accidisse innocenti probaveris, nihilominus cognosces pertinax ira quam funestos exitus habeat.* VAUV. Codd. et impressi habent κἂν κεῖνα λύσῃς, quod sensu prorsus cassum, manifeste depravatum est. Reiskius conjecit κἂν κεῖν' ἀτίσῃς: Toupius [T. III. p. 145.] κἂν κεῖν' ἐάσῃς. Absurde uterque. *Nam haec si nihili facias,* vel *nam haec si omittas,* plane contrarium est ejus quod sententia fert, quodque ex sermonis serie Antigonen cogitare liquet. Proclivis erat emendatio, literulam reponendo, quae librariorum culpa exciderat, κἂν κεῖνα λεύσῃς. Id jamdudum ipse videram, et postmodo lubens comperi mecum sentire virum ingeniosum et perquam sagacem Thomam Tyrwhitt, cujus in schedis mecum benigne communi- (255) catis ista reperi: *Legendum* λεύσσῃς. *Sensus est: Ne respicias ad illas calamitates &c. Quin si illas*

spectes, intelliges &c. At vero λεύσῃς scribendum in aoristo, non λεύσσῃς in praesenti. Brunck. Λεύσσῃς dudum reponi jusserat Piersonus Veris. p. 250. Both. Inficete Brunckius atque soloece adeo, κἂν κεῖνα λεύσῃς: soloecismum exagitavimus ad v. 120.: abstinuerunt ab eo sese Tyrwhittus et Piersonus Verisimilibus, p. 260.; neque eum non animadvertit Lud. Dissenus in Disquisitt. p. 19.: sed terni λεύσσῃς jubent praeter rem. Nihil equidem novi plausibilius eo, quod edidimus, κἂν κεῖν' ἀλύξῃς: *quodsi illorum recordationem devitaveris.* Reis. Vat. κἂν ἐκεῖνα λύσῃς. Omnes MSS. λύσῃς, λύσῃς, vel λύσῃς. Nihil habeo quod addam iis, quae ab aliis dicta sunt.

1199. ἔχεις γὰρ οὐ βίαια τἀνθυμήματα,] Hunc versum ita literulae unius additione restituendum censeo: ἔχεις γὰρ οὖν βίαια τἀνθυμήματα: *Habes enim certe ejus rei argumenta cogentia.* Heath. Οὐ βίαια. Lego οὐχὶ βαιά, *non exigua documenta.* Musgr. Cl. Heath reponit οὖν. Non video necessitatem. Sensum enim, si vel necesse sit, eundem praestiterit οὐ interrogative sumptum, et quidem multo acrius. *Nonne enim habes.* Vauv. In codd. ut in impressis legitur ἔχεις γὰρ οὐ βίαια τἀνθυμήματα. Quod Johnsonus vertit: *Habes enim argumenta non per vim obtrusa.* Absurdam versionem ex absurdis Graecis et foede corruptis nasci consentaneum erat. Locum depravatum esse vidit Heathius, sed nihil amplius: inepta est ejus conjectura, totaque quam dedit hujus loci versio, inficetissima est. Nos verissime poëtae manum restituimus: ἔχεις γὰρ οὐχὶ βαιὰ τἀνθυμήματα. Vide Lexicon in Βαιόν. Inde orta depravatio, quod quum librarius οὐ pro οὐχὶ scripsisset, alius postmodo, ne titubaret versus, βίαια scripsit pro βαιά, de sententia minus quam de metro sollicitus. In οὐχὶ paragogen saepe omiserunt librarii, quod observavi ad priorem Oedipum 993. Brunck. Ἔχεις γὰρ οὖν βίαια. V. Porson. ad Euripid. Med. v. 585. Schaef. Heathii emendationem probavimus cum Schaefero atque Porsone, γὰρ οὖν. Etenim ἔχεις γὰρ οὐ per interrogationem efferri nequit. Reis. Laur. A. Par. F. οὐχὶ βίαια. Ceteri MSS. οὐ βίαια, quod recte correxit Heathius. Vide ad λείπομαι γὰρ οὖν v. 495. Ceterum Musgravii et Brunckii conjecturam confirmare vide-
(254) tur Hesychius: Βαιόν: ὀλίγον, μικρόν. Σοφοκλῆς δὲ Οἰδίποδι ἐν Κολωνῷ· οὐ βαιά, ἀντὶ τοῦ ἄφθονα

καὶ πολλά. Ita Brunckius in Lexico Sophocleo. Vulgo autem: Σοφοκλῆς δὲ Οἰδίποδι Τυράννῳ, ἀντὶ τοῦ ἄφθονος καὶ πολλός. Lego ἄφιλος καὶ μόνος. Vide ad Oed. T. 750.

1201, 2. λιπαρεῖν γὰρ οὐ καλὸν | δίκαια προσχρῄζουσιν,] Par. B. Vat. λιπαρεῖν μὲν οὐ καλόν.

1206. μόνον, ξέν', εἴπερ κεῖνος ὧδ' ἐλεύσεται,] Ἐλεύσεται legitur etiam Trachin. v. 595. Formam hanc, in epicorum poëtarum carminibus tam frequentem, (ac profecto hexametro accommodatissima est,) scenici perraro usurpant. Apud ceteros scriptores Atticos videtur prorsus obsolevisse. SCHAEF. Aeschylus Prom. 853. πάλιν πρὸς Ἄργος οὐχ ἑκοῦσ' ἐλεύσεται. Suppl. 531. ἐγὼ δὲ ταῦτα πορσυνῶν ἐλεύσομαι. Saepius non legitur apud tragicos. Vide ad Heracl. 210.

1209, 10. σὺ δὲ | σῶν ἴσθ', ἐάνπερ κἀμέ τις σῴζῃ θεῶν.] Σῶς Scal. Quae syntaxis Atticis multo frequentior est. BURT. Legi debere puto σῶς ἴσθι. HEATH. Legendum cum Scaligero σῶς ἴσθ', *scito te tutum esse*. MUSGR. Sic bene Jos. Scaliger, teste Valckenario ad Hippol. 304. Subauditur participium, quicum imperativus ille ἴσθι fere jungi solet, ut in Oed. T. 1181. ἴσθι δύσποτμος γεγώς. Codd. et impressi σῶν ἴσθ'— Inepta glossa in T. ἤγουν σῶον ἐμέ. BRUNCK. Scaligeri correctionem nolui non admittere. Possit [tamen] scriptum videri haud minus idonee: σὲ δὲ | σῶν ἴσθ', ἐάνπερ— REIS. Laur. A. συδε (ὄντα) | σῶν ἴσθι. Ceteri MSS. ut impressi. Supplendum ὤν monuit Aug. Matthiae Gramm. Gr. §. 550. p. 794. Ita Euripides Heracl. 199. οὐκ οἶδ' Ἀθήνας τάσδ' ἐλευθέρας ἔτι.

1210. Laur. A. σώιζει. Laur. B. Par. F. σώζει.

1211, 2, 3. Ὅστις τοῦ πλέονος μέρους | χρῄζει, τοῦ μετρίου παρείς, | ζώειν,] [Legendum] τοὐκ μετρίου. Cohaeret enim cum ζώειν: *spernens* τὸ ζώειν (vel ζῆν) ἐκ μετρίου, *de modico vivere*. Nam si τοῦ μετρίου cum πλέονος construas, nihil habebit quo redeat παρείς. REISK. Chorus non hîc insectatur nimias et inexplebiles hominum cupiditates generaliter, ut existimavit Camerarius et eum secutus Johnsonus, sed eorum nimiam vitae longioris cupiditatem, quod manifeste patet ex universi hujus systematis melici scopo. Verte igitur, *Quisquis longiorem vitae sortem, me-*

diocri spreta, appetit, is stultitiam amplexus exemplo meo arguetur. HEATH. *Χρῄζει* cum genitivo occurrit Aj. 476. [473. *αἰσχρὸν γὰρ ἄνδρα τοῦ μακροῦ χρῄζειν βίου.*] Eurip. Phoeniss. 206. [203.] *Παρεὶς,*
(255) *negligens, non curans.* [Hesychius: *Παρεὶς: ἐάσας, ἀφεὶς, καταλιπών.*] Cum genitivo alibi non invenio. MUSGR. *Τοῦ μετρίου πάρος.* Vulgo *παρεὶς*, inaudita forma, quod nec Musgravium fugit. Brunckius vertit: *mediocri haud contentus.* BOTH. Doederlinus Specimine, p. 29., ad *παρεὶς* subintelligi *χρῄζειν* autumabat. Equidem genitivos *τοῦ μετρίου ζώειν* ex comparativo gradu *πλέονος* esse aptos reor, participio abundanter adjecto, velut v. 465. [475.], *οἷος—μαλλῷ λαβών.* REIS. Laur. A. a prima manu *ὅστις πλέονος μέρους.* Vat. *ὅστις τοῦ πλείονος μέρους.* Omnes *τοῦ μετρίου παρείς.* Nescio an explicandum ex mente Doederlini: *Ὅστις χρῄζει τοῦ πλέονος μέρους, (ὥστε ζώειν,) παρεὶς χρῄζειν τοῦ μετρίου.* Photius: *Παρείς: ἐάσας, ἀφείς.*

1213. Laur. A. *ζώιειν.* Vat. *ζώοιν.* Verbum poëticum *ζώειν* iterum usurpat noster El. 157. *οἵα Χρυσόθεμις ζώει καὶ Ἰφιάνασσα.* Saepius non legitur apud Atticos. Apud Euripidem enim Alc. 716. pro *ζώοις* nunc legitur *ζῴης.*

1213, 4. *σκαιοσύναν αἰεὶ φυλάσσων | ἐν ἐμοὶ κατάδηλος ἔσται.*] Delendum *αἰεὶ*, ut congruat versus antistrophico suo. LOND. A. *Αἰεὶ φυλάσσειν* legunt hic Editt. Steph. Turn. Cant. C. Rationem cur illud *αἰεὶ* expunxerimus, si Strophen cum Antistrophe conferas, facillime assequeris. BURT. Ut metrum antithetico respondeat, ex Aldinae auctoritate delendum est *τὸ αἰεί,* quae vox salva etiam sententia abesse potest. HEATH. Libri Tricliniani scripti et impressi *σκαιοσύναν αἰεὶ φυλάσσων.* Ceteri omnes *αἰεὶ* omittunt. Eo minus miror Triclinium inutile vocabulum aut inseruisse aut ab alio insertum non sustulisse, quod metri rationem haud-satis perspectam habebat. Ait enim: *Τὰ τοιαῦτα εἴδη τῶν χορῶν καλεῖται μονοστροφικά, ὡς εἴρηται.*

1213. Dicitur *σκαιοσύνην φυλάσσων* ut *θυμόν, γλῶσσαν, νοῦν τρέφειν.* Aj. 1143. [1124.] Ant. 1101. [1189.] MUSGR.

1215, 6, 7. *ἐπεὶ πολλὰ μὲν αἱ μακραὶ | ἁμέραι κατέθεντο δὴ | λύπας ἐγγυτέρω,*] Brunckius: *quandoquidem longi saepe dies tristes curas propius admo-*

vent. Mihi πολλὰ non *saepe* sed *multa* significare videtur. *Κατέθεντο* non *admovent* valet, sed potius *reponunt, recondunt.* Exempla praebent lexica. Nos, *lay up.* *Λύπας* genitivus est. *Λύπας ἐγγυτέρω* dixit pro λύπας μετέχοντα. Sentential facilis est, πολλὰ τῷ γήρᾳ κακά, nec difficilis constructio. Sed loquendi modus paullo insolentior.

1217—20. τὰ τέρπον | τα δ' οὐκ ἂν ἴδοις, ὅπό | τ' ἄν τις ἐς πλέον πέσῃ | τοῦ θέλοντος.] Versus nonus Antistrophes [1233.] Iambicus purus est, (256) Dimeter, Acatalectus: quare hic mallem scribere— ὅπό | τε δ' ἄν τις ἐς πλέον πέσῃ. BURT. 1218, 9. Ut hi versus antitheticis respondeant, ita forsan restituendi sunt: τα δ' οὐκ ἂν ἴδοις ὅπό | τε γ' ἄν τις ἐς πλέον πέσῃ. HEATH. Ὁπότε γ' ἄν τις· Sic legendum metri gratia. Aldus ὁπότ' ἄν τις. BRUNCK. Τὰ τέρ | ποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις ποτέ, | ὅταν τις ἐς πλέον πέσῃ. Librarii, compendium vocis ποτὲ non assecuti, exararunt πότ' ἄν, moxque gliscente corruptione, ὁπότ' ἂν pro ποτέ, ὅταν. BOTH. Τὰ τέρ | ποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις ἂν ὅπ | πόταν τις ἐς πλέον πέσῃ. Scribendi genus ὁππόταν, petitum ex MS. F., annumerandum est his, quae ad v. 809. [813.] exposuimus, ὅσσος, μέσσος. Itaque nihil restabat, nisi ut ἂν duplicaretur: οὐκ ἂν ἴδοις ἄν. REIS. Omnes MSS. οὐκ ἂν ἴδοις. Deinde sine intervallo Laur. A. B. ὁπότ' ἄν τις, ut impressi ante Brunckium, Par. A. Vat. ὁπόταν τις, Par. B. T. Ricc. Farn. ὁπότάν τις, Par. F. ὁππότ' ἂν τις. Legitur scholium in ed. Rom. Ὁπότ' ἄν τις: ὅτε ἄν τις. Ita scilicet corrupit editor Romanus quod in Laur. A. repererat: γρ. ὅπου ὅτ' ἄν τις. Nempe scribendum: τὰ τέρπον | τα δ' οὐκ ἂν ἴδοις ὅπου, | ὅτ' ἄν τις ἐς πλέον πέσῃ. Quam scripturam ex conjectura assequutus sum ad Aj. 33. τὰ δ' ἐκπέπληγμαι, κοὐκ ἔχω μαθεῖν ὅπου. Sic enim legendum ostendi Musei Crit. Cant. T. I. p. 352. Ita loquitur noster etiam Oed. T. 926. Ant. 318. Aj. 103. 890.

1220. Erunt fortasse qui τὸ θέλον *voluntatem* exponent, perinde ac τὸ βουλόμενον, quod ea potestate adhibitum ostendi ad Eurip. Iph. Aul. 1280. [1270. οὐδ' ἐπὶ τὸ κείνου βουλόμενον ἐλήλυθα.] Verum ut bona sit locutio, sententiam absurdam efficit. Loquitur Poëta de iis qui longaevitatis cupidi sunt. Eosne igitur dicit, nullam voluptatem sentire (τὰ τέρποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις) postquam inciderunt ἐς πλέον τοῦ

θέλοντος, *in aliquid votis majus?* Tanquam scilicet ipsa longaevitas, seorsim spectata, iis displicere possit, quibus id ipsum summa votorum erat. Melius haud dubie foret, mala, quae longaevitas adjuncta sibi habet, commemorari, ut si legamus, ἐς πλέον πέσῃ | τοῦ σθένοντος. *Voluptates non cernas, postquam aliquis diutius vixerit, quam robur et valetudo duraverit.* Musgr. Sincerissimum τοῦ θέλοντος videas in Enarratione. Cfr. dicta in Conjectt. [in Aristophanem] p. 143. . Reis. Noster Trach. 196. τὸ γὰρ ποθοῦν ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων, | οὐκ ἂν μεθεῖτο πρὶν καθ' ἡδονὴν κλύειν. Euripides Iph. A. 32. κἂν μὴ σὺ θέλῃς, | τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται. Magnam exemplorum copiam congesserunt
(257) viri docti. Τὸ θέλον igitur idem significat quod recentiores θέλημα. Pessime autem Musgravius verba ἐς πλέον τοῦ θέλοντος vertit *in aliquid votis majus,* quasi nihil intersit inter *longius* et *nimis longe.* Verba ὅτ' ἄν τις εἰς πλέον πέσῃ τοῦ θέλοντος significant *quando quis senectutem, quam vult, attigerit.*

1220—4. οὐδ' ἔπι κόρος | ἰσοτέλεστος Ἄϊδος, | ὅτε μοῖρ' ἀνυμέναιος, | ἄλυρος, ἄχορος ἀναπέφηνε | θάνατος ἐς τελευτάν.] Versus gratia scribendum est κοῦρος. Et sic quidem lectum est a Scholiaste, qui κόρος pro varia lectione habet. Burt. Verte, *neque adest satietas simul cum morte adimpleta,* (id est, *neque ad mortem usque satiantur,*) *quando sors hymenaei, lyrae, et chorearum expers* (id est, *senectus*) *apparuerit, et ad extremum ipsa mors.* Heath. Οὐδ' ἐπίκουρος. MSS. οὐδ' ἔπι κόρος, quod metro adversatur. Veram lectionem conservavit Scholiastes, disjunctim tamen exhibens, οὐδ' ἔπι κοῦρος. Quae sequuntur impeditissima sunt, quod ego quidem parenthesi non animadversae acceptum refero. Distinguendum utique arbitror: οὐδ' ἐπίκουρος | (ἰσοτέλεστος ἄϊδος | ὅτε μοῖρ' ἀνυμέναιος | ἄλυρος, ἄχορος) ἀναπέφηνε | θάνατος ἐς τελευτάν: *neque ad haec finienda Orcus opitulator apparuit, dum interea vitae ratio* (μοῖρα) *morti fere similis est* (ἰσοτέλεστος ἄϊδος), *hymenaei, lyrae, chorearum expers.* Vide Antig. 1181. [1167.] ubi similis sententia. Seneca Herc. Oet. 105. *Mortis habet vices* | *lente cum trahitur vita gementibus.* Musgr. Vulgo legitur οὐδ' ἔπι κόρος, sed in schol. οὐδ' ἔπι κοῦρος, unde veram lectionem restituit Musgravius. Θάνατος apte dicitur μοῖρα ἰσοτέ-

λεστὸς Ἄϊδος. Both. Verba connexa sunt hoc modo: οὐδὲ θάνατος, ἰσοτέλεστος Ἄϊδος, ἐπίκουρος (ἐστι): *nimium appetenti nihil prodest mors ad explendam sitim, omnibus aeque Orcum dividens, extrema quum apparuit hora.* Ἰσοτέλεστος cum θάνατος sociari jubet etiam Scholiastes: τὸ ἑξῆς δέ, ἰσοτέλεστος θάνατος. Reis. Laur. A. Par. F. οὐδ' ἔπι κοῦρος. Laur. B. Ricc. οὐδ' ἐπίκορος. Par. A. οὐδ' ἐπὶ κόρος. Par. B. οὐδέπικόρος. Par. T. οὐδ' ἐπίκορος. Farn. οὐδ' ἐπί-κόρος (sic). Vat. οὐδ' ἔπι κόρος, ut impressi plerique. Quam scripturam metro adversari falso affirmant Burtonus Musgraviusque. Verba οὐδ' ἔπι κόρος dipodiam trochaicam conficiunt, cui respondet τε κατάμεμπτον v. 1234. Musgravii scriptura, οὐδ' ἐπίκουρος, in metro trochaico stare nequit. In sequentibus nihil fere mutant MSS. nisi quod Par. B. ἰσοτέλεστ', Par. F. μοῖραν, plures ἀναπέφηνεν, Vat. ἐν τελευτάν. Vulgatam scripturam revocavi, nisi quod (258)
interpunctionem mutavi. Verba sic ordino: οὐδ' ἔπι (pro ἔπεστι) κόρος, ὅτε Ἄϊδος μοῖρα ἰσοτέλεστος, ἀνυμέναιος, ἄλυρος, ἄχορος, (δηλονότι) θάνατος, ἀναπέφηνεν ἐς τελευτάν. Οὐδ' ἔπι κόρος, *neque adest satietas*, scilicet *vitae et commodorum ejus.* Ἰσοτέλεστος Ἄϊδος μοῖρα *mors omnibus communis* aut tale quiddam significare videtur. Ἄϊδος μοῖρα, ut θανάτου μοῖρα apud Aeschylum Pers. 920. μοῖραν θανάτου apud Euripidem Med. 987. Θάνατος superiorum verborum interpretatio est.

1225, 6, 7, 8. *Μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νι-* | *κᾷ λόγον, κ. τ. λ.*] Ejusdem sententiae sunt ea Theognidis, v. 425. *Πάντων μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,* | *μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου·* | *φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι,* | *καὶ κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενον.* Ex hac opinione nata consuetudo, non tantum barbaris et rudioribus, sed et cultioris ingenii nationibus usitata, exequias hominum cum hilaritate celebrandi. Vide Valerium Max. lib. 2. c. 6. §. 12. Melam lib. 2. c. 2. Solini Polyhistor. cap. 10. Burt. Hanc sententiam antiquae fabulae Sileno tribuebant, qui quum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, *non nasci homini longe optumum esse; proxumum autem, quamprimum mori.* Ita Cicero Tuscul. I. 48. ad quem locum vide quae collegit Jo. Davisius. Brunck.

(279) intervallo subjiciunt. Quem ordinem secutus, σφῷν γ' ἐὰν dedi. Libenter autem legerem σφώ γ' ἐάν, si per libros liceret. Ἐὰν pro ἂν reposuerunt viri docti Oed. T. 1062. et alibi.

1408. Laur. B. Vat. τελοῦνται.

1409. μή μ' ἀτιμάσητέ γε,] *Ne saltem contemnite me.* Ita Hermannus ad Vigerum n. 296. b. qui hanc verborum conjunctionem raram esse monet.

1410. ἀλλ' ἐν τάφοισι θέσθε κἀν κτερίσμασι.] Par. A. Ricc. κἀν κτερίσμασι, ut impressi. Laur. A. Par. F. κ' ἐν (vel κἐν) κτερίσμασι. Laur. B. καὶ ἐν κτερίσμασι. Par. B. T. Vat. Farn. καὶ κτερίσμασιν.

1414. Πολύνεικες, ἱκετεύω σε πεισθῆναί τι μοι.] Laur. A. πισθῆναι τί μοι. Solus Vat. πεισθῆναι τό μοι. Quod si in pluribus et melioribus exstaret, ad πεισθῆναι τόδε alludere putarem.

1415. Ὦ φιλτάτη, τὸ ποῖον, Ἀντιγόνη, λέγε.] Laur. B. Par. A. Ricc. ὦ φιλτάτη τὸ ποῖον, ut impressi. Laur. A. Par. F. T. Farn. ὦ φιλτάτη ποῖον. Par. B. Vat. ὦ φιλτάτη μοι ποῖον.

1417. καὶ μή σέ τ' αὐτὸν καὶ πόλιν διεργάσῃ.] Perperam in omnibus libris σέ γ' αὐτόν. Perpetua est harum particularum confusio. Initio seq. versus Aldus edidit ἀλλ' οὐχ οἷόν γε pro οἷόν τε. Ferri potuit v. 1310. αὐτός γ' ἐμαυτοῦ. Brunck. Pro γ' Brunckius τ'. Sed jungendae, opinor, particulae καὶ μή γε, utpote formulam efficientes, in qua γὲ nunc continuo sequitur vetantem, nunc ab illa per unam aut plures voces dirimitur. Infra v. 1432. καὶ μή μ' ἐπίσχῃς γ'. Persimilis forma est μηδέ γ', cujus exemplum habemus infra v. 1541. 1743. Schaef. Posset

sane γὲ particula in hac loquendi specie locum habere, ut visum Schaefero, nisi dictio illa requireretur, quam locupletavimus ad v. 864. [868.]. Quare neque Brunckius suis numeris absolutum invenit scribendi genus. Vellem enim posuisset: καὶ μή σε, χαὐτὸν (vel καὐτὸν) καὶ πόλιν διεργάσῃ. Cfr. annotata ad v. 849. [853.] Reis. Omnes MSS. σέ γ' αὐτὸν, quod rectius correxisse videtur Brunckius quam Reisigius. Secus enim de hoc versu statuo ac de v. 868. ubi meliores libri σε καὐτὸν vel σε χαὐτὸν exhibent. Vulgatam vero γε male defendit Schaeferus, cujus exempla nihil ad rem sunt. Primo et tertio conveniunt Hermanni verba ad Vigerum n. 296. b. *Hac prima significatione γὲ frequens est in responsionibus, vel cum aliqua accessione vel limitatione confirmandae caussa.* In secundo vero suspectam habeo vulgatam scripturam, de qua plura vide suo loco.

1418. Ἀλλ' οὐχ οἷόν τε.] Laur. A. B. Par. A. Ricc. οἷόν γε (vel οἷον γε), ut Aldus. Ceteri MSS. et edd. recentiores οἷόν τε.

1418, 9. πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν | στράτευμ' (280) ἄγοιμι ταὐτόν, εἰσάπαξ τρέσας;] Αὖθις αὖ πάλιν. Bis dictum satis erat: rescribo αὖθις ἂν πάλιν. Vauv. Libri omnes soloece, πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν στράτευμ' ἄγοιμι— Optativus potentialis particulam ἂν comitem requirit, et πῶς cum optativo sine ἂν Graece non adhibetur. Tam putidum soloecismum nimis stolida patientia tulerunt Sophoclis editores. Vide indicem nostrum in Aristophanem voce ἄν. Brunck. Αὖθις αὖ πάλιν. Brunckius αὖθις ἂν πάλιν. Conf. Melet. Crit. I. p. 99. ubi quae disputata sunt, nunc nolim pro certis indubitatisque habere. In nostro quidem loco, invitis Codicibus, ἂν inserere non ausim. Schaef. Multi tentarunt ἂν applicare optativo, Vauvilliersius, Brunckius, Schaeferus Melett. p. 99., Toupius in Emendd. Vol. III. p. 55., illis αὖ leviter immutantibus, his ἄγοιμ' ἂν in locum simplicis optativi sufficientibus. Hermannus vero ad Sophoclis Ajacem, p. 109., in Brunckii partes concessit, propterea quod αὖθις αὖ πάλιν hic dici non posset: *cave enim,* inquit, *hunc pleonasmum temere ubique usurpari credas.* Simplicis vim optativi enucleavimus in Commentat. de ἂν particula, p. 132—134. Reis. Omnes MSS. πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν | στράτευμ' ἄγοιμι ταὐτόν. In solo Par. B. αὖθις πάλιν correctum ab eadem

manu. In Par. T. αὖ supra scriptum habet δή. Conjecturas plures habemus. Prima est Vauvilliersii et Brunckii, πῶς γὰρ αὖθις ἂν πάλιν: secunda Toupii, στράτευμ' ἄγοιμ' ἂν ταυτόν: tertia Porsoni Adversar. p. 315. στράτευμ' ἄγοιμι ταῦτ' ἄν: quarta mea, πῶς δ' ἂν αὖθις αὖ πάλιν. Quarum lenissima fortasse Toupii ἄγοιμ' ἄν. Sed vulgo legitur apud Euripidem Alc. 53. Ἔστ' οὖν ὅπως Ἄλκηστις ἐς γῆρας μόλοι; Similia congessit Monkius, ut jam monui ad v. 1172. ubi rationem hujus constructionis nondum mihi penitus perspectam esse confessus sum. Si recte dicitur Πῶς οὖν Ἄλκηστις ἐς γῆρας μόλοι; recte fortasse abest ἂν nostro loco. De pleonasmo αὖθις αὖ πάλιν vide ad Phil. 952. αὖθις αὖ πάλιν | εἴσειμι πρὸς σὲ ψιλός, οὐκ ἔχων τροφήν.

1419. Εἰσάπαξ τρέσας, *cum semel terga dederim*: hoc enim est τρεῖν. MUSGR. Sophocles non τρεῖν sed τρέμειν usurpat. De εἰς ἅπαξ consulendus Hermannus ad Vigerum n. 380.

1424, 5. Ὁρᾷς τὰ τοῦδ' οὖν ὡς ἐς ὀρθὸν ἐκφέρει | μαντεύμαθ', ὃς σφῷν θάνατον ἐξ ἀμφοῖν θροεῖ;] Ὀρθὸς eadem qua ἀληθὴς notione saepe usurpatur. Ita igitur hunc locum verti debere censeo: *Animadvertisne*
(281) *igitur hujus hominis praedictiones, quam ad veritatis normam directas eas profert, qui ambobus mortem mutuis ictibus inferendam pronunciat.* HEATH. Ἐκφέρει, i. e. ἐξέρχεται. Sic ὁπότε τελεόμηνος ἐκφέροι — ἄροτος, *cum annus integer exiisset*, Trach. 837. [826.] Homeres Iliad. Ψ. 758. ὦκα δ' ἔπειτα | ἔκφερ' Ὀϊλιάδης. Ubi ἔκφερε valet ἐξέδραμε. Aristides tom. II. p. 2. οὐ τοῖς ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἐξενεγκοῦσι παραδίδοται τὸ σύμβολον, ἀλλὰ τοῖς παρελθοῦσι. Vid. et Xenoph. [de Re Eq. 3, 4.] p. 547. Neque rarum est verba a φέρω composita transitivam potestatem deponere. Sic ὑπερφέρειν est *anteire* supra v. 1062. [1007.] Oed. Tyr. 389. [381.] Idem de ἀναφέρω, διαφέρω, προφέρω, et συμφέρω obtinet. MUSGR. Ἐς ὀρθὸν ἐκφέρεις. Sic cum Tyrwhitto lego. Ὁρᾷς οὖν ὡς ἐκφέρεις ἐς ὀρθὸν τὰ μαντεύματα τοῦδε, ὃς — In libris ἐκφέρει sensu nullo aut pravo. BRUNCK. Ἐκφέρει, i. e. ἐκφέρεται, vel Musgravio interprete, ἐξέρχεται. BOTH. Ἐκφέρει. Brunckius ἐκφέρεις. SCHAEF. Recte, ut arbitror, Heindorfius ad Platonis Phaedonem, p. 43., haec cum verbis in Ajace composuit, εὖ δέ σ' ἐκφέρει | κυνὸς Λακαίνης — βάσις, atque Platonicis accommodavit κινδυνεύει

τις ὥσπερ ἀτραπὸς ἐκφέρειν ἡμᾶς—. Etenim ἐς ὀρθὸν adjectum me movet, ut translationem de semita factam putem, quae rectam in viam ducit. Reis. Recte Musgravius. Ἐκφέρει dicitur pro ἐκβαίνει. Confer hujus fabulae v. 1694. et Oed. T. 519. οὐ γὰρ εἰς ἁπλοῦν | ἡ ζημία μοι τοῦ λόγου τούτου φέρει. Ubi verba εἰς ἁπλοῦν φέρει idem significant quod εἰς ἓν ἔρχεται v. 62.

1425. Laur. B. Vat. ὡς σφῷν.

1426. *Χρήζει γὰρ ἡμῖν δ' οὐχὶ συγχωρητέα.*] Χρήζει, χρησμῳδεῖ. Subscribi non debuit ι juxta auctoritatem Etymol. M. in χρήζω. Sed nescio an differentiam quam statuit veteres observarint. Verbum χρήζω ea significatione adhibet Euripides Helena 524. Brunck. Χρήζει nostro loco χρὴ significare videtur, *fatale est.* Vide Wesselingium ad Herodotum I. 8. χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς. Ἔχρηζες pro ὤφελες legitur v. 1715.

1429. *Οὐδ' ἀγγελοῦμεν φλαῦρ'.*] *Neque vero nunciabimus.* Nos in colloquio familiari dicimus: *Aussi ne les instruirai-je pas.* Vauv. Par. B. T. Vat. Farn. οὐκ ἀγγελοῦμεν. Ceteri MSS. et impressi omnes οὐδ' ἀγγελοῦμεν, *ne nunciabimus quidem.*

1432. *Καὶ μή μ' ἐπίσχῃς γ'.*] Vat. ἀπίσχῃς, omisso γε, quod omittit etiam Par. F. De hoc γε vide Hermanni verba ad v. 1417. allata. Conferendus Aeschylus Prom. 775. Καὶ μή γε σαυτῆς ἐκμαθεῖν ζήτει πόνους. Sic enim haud dubie legendum. Euripides (282) Ion. 361. Καὶ μή γ' ἐπ' οἶκτόν μ' ἕξαγ', οὐ λελήσμεθα. El. 976. Καὶ μή γ' ἀμύνων πατρί, δυσσεβὴς ἔσει.

1432, 3. *ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ἥδ' ὁδὸς | ἔσται μέλουσα,*] Ita Laur. B. Par. A. Ricc. ut impressi. Laur. A. Par. F. (in quo supra scriptum μὲν) ἀλλ' ἐμοὶ ἥδ' ὁδός. Par. B. T. Vat. Farn. ἀλλ' ἐμοί (ἐμὴ Vat.) γ' ἥδ' ὁδός.

1433. Par. B. F. Vat. solenni errore μέλλουσα.

1435, 6. σφῷν δ' εὐοδοίη Ζεύς, τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι | θανόντ', ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἕξετον.] Τάδ' εἰ θανόντι μοι | τελεῖτ'. Vulgo εἰ τελεῖτέ μοι | θανόντ': sed non eliditur τὸ ι dativorum singularis. Both. Elisionem paullo rariorem dicit Porsonus Supplem. praefat. ad Euripid. Hecub. p. xxiv. ed. Lips., iota dativi Atticos non libenter elidere obiter monens ad Orest. v. 584. Transpositione usus Lobeckius ad

Ajac. p. 341. hunc locum sic scripsit: τάδ' εἰ θανόντι μοι | τελεῖτ', ἐπεὶ οὔ μοι— In qua ratione vereor ne dirimantur, quae poëta arctissime juncta voluit, θανόντι et ἐπεί. Lucianus T. III. p. 671. πεινῶντ' ἔοικε μαστίχην μασσωμένῳ. SCHAEF. Passovius in Melett. Critt. de Aeschyli Persis, p. 47. MS. Veneti memoriam commendat, τάδ' εἰ τελεῖτέ με | θανόντ'. Non licet novare quicquam, praesertim quum in Euripidis Alcestide, v. 1140. [1121.], καὶ μὴν προτείνω, Γοργόν' ὡς καρατόμῳ, non possit ulla probabili ratione convelli. Videndum est enim, ne elisionem hanc Atticorum auribus inusitatam uterque poëta de industria ad percellendos auditores expetierit, quemadmodum evenisse ostendimus in augmenti omissione: ad quem locum magni momenti et jam latius, quam putarunt, patentem, postea recurram. Nam in utroque vocabulo res dira atque horrenda inest. REIS. Duo sola hujus elisionis exempla apud Sophoclem exstant. Nam ἀρήξαντ' Aj. 1007. accusativum esse fatentur omnes. Alterum est Trach. 677. ἀργῆτ' οἰὸς εὐείρῳ πόκῳ. Ubi scripturam a Lobeckio propositam, ἀργῆτ' οἰὸς εὐέρου πόκου, adoptaturum arbitror Reisigium. In vocabulo enim ἀργῆτι nihil diri atque horrendi inest. Nostrum θανόντ' pro accusativo accipiendum esse statui ad Heracl. 695. Ita fere Aeschylus Ag. 1619. οὕτω καλὸν δὴ καὶ τὸ κατθανεῖν ἐμοί, | ἰδόντα τοῦτον τῆς δίκης ἐν ἕρκεσιν. Choëph. 408. Πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ, | τόνδε κλύουσαν οἶκτον. Sophocles El. 479. ὕπεστί μοι θράσος, | ἀδυπνόων κλύουσαν | ἀρτίως ὀνειράτων. Ubi consulendus Brunckius. Euripides Med. 814. σοὶ δὲ συγγνώμη λέ-
(285) γειν | τάδ' ἐστί, μὴ πάσχουσαν, ὡς ἐγώ, κακῶς. El. 1250. οὐ γάρ ἐστί σοι πόλιν | τήνδ' ἐμβατεύειν, μητέρα κτείναντα σήν. Ita passim tragici. Si quem non persuadebunt hujusmodi exempla, subaudire poterit ὁρῶσαι. Cujus constructionis mentionem feci ad v. 477. iterumque ad v. 765. Vide etiam quae mox dicturus sum de verbis ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἔξεστιν. Hactenus de θανόντ'. Superiore versu Laur. B. Par. A. T. Farn. τελεῖτέ μοι, ut impressi plerique. Laur. A. Par. F. τελοῖτέ μοι. Ricc. τελεῖτε μοι. Par. B. Vat. τελεῖτέ με, ut codex Venetus apud Passovium. Similem varietatem habemus Aj. 1006. ποῖ γὰρ μολεῖν μοι δυνατόν, ἐς ποίους βροτούς, | τοῖς σοῖς

ἀφήξαντ' ἐν πόνοισι μηδαμοῦ; Apud Suidam v. Πεὶ legitur μι. Quod qui reposuit, neque μοι ante accusativum ἀρήξαντα recte se habere arbitratus est, neque dativum ἀρήξαντι elisionem subire posse.

1436. Ἐπεὶ οὐ μή ζῶντά γ' αὖθις ἕξετον. Vulgo ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἕξετον: *quoniam vivo praestare in posterum non poteritis*. Ridicule, quasi ista, quae a sororibus petit Polynices 1375. [1410.] viro praestari possent. Ἕξετον, *complectemini*, ut passim usurpatur ἔχειν. Eurip. Ion. 1452. ΚΡ. Ἔτι φόβῳ τρέμω. ΙΩΝ. Μῶν οὐκ ἔχειν μ' ἔχουσα; Idem Iphig. in Taur. 827. sqq. ΙΦ. Ὦ φίλτατ' — ἔχω σ' Ὀρέστα. ΟΡ. Κἀγώ σε, τὴν θανοῦσαν. Qua potestate h. l. adhiberi ἕξετον, sequentia declarant, Μέθεσθε δ' ἤδη. Вотн. Τάδε ad ἐπίσχειν spectat, v. 1427. [1432.], sororibus eum amplexu suo retinentibus. *Eam caritatem, inquit, si mihi mortuo praestiteritis, ut me tueamini neve insepultum projiciatis, Juppiter vestrae faveat viae: vivo enim non poteritis hoc redintegrare officium.* Quare minime potest intelligi, cur dativum ad ἕξετον adhibuerit, nisi ab alio posceretur vocabulo. Reis. Laur. A. Par. F. ἐπεὶ οὔ μοι. Par. B. Vat. ἐπεί μοι. Par. A. T. Ricc. Farn. ἐπεὶ οὔ μοι, ut impressi ante Bothium. Deinde plerique MSS. ζῶντί (vel ζῶντι) γ' αὖθις ἕξετον. Solus Laur. B. ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντά γ' αὖθις ἕξετον. Quam scripturam haud dubie exhibuisset Bothius, si eam de particulis οὐ μή sententiam tenuisset, quam exposui ad v. 177. Nondum mihi persuasit Reisigius, superiora verba τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι θανόντα alio spectare quam ad v. 1414. ἀλλ' ἐν τάφοισι θέσθε κἀν κτερίσμασι. Quod si verum est, non video quibus argumentis defendi possit vulgata scriptura ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ', quae ex superiori μοι nata videtur. Exemplis a Bothio allatis adde Sophoclem El. 1226. ΗΛ. Ἔχω σε χερσίν; (284) ΟΡ. Ὡς τὰ λοίπ' ἔχοις ἀεί. V. 1285. νῦν δ' ἔχω σε.

1437. μέθεσθε δ' ἤδη, χαίρετόν τ'.] Ricc. μέθεσθον δ' ἤδη. Deinde Par. A. Ricc. χαίρετόν τ', ut impressi. Laur. A. B. Par. F. T. Farn. χαίρετόν γ'. Par. B. Vat. neutram particulam habent.

1437, 8. οὐ γάρ μ' ἔτι | βλέποντ' ἐσόψεσθ' αὖθις.] Ita Par. B. T. Vat. Farn. et edd. recentiores plerumque. Ricc. βλέποντες εἰσόψεσθ' αὖθις. Ceteri MSS. et impressi ante Stephanum βλέποντ' ἐσόψεσθ' αὖτις. Qua de scriptura vide ad v. 234.

1439. *Μήποι μ' ὀδύρου.*] Ita omnes libri. Loca tragicorum, in quibus vulgo legatur ὀδύρομαι, indicavi ad Med. 156. p. 108. Quae omnia uno excepto, δύρομαι aut postulant aut admittunt. Itaque reposui *Μήτοι με δύρου.* Plura vide ad πάνδυρτος El. 1077.

1439, 40. *Καὶ τίς ἄν σ' ὁρμώμενον | εἰς προὖπτον Ἅιδην οὐ καταστένοι, κάσι;*] Laur. B. καὶ τίς σ' ἂν ὁρμώμενον. Idem οὐ καταστένει κάσι. Par. F. οὐ καταστένει κάσι. Vat. οὐ καταστένοι κάσιν.

1441. *Μή σύ γ', ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ.*] Laur. A. Par. F. ἐμοὶ πείθου. Laur. B. ἐμοὶ πιθῶ. Ricc. ἐμοῦ πιθοῦ. Ceteri MSS. recte ἐμοὶ πιθοῦ, ut impressi.

1442. *Δυστάλαινά τ' ἄρ' ἐγώ.*] Hic Aldina habet τ' ἆρ', et recte. Pro diverso enim accentu etiam diversa quantitas hujus particulae, quam jam in νῦν observavimus. VAUV. De hac crasi nonnihil dixi ad v. 632. Hermannus ad Vigerum n. 317. τἄρα scribendum contendit. Alii τάρα, τ' ἄρα, τ' ἆρα. Parum refert, modo in animo teneatur, crasin esse, non elisionem.

1443. *εἴ σου στερηθῶ.*] Frequentior hic librariorum error, ut nunc εἰ cum subjunctivo, nunc ἢν cum indicativo componant. Scribo ἢν σου στερηθῶ. VAUV. Sic ad linguae normam legendum. Soloece libri omnes exhibent εἴ σου στερηθῶ. Probum esset εἴ σου στερηθήσομαι. Verum subjunctivus modus particulam εἰ respuit. BRUNCK. Par. B. Vat. εἰ σοῦ στερηθῶ. Ceteri MSS. εἴ σου στερηθῶ, ut impressi ante Brunckium et Reisigius. Quam scripturam diserte agnoscit grammaticus apud Bekkerum p. 144. Plura vide ad Oed. T. 198. τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ.

1443, 4. *Ταῦτα δ' ἐν τῷ δαίμονι | καὶ τῇδε φῦναι χἀτέρᾳ.*] Ἑτέρᾳ i. q. ἑτέρως. Euripidea Bacch. v. 893. ed. Br. [903.] ἑτέρᾳ δ' ἕτερος ἕτερον | ὄλβῳ καὶ δυνάμει παρῆλθεν. Aemil. Portus ad h. l.: *Adverbialiter sumendum pro ἑτέρως, ἄλλως, vel subaudiendum*
(285) ὁδῷ. Alia via, alia ratione. Fugerunt haec loca Lexicographos, qui modo Ionicum ἑτέρῃ norunt. Conf. Schneider. Lex. Gr. T. II. p. 703. a. SCHAEF.

1444, 5. *σφῷν δ' οὖν ἐγὼ | θεοῖς ἀρῶμαι μήποτ' ἀντῆσαι κακῶν.*] Ἀντῆσαι κακῶν. Constructio non rara. Vide ad Eurip. Troad. 214. [212.] et Herodot. II. 119. MUSGR. Σφῷν μήποτ' ἀντῆσαι κακόν. Sic bene in T. In aliis κακῶν. Deterius in B. μήποτ'

ἀντιστῆναι κακῶν, et ex emendatione, μήποτ' ἂν στῆναι. BRUNCK. Plerique MSS. ἀντῆσαι κακῶν, ut impressi ante Brunckium. Par. B. ἀνυστῆναι κακῶν. Vat. ἀνιστῆσαι κακῶν. Tricliniani Par. T. Farn. ἀντῆσαι κακόν. Reisigius: σφῶν δ' οὖν ἐγὼ | θεοῖς ἀρῶμαι, μήποτ' ἀντῆσαι κακῶν. Quod verum videtur. De constructione verborum ἀντῆσαι κακῶν vide ad Euripidis Herc. 312. Diarii Class. T. VIII. p. 209.

1446. ἀνάξιαι γάρ πᾶσίν ἐστε δυστυχεῖν.] Πᾶσιν. Vide ad Oed. Tyr. 40. [νῦν τ', ὦ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου κάρα.] MUSGR. Πᾶσιν explicavimus in Conjectt. p. 26. in eam partem, ut pro παντάπασιν numeraretur. Nunc tamen mihi aliter videtur. Itaque sic interpretor, quasi dicatur: οὐδενὶ ἄξιαί ἐστε δυστυχεῖν: *in nemine commeruistis sortem afflictam.* Erfurdtius ad Oedipum Tyr. v. 40., *omnium judicio* exponit: recte, si sententia suo in loco est, secus hic. REIS. Recte Brunckius *omnino.*

1448, 9. Νέα τάδε νέοθεν ἦλθέ μοι | βαρύποτμα κακὰ παρ' ἀλαοῦ ξένου,] Seidler. de verss. dochm. p. 107. cum Hermanno conjicit, Sophoclem bis τάδε sive κακὰ posuisse hoc modo: Νέα τάδε νέοθεν ἦλθ' ἐμοὶ | κακά, βαρύποτμα κακά, παρ' ἀλαοῦ ξένου, ut posterior versus ex duobus dochmiis constet, ut in antistr. 1463. κτύπος ἄφατος ὅδε διόβολος. ἐς δ' ἄκραν. Cf. tamen ibid. p. 106. et 107. Reis. nihil mutavit. Turn. Steph. Cant. παρά γ' ἀλαοῦ ξένου. MART. Ita libri Tricliniani scripti et impressi, nisi quod Farn. ἀλλαοῦ habet. Ceteri MSS. cum Aldo fere consentiunt. Metro non satis facit Triclinii conjectura, nisi producatur tertia in βαρύποτμα, quod fieri nequit, si versus dochmiacus est. Melius metro consuluit Seidlerus, qui minus bene rem gessit Oed. T. 1330. ὁ κακὰ κακὰ τελῶν ἐμὰ τάδ' ἐμὰ πάθη.

1450. εἴτι μοῖρα μὴ κιγάνει.] Schol. (sicut et quidam codices [scilicet margo Turnebianae]) legit μοίρᾳ in dandi casu. STEPH. Ipsius Turnebi conjectura esse videtur μοίρᾳ. Schol. Εἴτι μοῖρα μὴ τυγχ. (sic Laur. A.): εἰ μὴ κατὰ μοῖραν ταῦτα πάσχω, εἴποιμι (286) ἂν ἐκ τοῦ Πολυνείκους (imo Οἰδίποδος) νέα μοι κακὰ ἐληλυθέναι. Longe secus Brunckius: *Novum sane et mirandum mihi acciderit, si infelices casus, quos praedixit lumine cassus senex, vis fati ad exitum non perducat.* Mihi vero verba, Νέα τάδε νέοθεν

ἦλθέ μοι βαρύποτμα κακὰ παρ' ἀλαοῦ ξένου, ad fragorem statim post Polynicis discessum de coelo auditum spectare videntur, quasi dicat: *Novi hujus mali caussa est Oedipus.* Quum vero suspicetur chorus, non Oedipo sed sibi deos iratos esse posse, addit *εἴ τι μοῖρα μὴ κιγχάνει* (ἡμᾶς,) *nisi fatum nos occupat*, scilicet ob aliquid impie aut scelesto a nobismetipsis gestum. Convenientius mihi videtur, ut tonitru ante initium hujus carminis audiatur, quam post plures versus.

1450. *Κιχάνει.* Amphimacer, ut Eurip. Alc. 488. [480.] et alibi. MUSGR. Laur. B. Par. A. Ricc. *κιχάνει*, ut impressi. Laur. A. *τυγχάνῃ* mutatum in *κιχάνῃ* ab eadem manu. Par. B. T. F. Vat. Farn. *κιχάνῃ*. Hermannus de Emend. Rat. Gr. Gramm. p. 60. recte *κιγχάνει*. Idem legendum monuit *κιγχάνει* apud Aeschylum Cho. 620. Euripidem Hipp. 1444. *κιγχάνω* apud hunc Alc. 480. Hel. 605. Hesychius: *Κιγχάνειν: εἰσπράττειν, λαμβάνειν. Κιγχάνω: τυγχάνω.*

1453, 4. *ὁρᾷ ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ χρόνος,*] *Χρόνος* nonnunquam Veteribus est Deus rerum humanarum praeses. Pindarus Olymp. II. epod. i. [29. *τῶν δὲ πεπραγμένων, ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν*] *ἀποίητον οὐδ' ἂν Χρόνος, ὁ πάντων πατήρ, δύναιτο θέμεν* [*ἔργων τέλος.*] MUSGR. Euripides Heracl. 898. *πολλὰ γὰρ τίκτει* | *Μοῖρα τελεσσιδώτειρ',* | *Αἰών τε Κρόνου παῖς.* *Ταῦτα* verto *has res*, nempe *humanas*. Ceterum fuisse videntur, qui legerent *ὁρᾷ, ὁρᾶταί τ' ἀεί.* Id ostendunt scholiastae verba, *τὰ μὲν ὁρᾷ, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁρᾶται.* Monuit hoc Canterus, cujus verba mox apponam.

1454, 5. *ἐπεὶ μὲν ἕτερα,* | *τὰ δὲ πήματ' αὖθις αὔξων ἄνω.*] Schol. pro *τάδε πήματ'* legisse videtur *τὰ δὲ παρ' ἦμαρ.* STEPH. Emendavimus hunc locum Novarum Lectionum lib. VII. cap. 11. [ubi diximus: *Ac primum pro πήματα reponendum est παρ' ἦμαρ, quomodo Scholiastem antiquum legisse constat. Nec aliter versus postulat, si cum pari conferatur. Jam quem Scholiastes tenet consecutionis ordinem, ἐπεὶ ὁ χρόνος ὁρᾷ ταῦτα, (quanquam pro ταῦτα et altero ὁρᾷ legit ὁρᾶταί τε,) ἕτερα μὲν αὔξων ἄνω, τὰ δὲ παρ'*
(287) *ἦμαρ αὖθις, in eo nequaquam placet, quoniam aliud etiam in verbo ἐπεὶ subesse suspicor vitium: et si liceat unam mutare literam, pro ἐπεὶ legerim ἔπει,*

quod nec versui nocebit, et sensum atque consecutionem juvabit mirifice. Nam quod vulgo dicimus, per tempus nunc haec nunc illa extolli, depressis aliis: id his verbis exprimetur pulcerrime.] Cant. Tum sensus tum metrum pro πήματ' postulant παρ' ἦμαρ. Quomodo legendum esse censebat Canterus. Atque ita proculdubio scriptum erat in codice, quo usus est vetus Scholiastes. Burt. Ut constet metrum et antithetico respondeat, ita omnino legendum, non sine sententiae etiam emolumento: τάδε δὴ πήματ' αὖθις αὔξων ἄνω. *Videt, videt ista semper tempus; quandoquidem caetera (Oedipi scilicet infortunia a diis praedestinata ac praedicta eventu confirmaverit), haec etiam infortunia incrementis in tempus futurum cumulans.* Heath. Ἐπεὶ μὲν ἕτερα | τάδε παρ' ἦμαρ αὖθις αὔξων ἄνω —. Aldus et membr. ἐπεὶ μὲν ἕτερα | τάδε πήματ' αὖθις αὔξων ἄνω. At in B. τάδ' ἐπ' ἤματ' αὖθις, quod depravatum videri possit e lectione quam e Scholiasta eruit Canterus Nov. Lect. VII. 11. τάδε παρ' ἦμαρ αὖθις. Forte verius esset ταῦτ' ἐπ' ἦμαρ αὖθις. Brunck. Ἐλεῖ μὲν ἕτερα, | τὰ δὲ παρ' ἆμαρ αὖθις αὔξων ἄνω —. Abrumpitur oratio tonitruum fragore exorto, ἔκτυπεν αἰθήρ —. Quamobrem non finiri potuit extrema loquutio. At prior tamen potuit. ἐπεὶ μὲν ἕτερα,. Sed miro modo accidit, ut illa interrupta planiora essent atque haec, quae nullo turbantur casu. Illic certe participium adjectum αὔξων sententiae integrae facultatem affert: hic desertum est ἕτερα: ἐπεὶ μὲν vero particulae sententiam inchoantes tantum, quantum si abessent, valent. Equidem nihil veri video similius esse, quam ἐλεῖ, quod posui in hanc sententiam: *Alia delebit aevum, alia rursus eriget atque extollet.* Reconditiorem formam futuri ἐλεῖ restituimus ex MS. Aristophani in Conject. p. 188.: usus est idem in Equitibus *. Verba παρ' ἦμαρ

*Respicit, ni fallor, ad v. 290. Περιελῶ σ' ἀλαζονείας. Ubi legendum ἀλαζονείαις e v. 882. Οἴμοι τάλας, οἵοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις. Confer etiam v. 899. Ἢ γὰρ θεός μ' ἐξελήλακ' οὐχ ἥκιστ' ἀλαζονείᾳ. Περιελῶ igitur non a περιαιρῶ sed a περιελαύνω derivatum. Grammaticus apud Bekkerum p. 80. Ἀφαλοῦμαι: ἀντὶ τοῦ ἀφαιρήσομαι. Τιμόστρατος Φιλοδεσπότῃ. Timostrati comici saepius fit mentio apud hunc grammaticum, semel apud Photium v. Ζάγρα. Nihil omnino de eo dixerant Fabricius et Harlesius in Bibliotheca Graeca. Tali auctore non scribendum ἐλῶ apud Aristophanem, nedum apud Sophoclem.

(288) feliciter ex Scholio eruit Canterus. Nos dialectum correximus. Reis. Reiskii, Musgravii, Vauvilliersii et Bothii conjecturas silentio praetereo. Omnes MSS. cum Aldo consentiunt, nisi quod Laur. A. (ante correctorem) Par. B. T. Ricc. Vat. Farn. ἑτέρα pro ἕτερα habent, Par. B. Vat. τάδ' ἐπ' ἤματ', pro τάδε πήματ'. Totum locum ita distinguit Aldus: ὁρᾷ ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ | χρόνος. ἐπεὶ μὲν ἕτερα | τάδε πήματ' αὖθις αὔξων ἄνω, | ἔκτυπεν αἰθὴρ. ὦ Ζεῦ. Turnebus vero: ὁρᾷ ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ | χρόνος. ἐπεὶ μὲν ἕτερα, | τὰ δὲ πήματ' αὖθις αὔξων ἄνω. | ἔκτυπεν αἰθὴρ ὦ Ζεῦ. Nec multo secus edd. sequentes ante Brunckium, qui sic distinguit: ὁρᾷ, ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ | χρόνος, ἐπεὶ μὲν ἕτερα | τάδε παρ' ἦμαρ αὖθις αὔξων ἄνω— | ἔκτυπεν αἰθήρ, ὦ Ζεῦ. Vertit Winsemius: *Omnia enim tempus videt ac dispensat: nam alia mala jam rursum cumulat aether tonans, o Juppiter.* Johnsonus: *Videt, videt haec semper tempus, super alia et haec mala denuo dirigens. Sonuit aether, O Jupiter.* Is igitur ἐπὶ μὲν ἕτερα τάδε πήματ' legisse videtur. Brunckius: *Videt, videt illa semper tempus: quandoquidem et prius destinata huic viro infortunia novis incrementis in dies cumulans — Insonuit aether, ô Jupiter.* Hermannus ad Vigerum n. 241. *Videt, videt haec semper tempus, postquam adversa* (scil. *vidit* vel *fuerunt*), *proxime insequentia rursum in melius vertens.* Scholiastae interpretatio talis est: ἐπειδὴ ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ χρόνος, ἕτερα μὲν αὔξων ἄνω, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις (ὅ ἐστιν, εἰς τὸ ἔμπαλιν) τρέπων τὰ ἤδη αὐξηθέντα. οἷον, πάντα ἔχει ἐφ' ἑαυτῷ ὁ χρόνος. Recte quidem παρ' ἦμαρ, quod *in dies* interpretatur Brunckius. Vide ad Aj. 475. Cetera vero scholiastae interpretatio neque cum vulgata scriptura conciliari potest, neque probabilem conjecturam cuiquam suggessit.

1456. ἔκτυπεν αἰθήρ, ὦ Ζεῦ.] Forma Homerica ἔκτυπε saepius in Attica poësi non legitur. Communis ἐκτύπησε exstat v. 1606.

1458. τὸν πάντ' ἄριστον δεῦρο Θησέ' ἂν πόροι;] Rectius Aldina Θησέα πόροι. Vulgata lectio ex Interpolatoribus profecta est, ultimam vocis Θησέα produci nescientibus. Heath. Θησέα. Ita ed. Ald. Minus recte Stephanus Θησέ' ἄν. Musgr. Δεῦρο Θησέα πόροι. Sic codd. omnes et ipse Triclinius. Imperite Turnebus versus sustentandi gratia ἂν inseruit, Θησέ' ἂν πόροι. Scilicet ignorabat α finale accusativi no-

minum in εὺς apud Atticos semper produci. Vide Etymol. M. in *Βασιλεύς*, Suidam in *Ἀτρέα*, Clarkium ad Il. *Α*. 265. Brunck. Hoc α interdum apud (289) Atticos corripi monuit Porsonus ad Hec. 876. Exemplis ab eo allatis unum addidi ad v. 570. alterum ad v. 1070.

1459. *Πάτερ, τί δ' ἐστὶ τἀξίωμ', ἐφ' ᾧ καλεῖς;*] *Τἀξίωμα, votum, petitio.* Musgr. Gl. *βούλημα*. Deorum *ἀξίωμα* modo habuimus v. 1451.

1462. *Ἴδε μάλα μέγας ἐρείπεται*] *Ἐρείπεται* per enallagen constructionis dicitur. Vid. ad Electr. 122. [123. *τάκεις οἰμωγάν*.] Musgr. Laur. A. verba *μάλα μέγας* in rasura scripta habet. Idem cum Par. F. *ἐρίπεται*. Ut *ἐρείπω dejicio* significat, ita *ἐρείπομαι cado*.

1464. *κτύπος ἄφατος ὅδε διόβολος. ἐς δ' ἄκραν*] Ut constet metrum, rescribendum videtur *κτύπος ὅδ' ἄφατος*. Heath. *Κτύπος ὅδ' ἄφατος διόβολος. ἐς ἄκραν.* Male Aldus contra metri rationem *κτύπος ἄφατος ὅδε*. Male etiam seq. v. *ἐς δ' ἄκραν*. Languidum sermonem reddit istud *δέ*, qui per asyndeta longe melius procedit. Versus est dimeter paeonicus brachycatal. Strophicum interpolavit Triclinius: *παρά γ' ἀλαοῦ ξένου*. Quae facillima erat aequandorum metrorum ratio, eam non vidit hominis stupor. Brunck. *Κτύπος ἄφατος ὁ διόβολος. ἐς δ' ἄκραν.* Bene Aldus *ἐς δ' ἄκραν*: Nam τῷ *δὲ* fulcitur versus. Vocis *ὅδε* posterior syllaba nata ex *δι*, quod ex metro intelligitur. Both. Dupliciter peccavit Brunckius *δὲ* expungens particulam. Nam et concinniores sunt ictus pedis dochmiaci, *διόβολος· ἐς δ' ἄκραν*, et opus est particulae ligamento vel maxime. Nam syllabae *διο* in unam contrahuntur, exemplo egregio illis adnumerando, quae tractavimus in Conjectt. p. 291. 292. Adde v. 1461. [1466.], *οὐρανία*. Similiter v. 1555. [1564.] redintegravimus *νεκύων* tanquam bisyllabum. Reis. Omnes MSS. ut impressi ante Brunckium. Hic versus in plerisque libris ita in duos divisus est: *κτύπος ἄφατος ὅδε* | *διόβολος. ἐς δ' ἄκραν.* Quos recte conjunxit Seidlerus p. 107. Dochmiacus est dimeter, ut in eadem antistropho v. 1470. in proxima stropha vv. 1480. 1481. 1484. et fortasse 1478. Melior est Bothii conjectura *κτύπος ἄφατος ὁ* quam Heathii *κτύπος ὅδ' ἄφατος*. Sed utraque mala. Male etiam Reisigius *διόβολος* trisyllabam esse contendit. Non hic versus corruptus videtur, sed strophicus 1449.

1464. κνύπος διόβολος. Eustathius ad Il. H. 479. [p. 692, 53. Σημείωσαι δὲ ὅτι] ἐκ τοῦ Ζεὺς σμερδαλέα κτυπέων, λαβὼν ὁ Σοφοκλῆς ἔφη τό, μέγας κτύπος, ἄφατος, διόβολος. ἐν οἷς δηλοῖ ἐκεῖνος καὶ ὅτι βέλη Διός, οὐ μόνον κεραυνοὶ καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ βρονταί. ὅμως καὶ τοὺς ῥαγδαίους ὑετούς, καὶ μάλιστα τοὺς χειμερίους, τοιούτῳ λόγῳ δύσομβρα βέλη λέγει. (Antig. 358.) Brunck.

1466. ἔπτηξα θυμόν.] Vat. ἔπτυξα. Doricam formam ἔπταξα reponere non audeo, licet ἐξέπταξας habeat Euripides Hec. 180.

1466, 7. οὐρανοῦ | γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν.] Vulgo οὐρανία, corrupto versu. Both. Longa ultima in οὐρανία hic prorsus tolli nequit. Ergo jure agnovit eam Lobeckius ad Ajacem, p. 327.: quanquam anapaestum esse, non concedam. Itaque praetermisimus eum in Conjectt. p. 37. . Ego enim extremis contractis syllabis tanquam trisyllabum esse pronuntiandum reor. Hermannus autem ad Hecubam, p. 167. οὐράνια proposuit. Reis. Sententiam postea mutavit Hermannus, qui Elem. p. 54. et 122. συνεκφώνησιν fieri in οὐρανία contendit. Qua de συνεκφωνήσει vide ad δυοῖν Oed. T. 640. Omnes MSS. οὐρανία γὰρ ἀστραπή, ut impressi plerique. In omnibus quos vidi vocabulum οὐρανία plene scriptum legitur, non ουνια per compendium. Gl. in Laur. A. ἀντὶ τοῦ ταχεῖα, quod mutuo sumsit Suidas v. Οὐρανία ἀστραπή. Quum οὐρανία metro repugnet, nec ταχεῖα significare possit, vix dubitari possit, quin corrupta sit scriptura. Nemini non [Elmsleio ad Eurip. Heracl. v. 822. ED. LIPS.] in mentem venit οὐρία.

1468. Τί μὰν ἀφήσει βέλος;] *In editis, quotquot vidi, nullo sensu legitur τέλος. Forte et pro οὐκ ἄνευ* [v. 1470.] *concinnius refingas οὐδ' ἄνευ.* [Abreschius] Miscell. Observ. Vol. V. T. I. p. 88. Lond. B. Mihi quidem plane contrarium videtur, nullo scilicet sensu βέλος hic legi, optimo vero τέλος. Haud immerito Chorus, de eventu a fulgure praenuntiato sollicitus, quaerit, *Quemnam emittet finem,* id est, quem finem portendat, aut qualem exitum sortiri debeat. Heath. Ἀφήσει τέλος. Vide an defendi possit ex Aeschyl. Sept. c. Theb. 161. Eurip. Orest. 1575. [1545.] Sunt enim quibus reponendum videtur βέλος. Musgr. Infelix Abreschii conjectura vix mentione digna erat

Omnes MSS. τί μάν (vel τιμάν) ἀφήσει τέλος, ut impressi, nisi quod Laur. A. ἀφ ἤς, Par. F. ἀφῆς.

1469. δέδια τόδ'.] [Mox] legendum videtur οὐ γ' ἅλιον, non οὐ γάρ, alias metrum antithetico non respondebit. Aut melius adhuc forsan δέδια δ', juxta Canterianam et Turnebianam, non δέδια τόδ'. HEATH. Ed. Turneb. δέδια δ', quod sensui satisfacit, metro (291) convenientius est. MUSGR. Δέδια δ'. Sic recte T. et Turnebus ad metri rationem. Aldus perperam δέδια τόδ' — BRUNCK. Plerique MSS. δέδια τόδ', ut Aldus. Laur. A. δέδεια τόδ'. Tricliniani Par. T. Farn. δέδια δ'. Quam scripturam a Turnebo admissam expulit Stephanus, revocavit vero Canterus.

1469, 70. οὐ γὰρ ἅλιον | ἀφορμᾷ ποτ',] Omnes editi habent ἀφορμᾷ; et Scholiastes sic legit; et sensus optimus est: *non enim irritum discedit.* Interpres Latinus legit videlicet ἐφορμᾷ. VAUV. Johnsonus: *non enim temere grassatur unquam.* MSS. plerique ἀφορμᾷ (vel ἀφορμᾶ) ut vulgo. Sed Laur. A. ἀφορμᾶ. Gl. in eodem ad verba οὐκ ἄνευ ξυμφορᾶς: ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἐφορμᾶ. Participium ἐφορμῶν legitur v. 812.

1470. οὐκ ἄνευ ξυμφορᾶς.] Omnino reponendum οὐδ'. HEATH. Οὐκ frustra in οὐδ' mutari jubet cl. Heath: vehementior enim affectus ex repetita negatione absque conjunctione nascitur. Συμφορὰ est quod nos Galli dicimus *un événement.* VAUV. Οὐδ' ἄνευ. Sic bene Heathius. Male in libris οὐκ ἄνευ. BRUNCK. Οὐκ recte servat Vauvilliersius. BOTH. Jure pugnat Bothius pro οὐκ cum Vauvilliersio contra Brunckii Heathiique sententiam. REIS. Ipse Brunckius ad v. 247. *Ἀσύνδετα amat affectus.* Euripides El. 198. Οὐδεὶς θεῶν ἐνοπὰς κλύει | τᾶς δυσδαίμονος, οὐ παλαι | ὧν πατρὸς σφαγιασμῶν.

1472, 3. Ὦ παῖδες, ἥκει τῷδ' ἐπ' ἀνδρὶ θέσφατος | βίου τελευτή,] Par. B. τῶδ' ἐπανδρί. Vulgatam scripturam solicitare supersedeo. Sed non male legeretur τῷδε τἀνδρί, quod pro ἐμοὶ toties apud tragicos exstat. Vide ad verba ἄρ' ἔτ' ἐμψύχου v. 1486.

1473. κοὐκέτ' ἔστ' ἀποστροφή.] Scriptum est in quibusdam cod. [et in appendice Turnebianae] ὑποστροφή. Sed ἀποστροφὴ pro ἀποφυγὴ (ut et ipse schol. exponit) novum non est: at ὑποστροφὴ contra, plane

novum, mihi quidem certe. STEPH. Ἀποστροφή, *effugium*. Vide ad Eurip. Med. 1232. [1223. γνώσει γὰρ αὐτὴ ζημίας ἀποστροφήν.] MUSGR. Vat. et fortasse plures κοὐκέτ' ἔσθ' ὑποστροφή.

1474. *Πῶς οἶσθα; τῷ δὲ τοῦτο συμβαλὼν ἔχεις;*] Nescio qua incogitantia Brunckius hunc versum assignaverit Antigonae; quam tamen Oedipus jam docuerat sua appropinquantis mortis indicia v. 1454. [1460.] REIS. Versum 1474. choro tribuunt omnes
(292) impressi ante Brunckium, nisi quod Turnebus in appendice Antigonae personam habet. Rectius Antigonae tribuitur.

1474. Elegantius Aldina: *Πῶς οἶσθα; τῷ δὲ τοῦτο συμβαλὼν ἔχεις;* HEATH. Et hunc versum pessime interpolavit Triclinius: *Πῶς οἶσθα τοῦτο; τῷ δὲ συμβαλὼν ἔχεις;* BRUNCK. Ita Par. B. (quem neglexit Brunckius) T. Vat. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium. Laur. B. Par. A. Ricc. eodem ordine quo Aldus. Laur. A. Par. F. τοῦτο prorsus omittunt.

1478, 9. *Ἔα, ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται | διαπρύσιος ὄτοβος.*] Vulgo: *Ἔα, ἔα. | ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται.* Quibus accommodans antistrophica Triclinius scripsit: *Ἰού, ἰού. | ἰὼ παῖ, κ. τ. λ.* Nam nullis in codicibus MSC. neque in Ald. comparent istae ejulationes ἰού, ἰού. Sed verisimilius est, frequenti librariorum lapsu ἔα bis positum fuisse, et ἰὼ semel, cum illud semel, hoc bis, inserendum esset. BOTH. Bothium sequitur Seidlerus de Versibus Dochm. p. 56. 174. Vel potius eaedem conjecturae, quae Bothio, Seidlero etiam in mentem venerunt. Omnes impressi ante Heathium cum plerisque MSS. ἰὼ male geminant Oed. T. 162. Non mirum igitur, si ἔα male bis scriptum est nostro versu. Potest etiam ἰδοὺ pro librariorum additamento haberi. Vide ad Phil. 1469. In re incerta nihil mutavi, nisi quod auctore Bothio duos versus in unum contraxi.

1478. Par. B. Ricc. Vat. ἀφίσταται. Ceteri MSS. recte ἀμφίσταται. Suidas v. Ὄττοβον, περιίσταται.

1479. Ricc. διαπρούσιος. Hesychius: *Διαπρούσιον: διαπορεύσιμον, μακρόν, διὰ πάντων δεξιόν, ἐξάκουστον, μέγαν, διάτονον.* Ita fere MS. Corrigunt viri docti *Διαπρύσιον — δεξιόν — μέγα.* Sexies in Iliade legitur versus, ἤυσεν δὲ διαπρύσιον, Δαναοῖσι (vel Τρώεσσι) γεγωνώς. Diverso sensu Il. *P.* 748. Plura debuit Hesychii interpretes.

1479. Libri Tricliniani scripti et impressi ὄττοβος. Sic etiam Suidas v. Ὄττοβον. Qua de forma vide ad Aj. 1202. De metro hujus versus vide ad antistrophicum 1493.

1480, 1. ἵλαος, δαῖμον, ἵλαος, εἴτι γᾶ | ματέρι τυγχάνεις ἀφεγγὲς φέρων.] Ita juxta Aldinam rescribendum est, ut constet metrum: Ἵλαος, ὦ δαίμων, ἵλαος, εἴτι γᾶ. In Aldina quidem legitur δαῖμον, sed nominativum pro vocativo poni apud Atticos usitatum. HEATH. Plerique MSS. ὦ δαῖμον, ut Aldus. Ricc. ὦ δαιμων. Laur. A. ὦ δαίμων, quod recte (293) admisit Bothius. Par. T. δαῖμον. Farn. et edd. recentiores ante Brunckium δαῖμον.

1480. Subintelligitur ἴσθι. BURT. Par. F. ἵλαος ἴσθι γᾶ.

1481. Invenitur etiam ἀφθεγγές: quam vocem agnoscit et schol. si non mentiuntur ejus scholiorum exemplaria. STEPH. Perperam in scholiis legitur ἀφθεγγές, sicuti scriptum est in B. T. Prava lectio ex interpretatione ἄρρητον orta. BRUNCK. Laur. B. Par. A. ἀφεγγές, ut impressi. Ricc. ἀφεγγές, cum gl. ἄρρητον. Farn. ἀφθεγές. Ceteri MSS. ἀφθεγγές. Margo Turnebianae ἄφθεγγες (sic). Gl. in Laur. A. χαλεπόν. Metro convenientius est ἀφεγγές, quod *calamitosum* reddit Winsemius, *ominosum* Johnsonus, *infaustum* Brunckius.

1482, 3. ἐναισίου δὲ συντύχοι | μι,] Legitur et ἐν αἰσίῳ [in Turnebiana]. Fortasse autem ἐναισίῳ potius scribendum est conjunctim. STEPH. Ἐν αἰσίμῳ. Ed. Ald. ἐναισίου. Ed. Turneb. ἐν αἰσίῳ. Suidas ἐναισίμῳ, ut legi jubet Toupius in locum, qui cum ἐναισίμῳ connectere videtur subintellectum πράγματι. Ego ex sequentibus ἀνδρὶ ad sententiam absolvendam advocaverim: ἐν αἰσίμῳ δὲ συντύχοιμι τῷ ἀνδρί, *prospere eveniat mihi in hunc virum incidisse.* MUSGR. Ἐναισίου. Sic Aldus et veteres codd. In T. ἐναισίῳ. Apud Suidam [v. Ἐναίσιμος legitur] ἐναισίμῳ in Kusteri editione: Mediolanensis habet ἐναισίῳ [imo ἐν αἰσίῳ]. Illud tuetur Toupius I. 133. [T. I. p. 171.] sed ei nequaquam ausculto. Verbum compositum saepissime casum adsciscit, quicum simplex construi solet. Vide quae notavimus ad Eurip. Or. 1291. Cu-

jus rei aliud illico se offert exemplum: *ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμι*, pro *ἀκερδέος χάριτος*. Vel, si mavis, *μετάσχοιμι* positum est pro *σχοίην*, et *συντύχοιμι* pro *τύχοιμι*. Brunck. *Συντυγχάνειν τινός*, absque ellipsi, quis veterum dixerit, nosse cupio. Recepi igitur *ἐναισίῳ*, i. e. *ἐναισίῳ πράγματι*. Both. *Ἐναισίῳ*. Sic dedi non sine librorum auctoritate. V. Toup. Emendat. T. I. p. 171. s. et Porson. Append. ad Toup. p. 445. [cujus verba sunt: *neque enim ἐντυγχάνειν aut συντυγχάνειν genitivo praeponuntur, quicquid contra dicat Brunckius*.] Schaef. In Philocteta, v. 320., *ἐγὼ δὲ καὐτὸς τοῖσδε μάρτυς ἐν λόγοις | ὡς εἴσ' ἀληθεῖς, οἶδα συντυχὼν κακῶν | ἀνδρῶν Ἀτρειδῶν, τῆς τ' Ὀδυσσέως βίας.*, ipse multis artificiis extricare nihil quicquam potui vulgatis verisimilius. (294) Nimius ergo in contrariam partem Porso est. Etenim dum ista Sophoclea erunt, nec *ἐναισίου* in hoc loco neque in Philocteta, v. 1533., in corruptelae suspicionem vocare ausim. Reis. MSS. Tricliniani Par. T. Farn. *ἐναισίῳ* vel *ἐναισίω*, unde Turnebus *ἐν αἰσίῳ*. Vat. *ἐν αἰσίῳ δὲ συντύχοι μοι*. Ceteri MSS. *ἐναισίου δὲ συντύχοιμι*, quod a Turnebo mutatum Stephanus ex Aldina revocavit. Sequor Bothium et Schaeferum.

1483. *μηδ' ἄλαστον ἄνδρ' ἰδών*,] *Ἄλαστον*, *miserum, infelicem*. Sic *τέκνον ἄλαστε* Callim. Lav. Pallad. 87. Musgr. Brunckius *scelestum*. Potius *exsecrandum, devotum, θεομισῆ*.

1484. *ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμί πως*.] Grammaticus apud Bekkerum p. 364. *Ἀκερδὴς χάρις: ἡ μὴ δεόντως δεομένη*. Schol. *ἧς φαῦλον τὸ κέρδος*. Brunckius *malam gratiam*.

1484. Gl. ad *μετάσχοιμι*: *ἀντὶ τοῦ σχοίην*. De constructione vide Brunckium ad v. 1482.

1486. *Ἆρ' ἐγγὺς ὡνήρ;*] Perperam libri omnes contra metri et sermonis legem, *ἀνήρ*. Brunck. Recte Schaeferus *ὡνήρ*. Vide ad vv. 32. 630. 1663.

1486, 7. *ἆρ' ἔτ' ἐμψύχου, τέκνα, | κιγχήσεταί μου*,] Vat. *ἆρ' ἔτ' ἐπ' ἐμψύχου*. Forsan fuerint, qui legerent *ἆρ' ἐπ' ἐμψύχου*.

1488. *ΧΟ. Τί δ' ἂν θέλοις τὸ πιστὸν ἐμφῦναι φρενί;*] Sic Ald. Franc. Turn. C. Ita ad oram codicis sui reposuerat Scaliger. Sed Editt. Steph. Cant. et T. Antigones personam praefigunt. Burt. Rectius

in Aldina hic versus Choro tribuitur. HEATH. Hunc versum Aldus perperam Choro tribuit. BRUNCK. Invito me irrepsit Antigonae persona ex Brunckiano exemplo in locum Chori, cui haec tribuuntur in Aldino exemplari. Nimirum Brunckius ad Antigonam pertinere existimabat iccirco, quia *τέκνα* alloquitur Oedipus. At rogare haec multo magis intererat Atheniensium, quam filiae non nimium curiosae. REIS. Choro hunc v. tribuit Laur. A. De ceteris MSS. silent chartae meae. Consentiunt omnes impressi ante Stephanum, qui Antigonae personam admisit ex appendice Turnebianae. Stephanum sequuti sumus omnes praeter Reisigium, qui unde didicerit, Oedipi filiam non nimium curiosam fuisse, equidem ignoro.

1489, 90. *Ἀνθ' ὧν ἔπασχον εὖ, τελεσφόρον χάριν | δοῦναί σφιν,*] Hoc *σφιν* pro *οἱ* positum esse vult Scholiastes, et Suidas, qui ejus verba descripsit. Sed vix ante credetur, donec hoc uno exemplo pugnabitur, (295) eo magis incerto, quod non soli Theseo gratiam rependere volebat Oedipus, sed ipsi et civibus et reipublicae, ut patet ex vers. 1565. et 1566. [1508, 9.] VAUV. *Σφιν*, Theseo et civibus Atticis, ut bene monet Vauvillierius. BOTH. Homerus Hymno in Pan. 19. *σὺν δέ σφιν τότε νύμφαι ὀρεστιάδες λιγύμολποι.* Quod exemplum cum nostro contulit Aug. Matthiae Gramm. Gr. §. 147. p. 176. Plura non reperi. Sed *σφε* pro *αὐτὸν* dixit noster v. 40. Eodem igitur jure *σφιν* pro *αὐτῷ* dicere potuit. Neque opus scholiastae excusatione: *ἀντὶ τοῦ αὐτῷ (κατὰ τιμὴν δὲ πληθυντικῶς) ἃ πάροιθεν ὑπεσχόμην.*

1490. *ἤνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην.*] Verte, *quam impetratis quae cupiebam promiseram.* HEATH. Notanda hypallage, pro *ἤνπερ ἔτυχον ὑποσχόμενος.* Vide Eustathium ad Il. *Δ.* p. 505. et Koenium ad libellum de Dialectis p. 55. BRUNCK. [*Oed. C.* 1490.] *ἤνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην male cepere Interpretes. Sensus est*, quam promisi, si ipse a Theseo id quod peterem, consequerer. Porsonus ad Euripid. Hecub. v. 788. p. 65. edit. Lips. alt. SCHAEF. Hermannus ad Vigerum n. 198. *ἤνπερ ὑποσχόμενος τυγχάνω*, fere ut Brunckius. Nescio an melior sit Heathii interpretatio quam Porsoni. *Τυγχάνων* pro *ὅτε ἐτύγχανον, ὧν ἐβουλόμην* scilicet. Ceterum Vat. *ἠνεσχόμην.*

1491. *Ἰού, ἰού.*] Has voces Triclinius addidit, ut antistrophe numero versuum par esset strophae.

Brunck. Praemissa exclamatio ἰοὺ ἰού laetitiae nuntia comoediae est propria, non aeque tragoediae communis, ubi fere angori inservit, ut Oedip. Tyr. 1071. 1181., Philoct. 38.. Praeterea illa Triclinii duntaxat fide satis infirma nititur. Nam superiores particulae ἔα, ἔα, proodi loco stropham antegrediuntur, cujusmodi nonnulla tractavimus in Conjectt. p. 284. seqq.. Reis. Carent additamento ἰοὺ, ἰοὺ omnes libri ante Brunckium praeter solos Triclinianos. Vide annotata ad v. 1477.

1492. Ἰὼ παῖ, βᾶθι, βᾶθ', εἴτ' ἄκραν] Minus perspicio, quo consilio Elmsleius ad Euripidis Medeam, p. 267., annot., Ἰὼ παῖ προβᾶθι βᾶθ' proposuerit in modum verborum v. 837. [841.] Metri forma haec est: ⏑ – ⏑̄ | – ⏑ – – ⏑ –: amphibracho creticis pedibus duobus subjunctis. Reis. Seidler. p. 36. et 174. ἰὼ geminandum censet: Ἰὼ ἰὼ παῖ, βᾶθι, βᾶθ' εἴτ' ἄκραν. Elmsl. ad Med. v. 1219. sq. conj. Ἰὼ παῖ προβᾶθι, βᾶθ'. εἴτ' ἄκραν, quod ipsum mihi quoque in mentem venerat. Cf. v. 841. Eur. Orest. 179. 1469.. ed. Pors. Mart. Seidlerus Bothium sequutus est, ut monui ad
(296) v. 1478. Sed v. 1492. ut ab illis constitutus est, non optime strophico suo respondet, licet sanum videatur ὦ δαίμων v. 1480. Paullo melius meum προβᾶθ', quod quo consilio reposuerim, ignorare se affirmat Reisigius. Hodie scripturam hujus versus in medio relinquo.

1492—5. εἴτ' ἄκραν | ἐπὶ γύαλον ἐναλίῳ | Ποσειδαωνίῳ θεῷ τυγχάνεις | βούθυτον ἑστίαν ἁγίζων, ἱκοῦ.] Εἴτε. Non sequente altero εἴτε huic respondente, non fieri potest quin lacuna hic subsit. Reisk. Herodotus II. 125. ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ τὸν δεύτερον εἵλκετο στοῖχον, ἐπ' ἄλλης μηχανῆς, (ὅσοι γὰρ δὴ στοῖχοι ἦσαν τῶν ἀναβαθμῶν, τοσαῦται καὶ μηχαναὶ ἦσαν,) εἴτε καὶ τὴν αὐτὴν μηχανὴν ἐοῦσαν μίαν τε καὶ εὐβάστακτον μετεφόρεον ἐπὶ στοῖχον ἕκαστον. Plato Alcib. II. p. 148. B. Τοῦτον μὲν τοίνυν, ὦ Ἀλκιβιάδη, καὶ Λακεδαιμόνιοι τὸν ποιητὴν ἐζηλωκότες, εἴτε καὶ αὐτοὶ οὕτως ἐπεσκεμμένοι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἑκάστοτε παραπλησίαν εὐχὴν εὔχονται. Multa his similia occurrunt. In Sophoclis verbis, Ἰὼ παῖ, βᾶθι, βᾶθι, subauditur ἐξ οἴκων. Arbitratur chorus, aut domum reversum esse Theseum, aut ad aram Neptuni, quam clamore exorto reliquerat, in re divina facienda denuo occupari.

1493. Ut constet metrum, et antithetico respondeat, rescribendum videtur ἐπ' αἰγιαλὸν ἐναλίῳ. Heath. Cl. Heath scribit ἐπ' αἰγιαλόν, *ut versus*, inquit, *strophico respondeat*. Debuerat ergo ἄκραν etiam in ἄκρον mutare. Nam αἰγιαλὸν generis masculini. Sed metro et sensui satisfacit γύαλον, quod Etymol. magnus [p. 243, 12.] interpretatur κύβον, λίθον τετράγωνον, quae forma lapidis in aris praecipue usui fuit *. Nihil igitur muto, nisi quod ἔπι scribo, accentu in priorem retracto, ut sensus sit: *Etsi in aliquo promontorio lapidem quadrangularem consecras deo marino Neptuno aram victimis immolandis*. Vauv. Ἐπ' αἰγιαλόν. Sic bene Heathius. Libri omnes ἐπὶ γύαλον. Nec idcirco, ut nupero editori Parisino videtur, scribi debuit ἄκρον, quia αἰγιαλὸν generis est masculini. Nam ἄκραν non magis ad αἰγιαλὸν refertur, quam ad γύαλον, quod et ipsum generis est neutrius: sed ordo est, εἴτε ἄκραν βούθυτον ἑστίαν ἐπ' αἰγιαλὸν ἁγίζεις. Brunck. Nec sententiae utilis, et metro plane inutilis, est Heathii correctio: verborum vero constructio, quae placebat Brunckio, dura mihi videtur, ut Vauvillerio potius auscultarim, ἄκρον reponenti. Nove autem, sed non insulse, dicitur ἄκρον γύαλον (297) pro τὸ ἄκρον vel ἡ ἄκρα τοῦ γυάλου, i. e. *editus in valle locus*, *collis*, *mons*: quo fere modo Helvetii dicunt *eine Thalhöhe*. Cf. 1508. [1551. τὸν τελευταῖον βίον.] Both. [Vulgo εἴτ' ἄκραν | ἐπὶ γύαλον ἐναλίῳ.] Vix credi potest, versum esse factum a poëta politissimo hujuscemodi: ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ –, *dactylo cum anacrusi atque soluta arsi* juncto cretico item soluta arsi. Omnino velim exemplum dactyli ejusmodi cum anacrusi cognoscere. Jam vero intelligendum est, ἐπί praepositionem cum accusativo haud aptam esse prorsus ad loquutionem βούθυτον ἑστίαν ἁγίζων. [Deinde] vallium concava sunt γύαλα numero multitudinis, nec usquam hac potestate γύαλον dictum reperio, qui est locus cavus angustior. Neque enim illud est praetermittendum, Scholiastam jubere ἐπί ad ἄκραν retrahi, ἵν' ᾖ ἐπ' ἄκραν πέτραν. Is vero hac ratione, si γύαλον accusativum legisset,

* Idem Etymologus p. 243, 10. Γύαλα: τὰ ἄκρα καὶ τὰ τέρματα, ζώνας, τέμπη, πτερύγια, ποτήρια, πτυχάς, στολισμούς, περιβόλους. Comici alicujus fragmentum esse arbitror. Post ζώνας excidisse videtur τε ante τέμπη.

explicare illa nullo modo potuisset: ut videatur eam ipsam ob causam id ei ante oculos obversatum esse, quod edidimus, *γυάλων*. Cogitabat igitur *ἐπ' ἄκραν πέτραν γυάλων*. Non enim credo eum ita inertem fuisse, ut Suidam, qui Vol. I. p. 90. compilato temere Scholiasta, refert: *Ἄκραν ἐπὶ γύαλον: ἐπ' ἄκραν πέτραν.* Denique laboramus in *εἴτε* cui nihil congruit: neque etiam *ἄκραν* nominis explicatum ullum consequimur, nisi *ἐπὶ γυάλων* separetur. Quocirca correctionem hanc adhuc exputo: *Ἰὼ παῖ, βᾶθι, βᾶθ' εἴτ' ἄκραν | ἢ 'πὶ γυάλων ἐναλίῳ | Ποσειδανίων θεῷ τυγχάνεις | βούθυτον ἑστίαν ἁγίζων, ἵκου.* Id enim est: *sive in summo cacumine sive in vallibus Neptuniis aram consecras, veni.* Ceterum Heathii Brunckiique *ἐπ' αἰγιαλὸν* nec *in littore* nec *prope littus* valet. REIS. In verbis *εἴτ' ἄκραν ἐπὶ γύαλον ἐναλίῳ* nihil mutant MSS. nisi quod Vat. *ἐπ' ἄκραν* habet, (de quo errore videndus Porsonus ad Phoen. 1277, 8.) Laur. A. Par. B. F. et fortasse plures, *ἐπιγύαλον*. Laur. A. inter *ἐπιγύαλον* et *ἐναλίωι* vacuum habet spatium sex vel octo literarum. Sed nihil erasum est. Recte Brunckius verba *ἄκραν βούθυτον ἑστίαν* conjunxit. *Ἄκρον τύμβον* vel tale quid dixerunt Sophocles El. 894. Euripides Hec. 94. 524. Or. 116. *Ἄκρον βωμὸν* explicant grammaticorum commenta de vocabulo *altare*. Festus p. 20. *Altaria ab altitudine dicta sunt, quod antiqui diis superis in aedificiis a terra exaltatis sacra faciebant: diis terrestribus in terra: diis infernalibus in effossa terra.* Sequentia verba, *ἐπὶ*
(298) *γύαλον*, mire interpretes exercuerunt. Schol. *Ἢ ἐπι πρὸς τὸ ἄκραν, ἵν' ᾖ, ἐπ' ἄκραν πέτραν.* Idem ad *γύαλον*: *ἀντὶ τοῦ πέτραν.* Qui haec scripsit, in animo habebat verba *Ὦ κοίλας πέτρας γύαλον* Phil. 1081. Heathii conjectura *ἐπ' αἰγιαλὸν* tum ob alias caussas absurda est, tum quia nulla littoris marini mentio hic esse potest. Agitur enim de ara Neptuni Equestris, quae non longe ab Academia aberat. Quum verba *ἐπὶ γύαλον* nullo modo explicari possint, ita ut ad conjecturas necessario confugiendum sit, vide an reponendum sit *ἐπίγυον*, quod *ἐπιχωρίαν* significare videtur. *Γύης* enim apud tragicos idem fere significat quod *χῶρος*. Exemplum habemus v. 58. Quum plures in Attica essent arae Neptuni, eam, apud quam Theseum sacrificare suspicatur, *ἐπίγυον* appellat chorus, utpote in ipso Colonensium pago

positam. Hodie non exstare videtur vox *ἐπίγυος*, nec nisi memoria servari ab Etymologo p. 358, 30. *Ἐπιγύης: ὄνομα δίκης. ὁδός ἐστι καὶ τρίβος μεταξὺ δύο γειτόνων διατέμνουσα τὰ χωρία ἐξ ἑκατέρου.* Paullo aliter grammaticus apud Bekkerum p. 252. Hinc *ἐπίγυος ὁδός* Atticis restituendum videtur *. Quid significet *ἀμφίγυοι* apud Sophoclem Trach. 504. incertum est. Fortasse *γείτονες*, *vicini*. Quod attinet ad metrum, optime convenit *ἐπίγυον* antistrophico versui *διαπρύσιος ὄτοβος*, cujus ultima syllaba ratione τῆς *ἀδιαφόρου* producitur.

1494. Syllaba tertia et quarta in *Ποσειδαωνίῳ* in unam per synizesin contrahuntur. Heath. *Ποσειδαωνίῳ* offendit jam olim Scholiastam, inepte pro Neptuni nomine positum: *διὸ κεῖται τὸ χ.* Vulgata vero scriptura quum una syllaba exsuperet, *Ποσειδανίῳ* proposuit Seidlerus [p. 43.], Passoviusque in Melett. Critt. de Aeschyli Persis, p. 51. At qua tandem ratione *Ποσειδῶν* potest *Ποσειδάνιος θεός* nuncupari? Hoc unum restat, ut *Ποσειδανίων* ad *γυάλων* applicetur, quod facile unicuique persuaderi puto. Reis. Ricc. *ποσειδαονίῳ.* Vat. *ποσειδωνίω.* Ceteri MSS. *ποσειδαωνίωι*, vel *ποσειδαωίῳ*, vel *ποσειδαωνίω. Ποσειδάωνα* dixit noster Trach. 502. Hermannus Elem. p. 436. ed. pr. *Ποσειδωνίῳ.* Idem apud Seidlerum p. 43. *Ποσιδωνίῳ*, detrusa scilicet syllaba ω e superiore versu. Recte Seidlerus *Ποσειδανίῳ.* Novum loquendi ge- (299)
nus *Ποσειδανίῳ θεῷ* pro *Ποσειδᾶνι* frustra solicitat Reisigius. Non dissimile est ὁ *Βακχεῖος* (vel *Βάκχιος*) *θεὸς* Oed. T. 1105. licet hoc aliter explicari possit.

1495. Laur. B. Par. A. Ricc. *ἁγίζων*, ut impressi. Laur. A. (in quo supra scriptum *ἁγίζων*) Par. F. *ἁγιάζων.* Par. B. T. Vat. Farn. *αἰγίζων.* Scholiorum ed. Rom. *Ἀγιάζων: ἀντὶ τοῦ ἁγίζων.* Variam lectionem in Laur. A. pro interpretatione accepit editor Romanus.

1496, 7, 8. *ὁ γὰρ ξένος σε καὶ πόλι | σμὰ καὶ φίλους ἐπαξιοῖ | δικαίαν χάριν παρασχεῖν παθών.*] Soloeca videtur oratio, ὁ *ξένος ἐπαξιοῖ σε παρασχεῖν χά-*

* Apud Hesychium v. *Ἐπιγύων* et Suidam v. *Ἐπιγύοις* recte *ἐπιγείων* et *ἐπιγείοις* reposuerunt viri docti. Ita scribendum esse ostendit metrum. Aristophanes Babyloniis apud Harpocrationem v. *Ἐπιβάτης*: *Εὖ γ' ἐξεκολύμβησ' οὑπιβάτης, ὡς ἐξοίσων ἐπίγειον.* Vide Porsonum Praefat. ad Hec. p. lviii.

ϱιν. Ex communi loquendi more dicere videtur debuisse, *παϱασχεῖν σοι καὶ πολίσματι καὶ φίλοις χάϱιν.* Post *ἐπαξιοῖ* distinguendum est commate: *ἐπαξιοῖ σε καὶ πόλισμα καὶ φίλους, ὥστε παθὼν παϱασχεῖν δικαίαν χάϱιν.* Perperam scripti et impressi libri *παθῶν.* Brunck. *Δικαίαν χάϱιν παϱασχεῖν.* Hic infinitivus quomodo intelligendus sit, docet Porsonus ad Euripid. Med. v. 1396. [*Αἲ αἲ, φιλίου χϱήζω στόματος | παίδων ὁ τάλας πϱοσπτύξασθαι.*] Schaef. Porsoni verba sunt: *Virum doctissimum* [nempe Brunckium] *fefellit constructio, quae haec est: χϱήζω φιλίου στόματος, ὥστε πϱοσπτύξασθαι.* Plura vide ad v. 1755. *Τίνος, ὦ παῖδες, χϱείας ἀνύσαι;* Quod attinet ad *παθῶν,* ita plerique libri ante Brunckium. Interpretes pro *εὐεϱγεσιῶν* accepisse videntur. Par. F. a correctore recte *παθών.* Laur. B. *ὧν εὖ πάθοι* ex interpretatione.

1499. *σπεῦσον, ἄϊσσ', ὦ 'ναξ.*] *Σπεῦσον.* Hanc vocem non adgnoscunt veteres codd. in quibus hic versus mancus cum strophico non congruit. Defectum supplevit Triclinius. Brunck. *Ἄϊσσ' οὖν, ὦ 'ναξ.* Versum esse dochmium, ex stropha intelligitur. *Οὖν* absorptum a sequente vocula. Both. *Ἄϊσσ', ὦ ἄναξ.* Seidlerus in libro de Verss. DD. p. 43., correctionem exhibuit: *ἄϊσσ' ὦδ' ἄναξ.* Cur mutationem nostram etiam leviorem repudiaverit, ignoro. Reis. Laur. A. *ἄϊσσ' ὦ 'ναξ.* Neque secus ceteri MSS. praeter Triclinianos Par. T. Farn. qui *σπεῦσον* additum habent. Male hoc additamentum admisit Turnebus, retinuit Brunckius. Praestat syllabarum defectum asteriscis indicare. Desunt autem tres syllabae, modo scribendum sit *ᾇσσ',* ut plerumque apud tragicos.

1500. *Τίς αὖ παϱ' ὑμῶν κοινὸς ἥχεῖται κτύπος,*] Laur. B. *τίς ἂν παϱ' ὑμῶν.* Par. B. *τίς παϱ' ὑμῶν.*
(300) Vat. *τίς παϱ' ὑμῖν.* Deinde Par. B. T. Vat. Farn. *ἡγεῖται.* Ricc. *οἰχεῖται.* Laur. A. B. Par. A. F. *ἠχεῖται,* ut impressi.

1501. *σαφὴς μὲν αὐτῶν, ἐμφανὴς δὲ τοῦ ξένου;*] Aldinam scripturam, *ἐμφανὴς δέ του ξένου,* correxit Turnebus. Omnes MSS. recte *δὲ τοῦ.*

1502, 3. *μήτις Διὸς κεϱαυνός, ἤ τις ὀμβϱία | χάλαζ' ἐπιϱϱάξασα;*] Supplendum *τυγχάνει.* Musgr. Scholiastes participium *ἐπιϱάξασα* (ita enim posuimus aliquantisper vetustatem imitantes) Verbi finiti loco habuit, *ἐπέϱϱαξεν:* eique suffragati sunt relicui. Mus-

gravius: *supplendum*, inquit, *τυγχάνει*. Reis. Sensus neque *ἐπέρραξεν* neque *ἐπιρράξασα τυγχάνει* est, neque opus abruptae orationis signo, quod post haec verba posuit Reisigius. Cogitatione supplendum est *hunc clamorem excitavit*, aut aliquid ejusmodi, quasi praecedat, *Τί αὖ παρ' ὑμῶν κοινὸν ἤγειρεν κτύπον;* Nominativos sine verbo habebimus mox etiam v. 1514, 5.

1503, 4. *πάντα γὰρ θεοῦ | τοιαῦτα χειμάζοντος εἰκάσαι πάρα.*] Fragore perculsus Theseus turbati animi motum orationis fluctibus declarat. Cogitaverat enim: *μή τις Διὸς κεραυνός, ἥ τις ὀμβρία χάλαζ' ἐπιῤῥάξασα χειμάζῃ.* Sed quod mente vix cogitatum erat, impulsu animi in caussae expositionem convertitur: *πάντα γὰρ θεοῦ | τοιαῦτα χειμάζοντος εἰκάσαι πάρα.* Reis.

1505, 6. *Ἄναξ, ποθοῦντι προυφάνης, καί σοι θεῶν | τύχην τις ἐσθλὴν θῆκε τῆσδε τῆς ὁδοῦ.*] Legendum est *τύχην τις ἐσθλὴν τῆσδ' ἔθηκε τῆς ὁδοῦ.* Attici enim augmentum nunquam abjiciunt. Heath. *Θῆκε.* Malim *θεῖτο.* Comparandum votum Oedipi pro Creonte Oed. Tyr. 1491. [1478.] Piersonus [Verisimil. p. 62.] augmentum desiderans, pro *θῆκε τῆσδε* reponebat *τῆσδ' ἔθηκε.* Musgr. *Τῆσδ' ἔθηκε τῆς ὁδοῦ:* Sic voces ordinandas esse nemo non videre poterat. Inconcinne vulgo *θῆκε τῆσδε τῆς ὁδοῦ.* Attici rarissime augmentum omittunt, quo nulla hic poëtam adigebat necessitas. Brunck. Nihil est proclivius emendatione nostra [*ἧκε*, in qua] ordo manet verborum *τῆσδε τῆς ὁδοῦ,* qualis est in Oedipo Tyr. v. 1478., *καί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ | δαίμων ἄμεινον ἢ 'μὲ φρουρήσας τύχοι.* Reis. Omnes MSS. *θῆκε τῆσδε*, ut impressi ante Brunckium. Optima vel potius unica emendandi ratio videtur horum verborum transpositio. Ceterum hoc omissi augmenti exemplum omisi ad Bacch. 1132.

1514. *Τὰ πολλὰ βρονταὶ διατελεῖς,*] In Aldina pro *τὰ πολλὰ βρονταὶ* legitur *αἱ πολλὰ βρονταί*, perperam. Heath. Editio Aldina habet *αἱ πολλαί*, quod stare propter metrum non posse vidit quidem cl. Heath. Sed altius gressum non tulit, et optimae lectionis radicem proculcavit. Legendum enim est *Αἱ πολλὰ βρονταὶ διατελεῖς.* Et sponsorem affero Euripidem in Troadibus: *ὦ πολλὰ κόμπους ἐκβαλὼν φίλον στόμα.* V. 1180. Vauv. *Αἱ πολλὰ βρονταὶ διατελεῖς.* Sic tres codd. Male Aldus *αἱ πολλαί.* Nec melius

(301)

Turnebus τὰ πολλά. Neutrum plurale πολλά, ut saepissime, adverbii vicem sustinet. Glossa recte καταπολύ. BRUNCK. Laur. A. B. Par. F. Ricc. αἱ πολλαί, ut Aldus. Ceteri MSS. recte αἱ πολλά. Edd. recentiores ante Brunckium τὰ πολλά.

1514, 5. τὰ πολλά τε | στρέψαντα χειρὸς τῆς ἀνικήτου βέλη.] Στρέψαντα, *torta*. Observa Enallageu Vocis. BURT. Στράψαντα. Emendatio est Piersoni, proposita Verisimil. p. 139. Rariusculum est στράπτω, sed habet Apollonius Rhod. I. 544. στράπτε δ' ὑπ' ἠελίῳ φλογὶ εἴκελα νηὸς ἰούσης | τεύχεα. Idem lib. III. 1017. et 1215. Oppianus Cyneg. III. 549. et 513. MUSGR. Στράψαντα dedi ex emendatione Jo. Piersoni Verisimil. p. 139. Male vulgo στρέψαντα. BRUNCK. Laur. B. τὰ πολλά τ' ἃ | στράψαντα. Ceteri MSS. τὰ πολλά τε | στρέψαντα, ut impressi ante Brunckium. Piersoni conjecturam post alios adoptavi, licet Apollonius et Cynegeticorum scriptor non tales sint auctores, quales allegare vellem.

1516, 7. πολλὰ γάρ σε θεσπίζονθ' ὁρῶ | κοὐ ψευδόφημα.] Legitur et ψευδόθυμα [in margine Turnebianae]. Sed illam lectionem tutius, ut opinor, sequemur quam hanc. STEPH. Perperam in B. T. ψευδόθυμα, quod mendose scriptum pro ψευδόμυθα, estque hoc glossema genuinae vocis. BRUNCK. Par. B. T. Vat. Farn. ψευδόθυμα. Ceteri MSS. ψευδόφημα, ut impressi.

1516. Post ὁρῶ interpungunt edd. omnes. Arctissime cohaerent verba πολλὰ κοὐ ψευδόφημα. Euripides Alc. 706. εἰ δ' ἡμᾶς κακῶς | ἐρεῖς, ἀκούσει πολλὰ κοὐ ψευδῆ κακά. Ita πολλὰ καὶ ἄλλα, πολλὰ καὶ καλά, et id genus cetera, de quibus plura vide ad Trach. 1279. πολλὰ δὲ πήματα καὶ καινοπαθῆ.

1517. γῶ τι χρὴ ποιεῖν λέγε.] Laur. A. Par. B. F. Vat. χρῆν. Ceteri MSS. χρή, ut impressi.

1518, 9. Ἐγὼ διδάξω, τέκνον Αἰγέως, ἅ σοι | γήρως ἄλυπα τῇδε κείσεται πόλει.] Σοι hic loci est pro σου, ut saepe. *Κείσεται ἐν τῇδέ σοι, in hac tibi,* in
(302) hac tua *urbe*. REISK. Ita ter in una fabula Euripides, modo Rhesus Euripidis sit*. V. 268. Ἦ πόλλ' ἀγρώσταις σκαιὰ πρόσκειται φρενί. V. 644. ἐχθρῶν

* Ad verba δύεται σημεῖα v. 519. in scholiis nuper editis legitur: *Κράτης ἀγνοεῖν φησὶ τὸν Εὐριπίδην τὴν περὶ τὰ μετέωρα θεωρίαν, διὰ τὸ νέον ἔτι εἶναι, ὅτε τὸν Ῥῆσον ἐδίδασκε,* Si juvenis Rhesum docuit Euripides, non mirum eam ceteris ejusdem poëtae tragoediis tam dissimilem esse.

τις ἡμῖν χρίμπτεται στρατεύματι. V. 663. Σύ τοι με πείθεις, σοί τε πιστεύω λόγοις. Noster infra v. 1632. δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις.

1519. Γήρως. Ἕως γήρως. Schol. Ἄλυπα. Forsan ἄλυτα. BURT. Interpretes quos vidi omnes ἕως hic subaudiri putant, ut constructio sit ἕως γήρως. Sallierius (vide Hist. Acad. Gallic. Inscript. tom. III. p. 121. [T. V. p. 84. ed. maj.]) pro γήρως reponit καλῶς, aut, si id minus placeat, γέροντ' pro γέροντι. Vulgatam lectionem optime se habere existimo, genitivum autem γήρως ab adjectivo ἄλυπα regi, ut γήρως ἄλυπα sint τὰ ὑπὸ γήρως μηδεπώποτε [imo μηδέποτε] λυπηθησόμενα, id est, *a senectute* (sive *temporis diuturnitate*) *nullam unquam imminutionem sive labem sensura.* HEATH. Γήρως ἄλυπα, *senectutis labem non experientia.* Οὐκ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος. Aesch. Sept. ad Theb. 688. VAUV. Γήρως ἄλυπα non significat ἄλυπα ἕως γήρως, ut perperam Scholiastes interpretatur, sed ὑπὸ γήρως μὴ λυπηθησόμενα: *quae senium nunquam sentient, quae nullo consenescent aevo.* Sic bene accipit Heathius, et miror a quoquam aliter accipi potuisse. BRUNCK. Ita mox ἄθικτος ἠγητῆρος. Sed simillimum est ἄλυπος ἄτης El. 1002.

1519. Laur. A. γρ. σῇι τε κείσεται. Par. F. σῇ τε κείσεται. Margo Turnebianae σῇδε mendose pro σῇ τε, quod in Scholiis memoratum repererat Turnebus. Qui hanc scripturam excogitavit, nesciebat vulgatam τῇδε post alterum dativum σοι rectissime se habere.

1520. χῶρον μὲν αὐτὸς αὐτίκ' ἐξηγήσομαι,] In Laur. B. deest αὐτός.

1521. ἄθικτος ἡγητῆρος,] Par. A. Ricc. Vat. ἄθηκτος.

1522. τοῦτον δὲ φράζε μήποτ' ἀνθρώπων τινί,] Vix conciliari haec possunt cum ultimis Oedipi verbis v. 1641. unde constat non solum Theseum verum etiam Oedipi filias et Thesei famulos ad ipsum mortis locum cum Oedipo pervenisse. Sed nihil minus curabant tragici, quam ut hujusmodi errores vitarent. Insigne exemplum vide ad v. 1590.

1523. μήθ' οὗ κέκευθε, μήτ' ἐν οἷς κεῖται τόποις.] Hoc exemplo usus sum ad Euripidis Bacch. 617. οὔτ' (503) ἔθιγεν, οὔθ' ἥψατ' ἡμῶν, ἐλπίσιν δ' ἐβόσκετο. Hanc tautologiam Sophocli magis quam Euripidi placuisse censet Valckenarius ad Phoen. 1371. qui de ea omni-

no consulendus. Euripides vero dixit Hipp. 1070. *Αἲ αἶ, πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε, | εἰ δὴ κακός γε φαίνομαι, δοκῶ τέ σοι.*

1524, 5. ὥς σοι πρὸ πολλῶν ἀσπίδων ἀλκὴν ὅδε | δορός τ' ἐπακτοῦ γειτόνων ἀεὶ τιθῇ.] Ὡς ἀλκὴν ἀεὶ τιθῇ, *ut tutamen semper adponat.* Heath. Malim δορός γ' ἐπακτοῦ. Burt. Δορὸς si regitur ab ἀλκήν, quod puto, legendum cum editore Oxoniensi δορός γ' ἐπακτοῦ. Dicitur autem ἀλκὴ δορὸς ut ἀλκὴ κακοῦ Hesiod. Op. et D. 201. Musgr. Par. B. T. Vat. Farn. ὅς σοι πρὸ (Vat. πρὸς) πολλῶν. Ordo est: ὥς σοι πρὸ πολλῶν ἀσπίδων, δορός τ' ἐπακτοῦ, ἀλκὴν ὅδε γειτόνων ἀεὶ τιθῇ. Recte Brunckius: *ut is tibi multorum vice clypeorum externorumque subsidio arcessitorum militum, contra vicinos semper sit praesidio.* Δορός τ' ἐπακτοῦ, ut στρατὸν ἐπακτὸν Trach. 259. Ἀλκὴν γειτόνων, ut ἀλκὴ κακοῦ apud Hesiodum.

1525. Γειτόνων. Τῶν Θηβαίων. Sin γειτονῶν malis, ad Oedipi tumulum referendum erit. Burt. Schol. Εἰ μὲν βαρυτόνως, γειτόνων, τῶν Θηβαίων. εἰ δὲ περισπωμένως, ἀντὶ τοῦ γειτνιῶν, ὁ τάφος. Laur. B. Par. T. (a prima manu) Vat. Farn. γειτόνων, ut impressi. Laur. A. Par. B. T. (a correctore) Ricc. γειτόνων (ῶν suprascr.). Par. A. γειτόνων. Par. F. γειτονῶν.

1526. ἃ δ' ἐξάγιστα, μηδὲ κινεῖται λόγῳ,] Ἐξάγιστα. Vide Hesychium in voce. Philo Jud. vol. I. p. 265. ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς ἐξαγίστοις ἐπιποτᾶται πολλάκις αἰφνίδιος ἡ τοῦ καλοῦ φαντασία. Synesius Calvit. Encom. p. 58. τὴν ἐξάγιστον ἡδονήν. Musgr. Huc pertinet Hesychii glossa: Ἐξάγιστα: πάντα τὰ ἱερὰ καὶ ἀφωσιωμένα, ἃ οὐχ οἷόν τε ἐκκομίζεσθαι τῶν ἱερῶν. ἔνιοι δὲ ἁγνὰ ἀπέδοσαν. Erudita sunt, nec tamen usquequaque vera, quae de hac voce disputat Abreschius ad Aeschylum p. 527. Animadvertere poterat ei Sophoclem significationem diversam tribuisse ab ea, qua Aeschylus verbum ἐξαγίζειν adhibuit, quaque ipsum verbale ab aliis adhibetur. Ἐξάγιστα hic valet *valde sancta,* praepositione significationem intendente, ut recte Meibomio observatum. Nemo sibi facile persuadebit in hoc versu, ἃ δ' ἐξάγιστα, μηδὲ κινεῖται λόγῳ, negationem ad verbum κινεῖται pertinentem, repetendam esse cum ἐξάγιστα. Prolata exempla nihil probant, quum in eorum nullo sit par-
(304) ticula μηδέ, quae non negativa solum, sed etiam

adversativa est, proinde non eo quo vult ille modo in prius membrum retrahi potest. BRUNCK.

1527. αὐτὸς μαθήσῃ, κεῖσ' ὅταν μόλῃς μόνος.] Post μόλῃς distinguendum esse puto. STEPH. Interpungit post μόλῃς Cant. BURT. Post μόλῃς commate interpunxi, jungens αὐτὸς μόνος. Αὐτὸς et μόνος pariter diremta sunt in Euripid. Phoeniss. v. 1244. s. Pors. SCHAEF. Parum referre mihi videtur. Theseus enim etsi non solus Oedipum ad locum morti ejus destinatum comitatus est, solus tamen morienti affuit. Vide annotata ad v. 1522. Ceterum Vat. κεῖσ' ὅταν μόλις μόνος.

1528. ὡς οὔτ' ἂν ἀστῶν τῶνδ' ἂν ἐξείποιμί τῳ.] Par. F. ὥς τ' οὔτ' ἄν. Par. B. T. Vat. Farn. ὡς οὐδ' ἄν. Ceteri MSS. recte ὡς οὔτ' ἄν. Si non nisi in illis quatuor codicibus exstaret haec fabula, hoc exemplo fortasse οὐδὲ—οὔτε defendere conarentur viri docti.

1529. οὔτ' ἂν τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς, στέργων ὅμως.] Laur. A. στέργω νόμωι. Laur. B. στέργων νόμῳ. Par. F. στέργω νόμω.

1530. ἀλλ' αὐτὸς ἀεὶ σῶζε,] Laur. A. Par. B. T. Vat. et edd. recentiores ante Reisigium, αἰεί. Ceteri MSS. ni fallor, recte ἀεί, ut Aldus. Mox v. 1532. plerique MSS. ὅδ' αἰεί, ut Aldus. Par. A. et edd. recentiores ante Reisigium ὁ δ' αἰεί. Vat. ὧδ' ἀεί. Plura vide ad Oed. T. 786.

1530, 1. χὤταν εἰς τέλος | τοῦ ζῆν ἀφικνῇ,] Sic membr. et Aldus. In aliis ἀφίκῃ. BRUNCK. Par. A. Ricc. ἀφικνῇ (vel ἀφικνῆ), ut Aldus. Ceteri MSS. et edd. recentiores ante Brunckium ἀφίκηι, vel ἀφίκῃ, vel ἀφίκῃ. Subjunctivus imperfectus ἀφικνῇ non solum metro verum etiam sententiae convenientior mihi videtur. Altera enim scriptura nihil aliud significare potest quam ὅτ' ἂν θάνῃς, *ubi mortuus eris*. Sententia vero non *mortuus* sed *jam moriturus* postulat.

1531, 2. τῷ προφερτάτῳ μόνῳ | σήμαιν'.] Προφερτάτῳ, *praestantissimo*, pro προφερεστάτῳ, saepius non legitur, si bene memini. Vat. τῷ προφερτάτῳ μόρῳ | σήμην'.

1532. ὁ δ' αἰεὶ τῷ 'πιόντι δεικνύτω.] De potestate adverbii ἀεὶ in hujusmodi formulis vide Valckenarium ad Herodotum p. 353. [IV. 162.] et inde corrige errorem Mosis *du Soul* hanc vocem ut otiosam Plutarcho [T. I. p. 305. A.] eximenti, interpretesque lau-

danti, quod eam omiserint. Militum, qui e Cannensi pugna fuga evaserant, senatus jussu in Siciliam de-
(305) portatorum, Marcellus opera uti volens a senatu veniam petiit ex iis continue exercitum supplendi, donec omnes in legionem transcripti fuissent; *αἰτούμενος ἐκ τούτων ἀεὶ τῆς στρατιᾶς τὸ ὑπολεῖπον ἀποπληροῦν.* Brunck. Ne pueri quidem hodie nesciunt, Graece dici *τὸν ἀεὶ βασιλέα*, qui nobis est *the king for the time being.* Ita olim explicui Aeschylum Prom. 936. *Σέβου, προσεύχου, θῶπτε τὸν κρατοῦντ' ἀεί.* Sed negat vir doctus nihil interesse inter *τὸν κρατοῦντ' ἀεὶ* et *τὸν ἀεὶ κρατοῦντα.*

1533, 4. *γ' οὕτως ἀδῆον τήνδ' ἐνοικήσεις πόλιν | σπαρτῶν ἀπ' ἀνδρῶν.*] Libri omnes ante Brunckium *ἀδήϊον.* Hesychius: *Ἀδήϊον: ἀπόρθητον, ἀπολέμητον.*

1534. Impressi plerique *Σπαρτῶν*, non *σπαρτῶν*, quasi nomen proprium sit. Miror in nullo libro legi gl. *σπαρτιατῶν.* Fefellit enim glossographos hoc vocabulum apud alios scriptores. Passim usurpatur ab Euripide, a Sophocle vero non nisi semel.

1534. *Σπαρτῶν ὑπ' ἀνδρῶν* scribendum mihi videri, monui Melet. Crit. I. p. 83. Schaef. Nescio an recte. Laur. A. *ἀπανδρῶν.* Ceteri MSS. *ἀπ' ἀνδρῶν*, ut impressi.

1534, 5. *αἱ δὲ μυρίαι πόλεις, | κἂν εὖ τις οἰκῇ, ῥᾳδίως καθύβρισαν.*] *Οἰκῇ*, *rexerit, administraverit*, ut Eurip. Iph. Aul. 331. [*Οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι;* Heracl. 143. *δίκαιοι δ' ἐσμέν, οἰκοῦντες πόλιν, | αὐτοὶ καθ' αὑτῶν κυρίας κραίνειν δίκας.*] Musgr. *Οἰκῇ* pro *διοικῇ.* Brunck. Vat. *κἂν εὖ τις οἰκεῖ.* Quid sit *πόλις εὖ οἰκουμένη*, nemo ignorat. Hoc dicit Oedipus, *plerasque civitates, etiam si bonos rectores habeant, civium culpa καθυβρίζειν solere.*

1535. Constructionis ratio postulare videtur ut rescribatur *ῥᾳδίως ἂν καθύβρισαν.* Heath. Eodem jure *κατέθεντο ἂν* reposuisset v. 1216. Familiaris est haec aoristi constructio sine *ἄν.* Videndus de ea inprimis Hermannus ad Aj. 1081. *ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ | ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν ἐς βυθὸν πεσεῖν.* Ceterum Laur. A. *καθ' ὕβρισαν.*

1539. *τὰ μὲν τοιαῦτ' οὖν εἰδότ' ἐκδιδάσκομεν.*] Vat. *ἂν* pro *οὖν.*

1540, 1. *χῶρον δ' (ἐπείγει γάρ με τοὐκ θεοῦ πα-*

ρόν) | στείχωμεν ἤδη,] Par. A. χῶρον ἐπείγει. Ricc. χῶρον ἐπείγει.

1541. *μηδέ γ' ἐντρεπώμεθα.*] *Neque reverentia moti vereamur.* Hoc ideo dicere Oedipum existimo, quia ad sacrum illum Eumenidum lucum, ubi ille et mori et sepeliri debebat, filias suas et Theseum una cum asseclis erat ducturus. HEATH. Nollem Schaeferus ad v. 1417. hoc μηδέ γε contendisset cum illo v. 1733. [1743.], μηδέ γε μάτευε, et cum καὶ μή μ' ἐπίσχῃς γ' v. 1427. [1432.]. Vim δέ γε particularum multi etiamnum parum videntur perspexisse; quarum quidem ratio ea est, ut aliquid *adaugeant adversando.* Cfr. Conjectt. p. 119. et 193.: quo pacto tum necessariae nonnunquam sunt illae, tum eaedem a nonnullis alienae sunt locis. Nostro in loco etsi adversatur enuntiatio negans adversanti, tamen non adauget nova accessione sententiam, sed eandem inculcat dilatando. Itaque γ in τ mutato corrigenda illa sunt sic: στείχωμεν ἤδη, μηδ' ἔτ' ἐντρεπώμεθα. Aeschyli Persis, v. 404. [407.], κοὐκέτ' ἦν μέλλειν ἀκμή: Aristophanis Thesmophoriazusis, v. 661. [668.], καιρός ἐστι μὴ μέλλειν ἔτι. REIS. Plerique MSS. μὴ δέ γ' ἐντρεπώμεθα, fere ut impressi. Sed Par. A. Ricc. μηδέν γ' ἐντρεπώμεθα, unde oritur varia lectio μηδὲν ἐντρεπώμεθα, quae cum verbis μηδὲν ἐντραπῇς Oed. T. 1056. conferri potest. Addito genitivo noster Oed. T. 724. ὧν ἐντρέπου σὺ μηδέν. Idem El. 519. νῦν δ' ὡς ἄπεστ' ἐκεῖνος, οὐδὲν ἐντρέπει | ἐμοῦ γε. Euripides Alcmaeon. fr. XIV. Τί τοῦ τεκόντος οὐδὲν ἐντρέπει πατρός; Verba μηδέ γ' ἐντρεπώμεθα *nec revertamur* vertit Winsemius, *nec referamus pedem* Johnsonus, *nec quidquam extimescamus* secundum Heathium Brunckius. Ne haec quidem interpretatio satis mihi facit. Post verba χωρῶμεν ἤδη potius exspectarem μηδὲ μέλλωμεν. Quo sensu si dici potest μηδὲ ἐντρεπώμεθα, in Reisigii conjectura acquiescendum videtur. Rectius fortasse μηδὲν ἐντρεπώμεθα, licet scrupulum injiciat asyndeton, quod exemplis confirmatum velim. (306)

1542, 3. *ἐγὼ γὰρ ἡγεμὼν | σφῷν αὖ πέφασμαι καινός, ὥσπερ σφὼ πατρί.*] Porsonus Praefat. ad Hec. p. xxxii. ὡς πρὶν σφὼ πατρί. Respondet Hermannus Elem. p. 116. versum emendatione non indigere, quum in eo caesura ἑφθημιμερὴς sit. Quae excusatio minime admittenda mihi videtur. Tam multi enim senarii caesuram ἑφθημιμερῆ habent, ut non unum et

alterum, ut Hermannus, sed magnam exemplorum copiam proferre debeat, qui lege a Porsono reperta eos non teneri ostendere conetur. Nullam certe caesurae rationem habuerunt tragici in versibus, quos indicavi ad v. 115. Ceterum Laur. A. σφῶι a prima manu, σφώ a correctore.

1544, 5. ἀλλ' ἐᾶτέ με | αὐτὸν τὸν ἱερὸν τύμβον ἐξευρεῖν,] Vat. ἐξερεῖν.

(307) 1547, 8. τῇδε γάρ μ' ἄγει | Ἑρμῆς ὁ πομπός, ἥ τε νερτέρα θεός.] Vat. τῇ γάρ μ' ἄγει. Deinde malim Ἑρμῆς θ' ὁ πομπός. Vide ad ἄκων ἔγημα v. 987.

1549. ὦ φῶς ἀφεγγὲς πρόσθε πού ποτ' ἦσθ' ἐμόν] Vel scribendum est πρόσθέ που, vel nota interrogationis ponenda est post ἐμόν, ut in Ald. Col. Flor. Franc. Burt. Perperam hunc versum interrogative posuit Editor nuperus Londinensis. Ita verte: *O lux, nunc mihi non lucida, olim aliquando mea eras, nunc vero &c.* Heath. Omnes impressi ante Brunckium ποῦ interrogativum habent. Notam quidem interrogationis omittunt Turnebus aliique nonnulli. Sed Turnebus hanc notam post τίς, ποῦ, πῶς, ceterasque particulas interrogativas, raro aut nunquam posuit. Ceterum Par. B. Vat. πρόσθε τοῦτ' ἦσθ' ἐμόν. Ceteri MSS. πρόσθε πού ποτ' ἦσθ' ἐμόν, ut impressi plerique.

1551. ἤδη γὰρ ἕρπω τὸν τελευταῖον βίον | κρύψων παρ' Ἅιδην.] Τὸν τελευταῖον βίον, i. e. τὸ τελευταῖον τοῦ βίου. Nisi malis: ἤδη γὰρ ἕρπω τὴν τελευταίαν, βίον κρύψων παρ' Ἅιδην. Τὴν τελευταίαν sc. ὁδόν. Noster Antig. 818. [807.] τὰν νεάταν ὁδόν. Trachin. 887. [876.] τὴν παννστάτην ὁδῶν ἁπασῶν. Simmias in Anthol. p. 267. πυμάταν εἰς Ἀχέροντος ὁδόν. Musgr. Recte se habet haud dubie vulgata, licet loquendi genus novum videatur.

1552. ἀλλὰ φίλτατε ξένων,] Laur. B. ἀλλὰ φίλτατ . τέκνων. Vat. ἀλλὰ φύλαττε ξένων.

1554, 5. εὐδαίμονες γένοισθε, κἀπ' εὐπραξίᾳ | μέμνησθέ μου θανόντος εὐτυχεῖς ἀεί.] Κἀπ' εὐπραξίᾳ est aliquid majus quam simpliciter *in prosperis rebus.* Aristophanes in Equitibus: Πῖνε, πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς. V. 404. Ἐπὶ εὐπραξίᾳ igitur est *super prosperis rebus,* id est, *prosperae res vestrae semper mei memoriam vobis revocent.* Vauv. Johnsonus et Brunckius: *et in rebus prosperis estote memores mei mortui.* Quam versionem recte correxit Vauvilliersius, qui ex eadem Aristophanis fabula v. 651. allegare potuisset:

Ἄνδρες, ἤδη μοι δοκεῖ, | ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελμέναις, | εὐαγγέλια θύειν ἑκατὸν βοῦς τῷ θεῷ.

1555. Vide an potius legendum μεμνῆσθέ μου. Post optativum γένοισθε melior fortasse alter optativus μεμνῆσθε quam imperativus μέμνησθε. De forma optativi μεμνῆσθε consulendi viri docti ad Aristophanem Plut. 992. ἵνα τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν, μεμνῇτό μου.

1556—1578. In hac strophe et antistropha nec par est versuum numerus, nec conveniens utrimque (508) singulorum versuum ratio. Utramque suae legi restitutam prius offeram, deinde singulorum rationem reddam. Vauv. Versus in Aldina sunt XXII, quorum undecim priores strophae, posteriores antistrophe tribuendos esse vidit Triclinius. Idem versum strophes secundum, qui in Aldina est καὶ σὲ λιταῖς σεβίζειν ἐννυχίων ἄναξ, in duos divisit, vel potius in libro suo divisum reperit: antistrophi secundum, tertium et quartum secus atque in Aldina distribuit, eodem tamen manente versuum numero. In Triclinii igitur recensione, quam exhibent omnes impressi ante Brunckium, nec prorsus repudiavit Brunckius, strophe quidem duodecim, antistrophus vero non nisi undecim versus habet: sed post sextum, qui in libris Triclinianis est ὡς λόγος αἰὲν ἔχει, in Aldina vero editione est λόγος αἰὲν ἀνέχει, unum versum excidisse putavit Triclinius. Hinc gl. in Par. T. et ed. Turnebiana λείπει κῶλον. Neque hoc invento contentus est Triclinius, verum etiam in corrigenda librorum scriptura plus sibi indulsit, quam sani critici hodie solent. Novam recensionem proposuit Vauvilliersius etiam Tricliniana pejorem, nisi quod in ea nullus versus deesse censetur. Quae Brunckius in Triclinii recensione mutavit, suis quaeque locis ostendam. A Bothio vero saevita praestat silentio praeterire. Nullam lacunam esse monuit Hermannus Elem. p. 436. ed. pr. Sic etiam Seidlerus de Versibus Dochm. p. 46. cujus verba sunt: *Totum illud carmen recta potius versuum distinctione quam correctione restituendum esse, ostendi ad Eur. Troad. 263.* Nihil ad Tro. 263. de hoc carmine.

1557. καὶ σὲ λιταῖς σεβίζειν,] Vat. σεβάζειν. Idem aliique σεβασθεὶς pro σεφθεὶς v. 636. ut suo loco monui.

1559. Ἀϊδωνεῦ, Ἀϊδωνεῦ,] Hic versus, ut nunc in vulgatis legitur, a pari in antistropha nimium quan-

tum quoad metrum discrepat. Scholiastes monet in optimo exemplari reperiri *δίδου μοι*, quibus verbis paullulum immutatis ita forsan restitui potest metrum: *ὦ Ἀϊδωνεῦ, Ἀϊδωνεῦ, δός μοι.* HEATH. 1559—62. In hoc loco, difficili et multis modis infuscato, utimur monumento optimo et antiquissimo, Scholiastae annotatione. Ac primum quidem non potest amplius dubitari, quin *λίσσομαι* ex glossemate manarit. Praeclare hoc indagatum ab Erfurdtio, teste Hermanno in
(309) Elementis Doctr. Metr. p. 273.: illius enim scripturae originem secundum ea, quae penes Scholiastam sunt, *δίδου μοι*, investigavit. Hujus vero molestiam construendi confitetur vetus enarrator, atque melioris libri potestatem exspectandam putat: *ἐπιστῆσαι οὖν ἄξιον λαβόντας καλὸν ἀντίγραφον.* Atqui ex forma litterarum maxima *ΔΙΔΟΥ ΜΟΙ* apparebit, verissimum esse Erfurdtii inventum *ΑΙΔΟΥΜΑΙ.* Aeschylus Agamemnone, v. 375. Schutz. [370. Stanl.] *Δία τοι ξένιον μέγαν αἰδοῦμαι | τὸν τάδε πράξαντ᾽—.* REIS. Hermanni verba sunt: *Videri poterit Creticus Molosso respondere etiam apud Sophoclem in Oed. Col.* 1559. 1571. *Ἀϊδωνεῦ, Ἀϊδωνεῦ, λίσσομαι· εὐνᾶσθαι, κνυζεῖσθαί τ᾽ ἐξ ἄντρων. Sed in eo loco scribendum esse αἰδοῦμαι pro λίσσομαι, praeclare e lectione, quae apud scholiastam est, δίδου μοι, collegit Erfurdtius. Notabilis autem hic locus non solum ob ter positum Molossum, sed etiam propter solutionem primae syllabae, nisi quis contendat, tribus syllabis pronunciari potuisse nomen Ἀϊδωνεύς.* Ricc. *αἰδονεῦ.* Vat. *αἰδονεῦ.* Ceteri MSS. ni fallor, *αἰδώνευ*, ut impressi plerique. In ea editione, qua utebatur Heathius, strophae versus quartus et quintus ita leguntur: *Ἀϊδωνεῦ, Ἀϊδωνεῦ, | λίσσομαι μήποτ᾽ ἐπιπόνῳ.* Quibus respondent in antistropho: *εὐνᾶσθαι κνυζεῖσθαί τ᾽ ἐξ ἄντρων | ἀδάμαστον φύλακα παρ᾽ Ἀΐδᾳ.* Ut haec sibi melius responderent, Heathius strophicos versus ita constituendos censuit: *ὦ Ἀϊδωνεῦ, Ἀϊδωνεῦ, δός μοι, | λίσσομαι, μήτ᾽ ἐπὶ ἐπιπόνῳ.* Brunckius priorem versum ita constituit: *Ἀϊδωνεῦ, Ἀϊδωνεῦ* . . . quasi excidisset aliquid cui responderent tres syllabae longae *ἐξ ἄντρων.* Hermannus vero et Erfurdtius ita versus distribuendos esse viderunt, ut sibi responderent *λίσσομαι* et *ἐξ ἄντρων.* Pro *λίσσομαι* vero reponendum putarunt *αἰδοῦμαι.* Omnes MSS. *λίσσομαι.* Scholiastae verba plenius apponam: *Λίσσομαι, μήτ᾽ ἐπιπόνῳ· τὸ ἑξῆς*

μὲν δῆλα ἐκ τῆς λέξεως. τὸ δὲ δίδου μοι τοῦτο (sic Laur. A.) ἀσυνάρτητόν πως φαίνεται ἡμῖν. ἐπιστῆσαι οὖν ἄξιον, λαβόντας καλὸν ἀντίγραφον. δίδου μοι τὸν ξένον κατανύσαι τὰν παγκευθῆ κάτω νεκύων πλάκα καὶ Στύγιον δόμον, μήτε ἐπιπόνῳ μήτ' ἐπὶ βαρυηχεῖ μόρῳ. Haec qui scripsit δίδου μοι pro λίσσομαι in libro suo reperisse videtur. Falsus igitur est Heathius, qui scholiaste, ut putavit, auctore δός μοι addidit, nec tamen λίσσομαι delevit. Erfurdtii conjectura αἰδοῦμαι metro melius quam sententiae convenire videtur. Saltem meliora exempla desidero, quam quod ex Aeschylo protulit Reisigius.

1560. λίσσομαι μήποτ' ἐπιπόνῳ,] Μήποτε de (310) eventu unico et certo dictum nequaquam convenit. In Aldina legitur μήτ' ἐπιπόνῳ [imo μήτ' ἐπίπονα], sed ita claudicat metrum. Vix dubito quin reponendum sit μήτ' ἐπ' ἐπιπόνῳ. Heath. Λίσσομαι μήτ' ἐπίπονα. Sic recte codd. veteres et Aldus. Ἐπίπονα neutrum plurale pro ἐπιπόνως. Versus dimeter est trochaicus catal. ad quam metri formam antistrophicus revocandus est. In T. scriptum ἐπὶ πόνῳ, ut in scholiis legitur. Brunck. Facile licuit expungere alterum μήτε, utpote ab interprete adjectum. Id genus non praeteriit Brunckium in Philocteta, v. 770. 771., ἐφίεμαι | ἑκόντα μήτ' ἄκοντα, μηδέ τῳ τέχνῃ | κείνοις μεθεῖναι ταῦτα—: cfr. Schaeferum ad Lamb. Bos. p. 777. Deinde ἐπιπόνῳ exhibuit manifesto Scholiastes: exstat idem apud Stephanum. Magis de medio sumptum posuit Seidlerus in libro de Verss. DD. p. 124., ἐπὶ πόνῳ. Reis. Laur. B. Par. B. Vat. μήτ' ἐπίπονα, ut Aldus. Laur. A. Par. F. μήτ' ἐπιπόνῳ. Quod vel pro ἐπιπόνῳ vel pro ἐπὶ πόνῳ accipi potest. Scholiastes ἐπιπόνῳ legisse videtur. Par. A. Ricc. μήποτ' ἐπίπονα, eodem scilicet errore quo MSS. nonnulli ὃν μήποτ' ὀκνεῖτε v. 731. Tricliniani Par. T. Farn. λίσσομαι μήποτ' ἐπὶ πόνῳ in stropha, ἀδάμαστον φύλακ' Ἀΐδα in antistropho. Venio ad impressos. Turnebus: λίσσομαι, μήποτ' ἐπὶ πόνῳ: ἀδάμαστον φύλακα παρ' Ἀΐδα. Stephanus ἐπιπόνῳ e margine Turnebianae, cetera ut Turnebus. Brunckius: λίσσομαι μήτ' ἐπίπονα: ἀδάματον φύλακ' Ἀΐδα. Seidlerus, qui versus aliter atque superiores distribuit: λίσσομαι, | ἐπὶ πόνῳ μήτ' ἐπὶ βαρυαχεῖ: ἐξ ἄντρων | ἀδάματον φύλακα παρ' Ἀΐδα. Ejus verba sunt: *Vulgo μήτ' ἐπὶ πόνῳ. Adjecit illud μήτε aliquis, qui*

exquisitiorem locutionem non intelligeret. Reisigius ἐπιπόνῳ, cetera ut Seidlerus. Uterque eorum et βαρυαχεῖ et παρ' Ἀΐδα pro paeone quarto accepisse videtur. Sed vix dubitari potest, quin βαρυαχεῖ penultimam producat, ut mox videbimus, pro Ἀΐδα vero scribendum sit Ἄϊδα. Dedi igitur in stropha: λίσσομαι μήτ' ἐπίπονα, μήτ': in antistropho vero: ἐξ ἄντρων ** ἀδάματον. Excidisse videntur duae syllabae. Reponi posset αἰέν, nisi sequeretur λόγος αἰὲν ἀνέχει.

1560—3. μήτ' | ἐπὶ βαρυάχει | ξένον ἐκτανύσαι | μόρῳ] Ita Aldus. Laur. A. a prima manu ἐπιβαρυάχει, a correctore ἐπιβαρυαχεῖ. Vat. ἐπιβαρυάχει. Ceteri MSS. quid habeant nescio. Edd. recentiores ἐπὶ βαρυαχεῖ; quod verum videtur. Aristophanes Nub. 277. πατρὸς ἀπ' Ὠκεανοῦ βαρυαχέος. Av. 1748. ὦ
(311) χθόνιαι βαρυαχέες | ὀμβροφόροι θ' ἅμα βρονταί. Laboriosa vertit Winsemius, luctuosa Johnsonus, dura Brunckius, quasi ad ἄχος, dolor, hoc adjectivum referendum sit. Ab ἦχος, sonus, derivatum esse ostendunt exempla ex Aristophane allata. Scholiastes in interpretatione recte ἐπὶ βαρυηχεῖ μόρῳ. Conferendus omnino noster infra v. 1665. ἀνὴρ γὰρ οὐ στενακτὸς (id est, ἐπὶ βαρυηχεῖ μόρῳ), οὐδὲ σὺν νόσοις | ἀλγεινὸς (id est, ἐπιπόνῳ μόρῳ) ἐξεπέμπετ'.

1562. Ἐκτανύσαι. Legendum ἐξανύσαι, attingere. Sic ἀνύειν ἅδαν Aj. 611. [607.] ubi plura citantur, πρὸς πόλιν ἀνύσειε Trachin. 670. [659.] Musgr. Ἐξανύσαι suppeditavit κατανύσαι, quod est in Scholiaste. Vauv. Vulgo ineptissime ἐκτανύσαι. Scholiastam ἐξανύσαι legisse, ex ejus explicatione perspicuum est: nec aliter scribere potuit Tragicus, qui ἀνύειν et composita eodem, quo hic modo, saepius usurpat. Antig. 805. τὸν παγκοίταν [imo παγκοίταν] ὅθ' ὁρῶ θάλαμον | τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν. Aj. 606. κακὰν ἐλπίδ' ἔχων | ἔτι μέ ποτ' ἀνύσειν | τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν. Loquendi forma elliptica est: plene ἐξανύσαι ὁδὸν εἰς τὰν νεκρῶν πλάκα. Vide Marklandum ad Eurip. Supplices, ubi similis est locutio v. 1142. [1141.] ποταινοὶ δ' ἤνυσαν τὸν Ἅιδαν. Brunck. Et κατανύσαι ex Aldino ἐκτανύσαι exsculpendi facultatem nobis attulit Scholiastes, qui δίδου μοι τὸν ξένον κατανύσαι τὴν παγκευθῆ νεκρῶν ξένων πλάκα, inquit. Vix ergo una adjecta literula, exaequatum est genus antistrophicum. Reis. Omnes MSS. ἐκτα-

νύσαι, ut impressi ante Brunckium. De metro securi fuerunt Musgravius et Brunckius, quippe qui versum antistrophicum excidisse crederent. Vauvilliersius vero verbis *κύνα τρικάρανον* ex ingenio additis antistrophum strophae adaequare conatus est. Hodie inter omnes constat, dandam esse operam, ut verba *ξένον ἀντανύσαι* verbis *λόγος αἰὲν ἀνέχει* respondeant. Quod quidem *εὖ κατανύσαι* legendo effecit Reisigius. Mihi in mentem venerat *ἐκτὸς ἀνύσαι*. Sed fieri potest, ut mendosa sint verba *λόγος αἰὲν ἀνέχει*. Quapropter Musgravium, Vauvilliersium Brunckiumque sequutus *ἐξανύσαι* scripsi, quod saltem satis sententiae facit.

1563, 4. *τὰν παγκευθῆ κάτω | νεκύων πλάκα,*] Hoc ergo tertium annumeretur exemplum duobus illis, quae apud Porsonem sunt ad Eurip. Phoenissas, v. 1327., de contrahendis *υων* syllabis. Diu enim occultum jacuit *νεκύων* istud, vulgo in *νεκρῶν* mutatum usque ab Turnebo. Reis. Libri Tricliniani scripti et impressi *νεκρῶν*. Ceteri MSS. *νεκύων*, (512) ut Aldus, quod male, ni fallor, revocavit Reisigius. Porsoni verba sunt: *Ἐριννύων est trisyllabon, ut Iph. T.* 938. [931.] Adde 970. 1456. Tria enim hujus licentiae exempla in Iphigenia Taurica exstant. De monosyllabo *δυοῖν* apud Sophoclem Oed. T. 640. suo loco dixi. Quod attinet ad *νεκύων*, Triclinianam scripturam *νεκρῶν* tacite servavit Brunckius, neque ego ita perverso judicio Sophoclem fuisse arbitror, ut *νεκύων* disyllabon facere maluerit, quam alteram eandemque usitatiorem formam *νεκρῶν* usurpare. Licet enim iisdem fere verbis uti, quibus usus sum ad Med. 427, 8. p. 151. ubi libri nonnulli mendose *μίμνει* pro *μένει*. Vide etiam annotata de *νεαρὸς* et *νέος* v. 702. de *ἀδελφεὰς* et *ἀδελφὰς* v. 1056. Ceterum pro *τὰν παγκευθῆ* Par. B. habet *τὰ παγκευθῆ*, Vat. *τ' ἀπαγκευθῆ*.

1565, 6. *πολλῶν γὰρ ἂν καὶ μάταν | πημάτων ἱκνουμένων,*] Par. B. Vat. *πολλόν*.

1565. *Μάταν, nullo suo merito.* Musgr.

1567. *πάλιν σε δαίμων δίκαιος αὔξοι.*] [Legendum] *σφε, eum.* Reisk. *Σφὲ* pro *σὲ* posui, quia medias inter has invocationes nulla linguae ratio pati videtur, ut ad alium nec designatum sermo de medio per apostrophen transferatur. Vauv. Vulgo *σὲ* male le-

gitur pro σφέ, quomodo legendum vidit Vauvillerius. Alioqui Plutonem intelligas. Both. Schol. ad v. 1565. Ἀποστρέφει τὸν λόγον πρὸς τὸν Οἰδίποδα.

1567. Tricliniani Par. T. Farn. ἀέξοι. Sic etiam edd. recentiores ad unam omnes. Ceteri MSS. αὔξοι, ut Aldus, quod tandem revocavi. Pravae scripturae ἀέξοι occasionem dedit prava scriptura τὸν αἰὲν ἔνυπνον v. 1578.

1568, 9. Ὦ χθόνιαι θεαί, σῶμά τ' ἀνικάτου | θηρός,] Aldus σώματ' ἀνικήτου. Turnebus σῶμά τ' ἀνικήτου. Alterutrum horum habere videntur Par. A. Ricc. Tacite Brunckius σῶμά τ' ἀνικάτου. Consentiunt plerique MSS. nisi quod Par. B. Vat. solenni errore σῶματ' habent. In utroque Tricliniano Doricae formae supra scriptum η.

1569, 70, 1. ὃν ἐν πύλαισι | φασὶ πολυξέστοις | εὐνᾶσθαι,] Abundat φασί, quod e verbis λόγος αἰὲν ἀνέχει subaudiri potuisse recte monet scholiastes, cujus verba sunt: ἤρκει δὲ εἰ κατ' ἔλλειψιν ἐξενήνεκτο ὁ λόγος. Nimirum talis est oratio: ὃν φασὶν εὐνᾶσθαι ἐν πύλαις πολυξέστοις, καὶ ὃν λόγος αἰὲν ἀνέχει κνυζεῖσθαι ἀδάματον φύλακα παρ' Ἅιδᾳ.

(315) 1570. Omnino legendum πολυξένοις. Aeschyl. Suppl. 163. τὸν πολυξενώτατον | Ζῆνα τῶν κεκμηκότων. Pindar. Olymp. I. stroph. 4. [v. 149.] τύμβον—ἔχων πολυξενωτάτῳ παρὰ βωμῷ. Musgr. Ita quidem scribere potuisset Sophocles, qui πολυξέστους scripsisse videtur. Nec Plutonis regiam dedecent πύλαι πολύξεστοι, quas ξεστοὺς vel εὐξέστους dixisset Homerus.

1571. κνυζᾶσθαί τ' ἐξ ἄντρων] Sic B. T. In aliis κνυζεῖσθαι. Brunck. Laur. A. B. Par. A. F. Ricc. κνυζεῖσθαί (vel κνυζεῖσθαι) τ' ἐξ ἄντρων, ut impressi plerique. Par. B. Vat. κνυζᾶσθαί τ' ἐξ ἄντρων. Par. T. (in quo supra scriptum ει) Farn. κνυζᾶσθ' ἐξ ἄντρων. Turnebus κνυζεῖσθ' ἐξ ἄντρων. Stephanus vero ut Aldus. Utramque formam, κνυζεῖσθαι et κνυζᾶσθαι, agnoscunt grammatici. Sed magis Atticum videtur quod revocavi. Participium κνυζούμενα habet Aristophanes Vesp. 977. Apud scholiasten κνύζεσθαί τε φασὶ exhibent membranae Laur.

1572. ἀδάματον φύλακ' Ἀΐδᾳ] Aldus edidit ἀδάμαστον φύλακα παρ' ἀΐδα. In B. ἀδάμαντος φύλακα παρ' ἀΐδα. Prope verum accedit Triclinii lectio, quam sprevit Turnebus, licet Aldina meliorem, ἀδάμαστον φύλακ' ἀΐδᾳ. Legendum ad metri rationem ἀδάματον

φύλακ' Ἀΐδα. Sicque versus hic, ut strophicus [*λίσσομαι μήτ' ἐπίπονα*], dimeter est trochaicus catalect. Brunck. *Ἀδάμαστον φύλακα παρ' Ἀΐδα.* Versum ex paeone quarto et dochmio constare, patet. Enimvero id fugerat Brunckium. Sed recte ille *ἀδάματον* revocavit. Verissime, ut arbitror, Elmsleius *ἀδάματος* formam Sophocli perpetuam esse existimavit ad Oedip. Tyr. v. 196. Reis. Par. B. Vat. *ἀδάμαντος.* Ceteri MSS. *ἀδάμαστον*, ut impressi ante Brunckium. Deinde Laur. A. *φύλακα παραΐδᾶι.* Tricliniani Par. T. Farn. *φύλακ' ἀΐδα.* Ceteri MSS. *φύλακα παρ' ἀΐδα*, ut omnes impressi ante Brunckium. Hodie, ut supra dixi, inter omnes constat versus ita distribuendos esse, ut sibi respondeant verba *μήτ' ἐπίπονα, μήτ' ἐπὶ βαρυαχεῖ*, et *ἀδάμαστον φύλακα παρ' Ἀΐδα.* Lego: ** *ἀδάματον | φύλακα παρ' Ἅιδα.*

1573. *λόγος αἰὲν ἀνέχει.*] Libri Tricliniani *ὡς λόγος αἰὲν ἔχει.* Hermannus Elem. p. 436. ed. pr. *λόγον αἰὲν ἔχειν.* Seidlerus de Versibus Dochm. p. 100. *Ceterum videndum est, an etiam in anapaesto Oed. Col.* 1773. *λόγος αἰὲν ἀνέχει, cui respondet v.* 1563. *ξένον ἐξανύσαι, prima in αἰὲν corripiatur.* Si quid mutandum est, malim *λόγος αἰὲν ἔχει.* Sed scriptura strophici versus 1562. valde incerta est.

1574. *ὅν, ὦ Γᾶς παῖ καὶ Ταρτάρου,*] Et sen- (314)
tentiae et constructionis ratio omnino legendum postulat, *σοί, ὦ Γᾶς παῖ καὶ Ταρτάρου.* Invocatur enim Cerberus. Heath. Juxta Hesiodum Theogon. 306. natus erat Cerberus ex Echidna et Typhone. Initio versus *ὃν* referendum videtur ad personam quae in versu qui ante hunc excidit, invocabatur: tametsi ad ipsum etiam Cerberum referri potest. Brunck. Quum nullus versus exciderit, verba *ὦ Γᾶς παῖ καὶ Ταρτάρου* ad Cerberum necessario referenda sunt. Loquendi genus novum est. Nam dicere debebat: *ὅν, τὸν Γᾶς παῖδα καὶ Ταρτάρου λέγω.*

1575, 6, 7. *κατεύχομαι ἐν καθαρῷ | βῆναι ὁρμωμένῳ νερτέρας | τῷ ξένῳ νεκρῶν πλάκας.*] *Ἐν καθαρῷ* pro *καθαρῶς.* Similia complura dedimus ad Eurip. Iph. Aul. 974. [969.] *Καθαρῶς, innoxie, sine scelere.* Sic *νόμῳ καθαρὸς* supra v. 575. [548.] Musgr. Verba *ἐν καθαρῷ βῆναι* explicat scholiastes *ἀβλαβῶς ὑπαντῆσαι.*

1578. *σέ τοι κικλήσκω τὸν αἰὲν ἄϋπνον.*] *Αἰένυπνον* Editt. Steph. Cant. C. Suidas in Lexico [v. *Αἰένυπνος*].

Schol. Lectionem quam nunc in contextu habes, et versus et sententiae gratia, ex Ald. Flor. Franc. Turn. restituimus. Burt. *Τὸν αἰένυπνον.* Laborat metrum, nec minus sententia. Ambobus consuletur, si juxta Aldinam rescribas *αἰὲν ἄϋπνον.* De Cerbero enim sermo est. Heath. *Αἰένυπνον* male recepit ex Scholiasta Stephanus. Musgr. *Αἰένυπνον* et metrum et sensum perimit. Vauv. *Τὸν αἰὲν ἄϋπνον.* Sic codd. veteres et Aldus, quod et postulat tam metri quam sententiae ratio. Cerberus enim invocatur, qui semper insomnis fuisse fingitur. Triclinius a sententia aberravit, sed metri rationem habuit legendo *τὸν αἰὲν ἔνυπνον,* quod ex mente Scholiastae interpretatur *τὸν ἀεὶ κοιμώμενον θάνατον.* Scholiastae lectionem *αἰένυπνον* adgnoscit Eustathius, p. 1201. quae metro plane repugnat. Brunck. Haec qui scripserunt, Aldinam v. 1567. scripturam prorsus neglexisse videntur. Quam si consuluissent, non metri caussa revocandum *τὸν αἰὲν ἄϋπνον* statuissent. Laur. B. Par. A. B. Ricc. Vat. ut Aldus. Laur. A. (a prima manu) Par. F. *τίν' αἰὲν ἄϋπνον.* Tricliniani Par. T. Farn. *τὸν αἰὲν ἔνυπνον.* Laur. A. a correctore recte *τὸν αἰένυπνον.* Schol. *Τῷ ἐν ἀναγνωστέον αἰένυπνον, ἀείυπνον. οὕτως ἀποδιδόασι.* Ita Stephanus et sequentes ante Brunckium, qui Aldinam scripturam male revocavit. Risu excipiendus esset
(315) noster, si postquam Cerberum *ἐν πύλαισι πολυξένοισιν εὐνᾶσθαι* dixisset, cum post aliquot versus *τὸν αἰὲν ἄυπνον* salutasset.

1579, 80. *Ἄνδρες πολῖται, ξυντομωτάτως μὲν ἂν | τύχοιμι λέξας Οἰδίπουν ὀλωλότα.*] Adverbii formam superlativi vix mihi persuadeo in Atticum poëtam cadere, *ξυντομωτάτως.* Quod ad comparativum attinet, adverbii formam satis ample testatur Elmsleius Addendis ad Heraclidas, p. 138. 159. Verum admodum tamen suspecta est superlativi species illa, cujus emendandae facultatem suppeditavit lemma scholiis praefixum. Hoc significatu *σύντομος* exstat apud Callimachum Epigr. LI., in Brunckii Analectis, Vol. I. p. 473., *Σύντομος ἦν ὁ ξεῖνος, ὃ καὶ στίχος οὐ μακρὰ λέξων:* cujus emendandi auctor nobis est annotatione sua Freder. Jacobsius. Reis. Dixi ante complures annos ad Euripidis Suppl. 967. ubi *δυστανοτάτως* pro *δυστανώτατος* habet Hermanni recensio: *We believe that only one adverb of the same form*

as δυστανοτάτως, is to be found in all the remains of the Attic writers. Soph. Oed. C. 1579. *Ἄνδρες πολῖται, ξυντομωτάτως μὲν ἂν | τύχοιμι λέξας Οἰδίπουν ὀλωλότα. The scholiast seems to have read ξυντομώτατος. His annotation is as follows: Ἄνδρες, πολῖται, ξυντομώτατος: ἀντὶ τοῦ συντόμως. Adverbs of the* comparative *degree ending in ΩΣ, which are sufficiently common, afford no authority for δυστανοτάτως. The true reading is δυστανοτάταν.— μοῖραν.* Ita scripsi Diarii Classici T. IX. p. 58. Postea vero reperi ξυντομώτατος apud scholiasten editori Romano deberi. Membranae enim Laur. ξυντομ habent, quod pro ξυντομωτάτως scripsisse videtur librarius. Hoc enim in textu habet MS. iste ceterique omnes. Si legendum est συντομώτατος, conferri potest ἀφίξεται ταχὺς v. 307. Similia attulit Musgravius ad βραχὺς ὀκλάσας v. 196. In mentem mihi venit etiam ξυντομωτάτην, ὁδὸν scilicet. Ita fere Aristophanes Thesm. 589. μακρὰν ἔοικε λέξειν. Ubi subaudiri posse ῥῆσιν monet Berglerus. Sed nescio an utrique praestet ξυντομώτατον, λόγον scilicet. Cujus scripturae auctorem habeo Alexin apud Athenaeum p. 562. B. καί μοι δοκοῦσιν ἀγνοεῖν οἱ ζωγράφοι | τὸν Ἔρωτα, συντομώτατον δ' εἰπεῖν, ὅσοι | τοῦ δαίμονος τούτου ποιοῦσιν εἰκόνας. Ceterum conferendus noster Ant. 446. σὺ δ' εἰπέ μοι μὴ μῆκος ἀλλὰ σύντομα. Ubi supplendum videtur ῥήματα.

1580. Ὀλωλότα pro ὀλωλέναι. Hoc exemplo usus est Aug. Matthiae Gramm. Gr. §. 550. p. 797. Ita Euripidis Iph. T. 492. Πότερος ἄρ' ὑμῶν ἐνθάδ' (316) ὠνομασμένος | Πυλάδης λέλεκται; (Sic enim legendum suspicor pro κέκληται, ut sensus sit: *Uter vestrum Pylades nuncupari hic dicitur?*) Ibid. 1047. Ταὐτὸν χεροῖν σοι λέξεται μίασμ' ἔχων. Hel. 1082. ἀτὰρ θανόντα τοῦ μ' ἐρεῖς πεπυσμένη; Addito ὡς Aeschylus Ag. 681. λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας. Ubi plura dedit Blomfieldius.

1581, 2. *ἃ δ' ἦν τὰ πραχθέντ', οὐθ' ὁ μῦθος ἐν βραχεῖ | φράσαι πάρεστιν, οὔτε τἄργ' ὅσ' ἦν ἐκεῖ.] Οὐθ' ὁ μῦθος.* Sic B. T. et membr. etiam a secunda manu. Primo scriptum fuit οὔ τω, ut Aldus edidit. BRUNCK. Par. A. οὔτω μῦθος (οὔθ' ὁ superscr.). Laur. B. οὔτ' ὁ μῦθος. Ceteri MSS. et edd. recentiores recte οὔθ' ὁ μῦθος.

1583, 4. Ὡς λελοιπότα | κεῖνον τὸν ἀεὶ βίοτον

ἐξεπίστασο.] Reponendum est λελογχότα. Mudg. Vide quae notavimus ad Oedip. Tyrann. 1526. [1512. νῦν δὲ τοῦτ' εὔχεσθέ μοι, | οὗ καιρὸς ἀεὶ ζῆν.] Heath. Zachariae Mudge placebat λελογχότα, quo posito, τὸν αἰεὶ βίοτον interpretari oporteret *vitam aeternam*, eodem fere sensu quo scriptores ecclesiastici ea phrasi utuntur. Verum Tragicos sic locutos esse, donec exemplis confirmetur, mihi quidem dubium erit: malimque adeo λελοιπότα retinere, et τὸν ἄγχι pro τὸν αἰεὶ legere. Musgr. Nulla mutatione opus esse videtur. Τὸν αἰεὶ aut cum Suida interpretabimur *longam vitam*, aut τὸν αἰεὶ erit τὸν αἰεὶ χρόνον et significabit quod nos Galli in talibus dicimus *pour jamais*. Vide ad Electrae versum 1079. [1075.] Vauv. Hic locus et olim multum mihi negotii facessivit, neque nunc quid eo faciam satis perspicio. Quid si conjicias τό γ' αἰεί? Similiter in Trachin. v. 80. pro εἰς τὸν ὕστερον Reiskius legit εἰς τό γ' ὕστερον, quod mihi quoque in mentem venit. Schaef. Schaeferus tentavit corrigere sic, ut τό γ' αἰεί (vel ἀεί) scriptum vellet pro τὸν ἀεί. Antea tamen idem in Lamberti Bosii Ellipsibus, p. 552., in modum loquutionis τὸν βίοτον εἰσαεὶ λελοιπότα dictum accepit: cujus licentiae potestatem non assequor. Non magni vero facienda est Scholiastae atque Eustathii ratio ad Iliadem, p. 501. l. 24. Rom. exposita, ζωὴν omnino ἀνθρώπου intelligentium. Eustathius enim: Σοφοκλῆς δὲ ζωὴν ἀνθρώπου τὸν ἀεὶ βίοτόν φησιν. Alter etiam τὸ μακρὸν γῆρας: quem sequitur Brunckius vertens: *senilem vitam*. Hermannus autem optimo jure, ut arbitror, ad Orphei hymnum LXII. v. 11. p. 331., τὸν ἀεὶ sejungens ab βίοτον, χρόνον mente subjicit, quem-
(317) admodum in Electra, v. 1064., idem firmamentum sententiae suae adversus Schaeferum constituit in verbis τὸν ἀεὶ πατρὸς δειλαία στενάχουσ' —. In eundem modum videtur accipiendum esse dictum illud v. 1694., ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος. Reis. Plerique MSS. αἰεί, ut impressi ante Reisigium. Sed Laur. A. Par. F. et Suidas v. Ἀεί, recte ἀεί. Vide ad Oed. T. 786. Recte interpretari videtur Vauvillersius, quem sequuntur Hermannus et Reisigius. Saltem nemo meliorem interpretationem suggessit.

1585. Πῶς; ἆρα θείᾳ κἀκόπῳ τάλας τύχῃ;] Laur. A. καὶ πόνοι. Par. B. F. Vat. καὶ πόνῳ. Ceteri MSS. κἀπόνῳ (vel κἀπόνῳ,) ut impressi.

1586. *Τοῦτ' ἐστὶν ἤδη κἀποθαυμάσαι πρέπον.*] Ita fere Par. A. Ricc. et fortasse Laur. B. Ceteri MSS. *ταῖτ'* habent, quod nescio an melius.

1587, 8. *ὡς μὲν γὰρ ἐνθένδ' εἷρπε, καὶ σύ που παρὼν | ἔξοισθ', ὑφηγητῆρος οὐδενὸς φίλων,*] Sic una voce in veteribus codd. scriptum. In T. ut in Aldina divisim *ὑφ' ἡγητῆρος*. Vide ad priorem Oedipum 1260. Brunck. Laur. B. *ὑφ' ἡγητόρος* (sic). Laur. A. Par. T. Vat. Farn. *ὑφ' ἡγητῆρος*, ut impressi ante Brunckium. Sic etiam Suidas v. *Οἶσθα*. Par. A. B. F. Ricc. recte *ὑφηγητῆρος*. Initio versus Par. B. Vat. *ἔξεσθ'*.

1589. *ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν πᾶσιν ἐξηγούμενος.*] Turnebus in textu *ὑμῖν*, in appendice vero recte *ἡμῖν*, quod revocavit Stephanus.

1590, 1. *ἐπεὶ δ' ἀφῖκτο τὸν καταρράκτην ὀδὸν | χαλκοῖς βάθροισι γῆθεν ἐρριζωμένον,*] *Καταράκτην* Eustathius ad Iliad. *Α*. p. 156. l. 34. *Καταφράκτην* Suidas v. *Ὁδός*. [Deinde *ὀδὸν*] habent Editt. H. Steph. Turn. et sic in vulgatis Editionibus Suidae reponendum est pro *οὐδόν*, quod hodie legitur: id exigente tum ipsius Lexicographi contextu, tum metri ratione. Eustathius autem loco jam ante indicato, et Suidae Codex MS. in Bibliotheca C. C. C. Oxon. cum Editt. Paul. Steph. Ald. Franc. C. *ὀδὸν* hic repraesentant. Burt. Cum scholiaste consentit Eustathius ad Homer. p. 156. censens *τὸ ὀδὸν* hic pro *οὐδὸν* ejecta litera *υ* poni. Sed hoc mihi vix verisimile videtur. Heath. Nescio an idem sit, quod *χαλκόπους ὀδὸς* nostro audit supra v. 58. [57.] Musgr. *Ὀδόν*. Asperatur haec vox in veteribus codd. ut et apud Eustathium, qui hujus loci meminit p. 156. *ὅτι δὲ οὐδὸς παρὰ τὸ ὁδεύεσθαι, ὡς εἴρηται, γίνεται, δηλοῦσι καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνῷ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων, ὁδὸν δίχα τοῦ υ γράφοντα τὸν (318) οὐδὸν ἐν τῷ, καταράκτην ὁδὸν χαλκοῖσι βάθροισι γῆθεν ἐρριζωμένον.* Sed certum est eam tenuari debere. Vide Lexicon in *Ὀδός*. Brunck. Intelligitur *ὁ χαλκοῦς ὀδὸς* et descensus in Tartarum, de quibus vid. supra ad v. 57. Both. Par. B. *ἐπειδ' ἀφῖκτον τὸν καταράκτην ὁδόν*. Etiam Vat. Farn. *τὸν καταράκτην ὁδόν*. Laur. A. B. Par. A. *τὸν καταρράκτην ὁδόν*, ut Aldus. Par. F. T. Ricc. *τὸν καταρράκτην ὀδόν*. Gl. in Laur. A. aliisque: *ἀντὶ τοῦ οὐδόν*. Addit Ricc. *ὅπερ ἐν ἀρχῇ εἶπεν χαλκόπουν*. Turnebus in textu

ὀδόν, in margine ὀδόν, ἤγουν οὐδόν. Ceterae edd. recentiores aliae ὀδόν, aliae ὀδόν. Musgraviana τὴν καταρράκτην ὀδόν, quod qui reposuit, etiam ἐρριζωμένην scribere debebat. Verba ἐπεὶ δ' ἀφῖκτο τὸν καταρράκτην ὀδὸν quomodo concilianda sint cum superioribus ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον, | χθονὸς καλεῖται τῆσδε χαλκόπους ὀδός, mihi non liquet. Poëtam sibi non constare arbitratur scholiastes, cujus verba sunt: Ἐπεὶ δ' ἀφῖκτο τὸν καταρράκτην: ὃν ἐν ἀρχῇ εἶπεν χαλκόπουν ὀδόν, τοῦτον νῦν ὑποτίθεται ἐκτὸς τῆς σκηνῆς, καὶ οὐκέτι ἐν ὄψει τοῦ θεάτρου. καὶ νῦν καταρράκτην προσηγόρευσεν, διὰ τὸ νομίζειν ἐκεῖνον τὸν τόπον κατάβασιν ἔχειν εἰς Ἅιδου. Plura dixit ad v. 37.

1591. Ricc. χαλκοῖς βάθροις. Ceteri MSS. χαλκοῖς βάθροισι. Malim χαλκέοις βάθροισι. Nam χαλκοῖς et similia comicorum esse videntur.

1592. ἔστη κελεύθων ἐν πολυσχίστῳ μιᾷ,] Sententia postulare videtur, ut pro πολυσχίστῳ reponamus πολυσχίστων. Heath. Malim πολυσχίστων. Musgr. Perperam libri omnes πολυσχίστῳ. Brunck. Laur. A. ἐν πολυσχίστοι μιᾷ. Par. F. ἐν πολυστίχῳ μιᾷ. Ceteri MSS. πολυσχίστῳ (vel πολυσχίστῳ), ut impressi ante Brunckium.

1593. κοίλου πέλας κρατῆρος,] Pausanias postquam paullo antea locum indicaverat, ubi Theseus et Pirithous foedus iniisse dicebantur, paucis interpositis addit p. 43. ἐνταῦθα ὅσον ἐς πῆχυν τὸ ἔδαφος διέστηκε, καὶ λέγουσι μετὰ τὴν ἐπομβρίαν τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνος συμβᾶσαν ὑπορυῆναι ταύτῃ τὸ ὕδωρ. Musgr. Norunt omnes Aetnae crateras et similia. Vauv. Quid nobis cum Aetna et Deucalione? Crater, de quo nunc agitur, lapideus fuisse videtur, ἀνδρὸς εὐχειρος τέχνη, ut illi, quorum fit mentio v. 472.

1593, 4. οὗ τὰ Θησέως | Περίθου τε κεῖται πίστ' ἀεὶ ξυνθήματα.] Ξυνθήματα, pignora. Vide supra

(319) ad v. 47. [46.] Heath. Pausanias in Atticis cap. 18. [p. 42.] Τοῦ δὲ ἱεροῦ τοῦ Σαράπιδος οὐ πόρρω χωρίον ἐστίν, ἔνθα Πειρίθουν καὶ Θησέα συνθεμένους ἐς Λακεδαίμονα καὶ ὕστερον ἐς Θεσπρωτοὺς σταλῆναι λέγουσι. Burt. Julianus Imp. p. 242. C. οὐχ ὅρκοις, οὐδὲ τοιαύταις ἀνάγκαις ταῦτα πιστούμενοι, ὥσπερ ὁ Θησεὺς καὶ ὁ Πειρίθους. Non est omittendum, nuncium hic ut Sophoclis potius quam ut Thesei contemporaneum loqui. Musgr. Suidas v. Συνθήματα: οἱ τὰ Θησέως Πειρίθου τε κεῖται πιστὰ ξυνθήματα. Etiam Laur. B.

πεπείθου, quam formam ne in prosa quidem oratione usurpant Attici. Deinde Par. B. T. (in quo supra scriptum πί) Vat. Farn. πλεῖστ' ἀεὶ ξυνθήματα. Ceteri MSS. πίστ', ut impressi. Haec ita interpretatur schol. οἷον, ὑπομνήματα τῆς πίστεως, ἧς ἔθεντο πρὸς ἀλλήλους, πρὸ τῆς εἰς Ἅιδου καταβάσεως. Ceterum de diversis locis loquuntur Sophocles et Pausanias. Hic enim locum intra urbem non longe a Prytaneo situm indicat.

1595, 6, 7. ἐφ' οὗ μέσου στάς, τοῦ τε Θορικίου πέτρου, | κοίλης τ' Ἀχέρδου, κἀπὸ λαΐνου τάφου | καθέζετ'] Emendavimus hunc locum Novarum Lectionum lib. III. cap. iii. CANT. Κἀπὶ [λαΐνου τάφου] Scal. atque ita emendat Gul. Canterus, approbante erudito Kustero ad Suidam v. Ἄχερδος. BURT. Si haec non corrupta sunt, quod valde suspicor, ita reddi debent: *Apud quem* (κρατῆρα scil.) *cum restitisset, media via situm inter Thoriciamque petram, cavamque Acherdum, et aeque a saxeo tumulo dissitum, consedit.* HEATH. Μέσου. Sic si legamus, nihil erit a quo regatur et πέτρου et ἀχέρδου. Emendandum igitur μέσος, ut constructio sit, μέσος ἀπὸ Θορικίου πέτρου καὶ κοίλης ἀχέρδου καὶ λαΐνου τάφου vel τάφρου, *aequidistans a Thoricia rupe, et a cava pruno, et a saxeo sepulchro.* Canterus pro κἀπὸ reponebat κἀπὶ: verum hoc constructionem pessumdat, cum nihil, ut dixi, relinquat, a quo regi possint πέτρου et ἀχέρδου. MUSGR. An sit in his aliquid corrupti, quod suspicatur cl. Heath, non facile est divinare. Interim quae habemus videor mihi recte sic interpretari: *Quem inter medius et Thoricium saxum, et pyrum sylvestrem cavam, et lapideum tumulum cum constitisset, sedit,* &c. Nec displicet Canteri conjectura, quam probat cl. Kuster, κἀπὶ; ut sensus sit, *insedit lapideo tumulo.* VAUV. Corrupta est hujus loci in libris omnibus scriptura. Sic eum exhibuit Aldus: ἐφ' οὗ μέσου στάς, τοῦ τε Θορικίου πέτρου, | κοίλης τ' Ἀχέρδου, κἀπὸ λαΐνου τάφου | καθέζετ'· εἶτ' ἔλυσε δυσπινεῖς στολάς. Quatuor hic indicantur puncta, (320) quorum in medio substitit Oedipus, et desedit; κοῖλος κρατήρ, πέτρα Θορικία, κοίλη ἄχερδος, λάϊνος τάφος. Juxta vulgatam lectionem stetit Oedipus simul super quatuor his locis, quod absurdum est. Proinde nihil juvat Canteri emendatio legentis κἀπὶ λαΐνου τάφου. Quin legendum omnino: ἐφ' οὗ μέσος στάς, καὶ τε

Θορικίου πέτρου, | *κοίλης τ' ἀχέρδου, κἀπὸ λαΐνου τάφου,* | *'καθέζετ'· εἶτ' ἔλυσε δυσπινεῖς στολάς.* Ceteras Aldinae lectionis mendas jam sustulerant alii editores. *Καθέζετ'* Turnebus dedit: *ἔλυσε* Stephano debetur. Utrumque repraesentant codd. nostri B. T. BRUNCK. Nimius est Brunckius, quod *ἐφ' οὗ* immutare conatur in re, quae non aliunde nisi ex librorum monumentis cognosci potest. Stabat Oedipus *κοίλου πέλας κρατῆρος,* quo prorsus spectat *ἐφ' οὗ,* et ita quidem ut medius esset inter Thoriciam rupem et cavam pirum, atque aversus a saxeo sepulchro (*κἀπὸ λαΐνου τάφου*). Neque minus inanis est Canteri correctio scilicet *κἀπὶ λαΐνου—.* Unum tamen a Brunckio ascivimus *μέσος* pro *μέσου.* REIS. Vat. *ἐφ' οὗ μέσον στάς.* Ceteri MSS. *ἐφ' οὗ μέσου στάς,* ut impressi ante Brunckium. Si plures et meliores *μέσον* haberent, nescio an praestaret. Scholiastes recte *μεταξὺ* interpretatur. Postrema verba, *κἀπὸ λαΐνου τάφου,* vereor ut recte acceperit Reisigius, licet meliorem interpretationem proferre non possim.

1595. Saxum Thoricium dicitur a Thorico populo Atticae, Tribus Acamantidis. Vide Suidam, Harpocrat. Stephanum Byzant. ad v. *Θόρικος,* Strabon. lib. 9. p. 611. Edit. noviss. Amstel. BURT. Ad haec illustranda accurata Athenarum topographia opus foret. MUSGR. Schol. *Θόρικον* ait esse *δῆμον τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς,* et sic etiam Stephan. Byzant. Contermina igitur Colono ista tribus a septentrione cogitanda est, qua parte descensus in Tartarum esse credebatur. De Thorico quidem urbe cave nomen petitum esse arbitreris, quae diversa regione sita erat in litore, inter Panormum portum, ubi Prasiae, et Sunium promontorium. BOTH. Haec partim vera sunt, partim falsa. Thoricus, quem urbem appellat Bothius, pagus erat Acamantidis tribus prope Sunium, ita ut nihil praeter nomen cum eo commune habere potuerit *Θορίκιος πέτρος,* cujus nulla alia apud quemquam mentio exstare videtur. Ceterum Laur. A. (in quo supra scriptum *τε*) Par. B. Vat. *τοῦ θορικίου πέτρου.* Par. F. *τοὔν' ἐρικίου πέτρου.* Male nonnulli *rupem,* quasi *τῆς τε Θορικίας πέτρας* scripserit poeta.

(321) 1596. Ab Acherdo fortasse gentile *Ἀχερδούσιος.* Certe Thucydidis Poetae *Ἀχερδουσίου* meminit Marcellinus in vita Thucydidis edit. Duker. p. 5. HEATH. Arboris genus est *ἄχερδος,* *prunus sylvestris* Latinis

dictum, Anglis *a sloe*. Alcaeus in Anthol. p. 272. *καὶ πνιγόεσσαν ἄγερδον ἀποστύφουσαν ὀδόντων | χείλεα.* Homerus Odyss. Ξ. 10. *καὶ ἐθρίγκωσεν ἀχέρδῳ.* Theocritus XXIV. 88. *ἀνέμῳ δεδονημένον αὖον ἄχερδον.* Musgr. *Ἄχερδος, pyrus sylvestris*, vel *spinae species quaedam.* Vauv. *Ἄχερδος* utrum nomen sit appellativum, an loci cujusdam proprium, sunt qui dubitent. *Pirum silvestrem* significat, et *κοίλη ἄχερδος sepem, αἱμασιὰν* notare possit, qua locus ubi substitit Oedipus una ex parte claudebatur. Vide Eustathium p. 1748. l. 47. Locus inter Atticae pagos recensetur *Ἀχερδοῦς*, cujus gentile *Ἀχερδούσιος*. Sed illius patrius casus esset *Ἀχερδοῦντος*, non *Ἀχέρδου*. Brunck. Hesychius: *Ἄχερδος: ἄκανθα ποιά. καὶ ἐθρίγκωσεν ἀχέρδῳ.* Grammaticus apud Bekkerum: *Ἀχράς: ὁ καρπὸς τῆς ἀχέρδου. Ἀριστοφάνης* (Eccl. 355.) *οὕτως εἴρηκεν.* Idem: *Ἀχράδας τὰς ἀχέρδους λέγουσιν.——ἴσως δ᾽ ὁ μὲν καρπὸς ἀχράς, τὸ δὲ δένδρον ἄχερδος.* Male Aldus *κοιλῆς τ᾽ Ἀχέρδου*, quasi nomen proprium sit *Ἄχερδος*. Edd. recentiores recte *ἀχέρδου*. Ceterum Par. F. *κοίλης δ᾽ ἀχέρδου.*

1596. *Τάφρου* Suidae MS. C. C. C. loco modo memorato. Burt. MS. Suidae in Bibliotheca C. C. C. Oxon. ad v. *Ἄχερδος* dat *λαΐνου τάφρου*, quod vulgata non deterius. Musgr. Suidas in *Ἄχερδος* legit *κἀπὸ λαΐνου τάφρου.* Brunck. Ita scilicet edd. Mediolanensis et Veneta. Scripturam mutavit Portus. Apud Sophoclem omnes MSS. *κἀπὸ λαΐνου τάφου,* nisi quod Vat. *λαΐου* habet. Probabilior esset Suidae scriptura, si *λαΐνης* apud eum legeretur. *Τάφρος* enim femininum est. Euripides Alc. 900. *ῥίψαι τύμβου τάφρον εἰς κοίλην.* Omisit Aug. Matthiae Gramm. Gr. §. 94. p. 115.

1597. *καθέζετ᾽, εἶτ᾽ ἔλυσε δυσπινεῖς στολάς.*] Lege *καθέζετ᾽.* Versu enim praecedente in diphthongum desinente eliditur augmentum. Vide v. 1677. [1606.] infra. Heath. *Καθέζετ᾽.* Vulgo *καθέζετ᾽.* V. Porson. Supplem. praefat. ad Eurip. Hecub. p. xviii. s. ed. Lips. alt. Schaef. Porsoni verba sunt: *Similis est ratio in καθεζόμην, καθήμην, καθεῦδον, quibus augmentum non praeponunt Tragici; Comici pro arbitrio vel praeponunt, vel abjiciunt.* Frustra igitur Heathium sequuti Brunckius et Bothius *κάθεζετ᾽* cum elisionis signo. Par. A. *καθέθετ᾽*, ut Aldus. Ricc. *κα-* (322) *θέθετ᾽.* Ceteri MSS. et edd. recentiores recte *καθέζετ᾽.*

1597. εἴτ' ἔλυσε δυσπινεῖς στολάς.] Exuit vestes sordidas, aliasque mox induitur v. 1674. [1603.] tanquam sacrum diis facturus. Ita enim veteres solenniter. Unde et paria tradit de Alcestide Euripides fabulae cognominis v. 157. et seq. ubi plura contulimus. Musgr. Par. B. T. Farn. recte ἔλυσε, quod ex appendice Turnebianae admisit Stephanus. Vat. ἔλυσε. Ceteri MSS. ἔδυσε, ut Aldus, qui simili errore dedit δύεται apud Euripidem Heracl. 602. Deinde Par. F. δυσπηνεῖς.

1598, 9. κᾆπειτ' ἀΰσας παῖδας, ἠνώγει φυτῶν | ὑδάτων ἐνεγκεῖν λουτρὰ καὶ χοὰς ποθεν.] Notandum praeteritum ἠνώγει, quod saepius apud tragicos non legitur.

1600, 1. τὼ δ' εὐχλόου Δήμητρος εἰς ἐπόψιον | πάγον μολοῦσα,] Nota Masculinum Genus pro Foeminino. Ita saepe Attici Scriptores. Conf. Hesiodi Erg. v. 199. nostri Electr. v. 1009. [977.] Burt. Melius Aldina et vetus Scholiastes, τὰ δ' εὐχλόου — μολοῦσα, quanquam et scriptura vulgata a dialecto Attica minime abhorret. Heath. Legendum τὰ δ', *hae autem*. Vauv. Τὼ δ'. Sic bene T. et Scholiastes: quod etiam in B. superscriptum vulgato τὰ — ! Perperam in impressis τάδ'. Brunck. Par. A. Ricc. Vat. τάδ', ut Aldus. Par. B. τάδ'. Laur. A. τῶιδ'. Laur. B. τῷδ'. Par. F. a prima manu τῶδ'. Idem a correctore τώδ'. Sic etiam Tricliniani Par. T. Farn. Suidas v. Πρὸς ὄψιν, τόνδ'. Impressi recentiores recte τὼ δ'.

1600. Pausanias p. 51. Δήμητρα Χλόην vocat; nec aliter Eupolis Scholiastae citatus. Musgr. Cererem, quam hic epitheto εὔχλοον distinguit, Athenienses colebant Χλόης appellatione, cujus mentio apud Comicum in Lysistr. 835. Brunck. Χλόης Δήμητρος ἱερόν, de quo mentionem facit Pausanias, ascendentibus ad Acropolin sese offerebat. De eo loquuntur Aristophanes et Eupolis, cujus verba sunt: ἀλλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι. θῦσαι γάρ με δεῖ | κριὸν Χλόῃ Δήμητρι. Diversum fuisse εὐχλόου Δήμητρος πάγον, de quo loquitur noster, res ipsa satis indicat. Male igitur schol. εὐχλόου Δήμητρος ἱερόν ἐστι πρὸς τῇ ἀκροπόλει. Ceterum Laur. A. a prima manu εὐχλοίου.

1600. Laur. A. Par. F. εἰς προσόψιον. Sic et-

jam Suidas v. Πρὸς ὄψιν. Ceteri MSS. ἐπάψω impressi.

1601. Par. T. πάγον μολοῦσα, ut impressi. B. πάγου μολοῦσα. Par. A. Ricc. πάγον μολοῦσα. Vat. πάγου μολοῦσα. Laur. A. B. Par. F. πάγον μολοῦσαι. Suidas v. Πρὸς ὄψιν, πάγον μολοῦσα. E Farn. enotatum habeo παθοῦσα.

1601, 2. τάσδ' ἐπιστολὰς πατρὶ | ταχεῖ πόρευσαν ξὺν χρόνῳ.] Ἐπιστολάς, mandata, ut Aeschyl. Prometh. 3. MUSGR.

1602. Lege ταχεῖ 'πόρευσαν. HEATH. Crasin firmat unus Philoctetae versus 360., ἐπεὶ 'δάκρυσα κεῖνον οὐ μακρῷ χρόνῳ. REIS. Ταχεῖ 'πόρευσαν. Ita Brunckius, Schaeferus, Bothius, Reisigius. Quam rationem probant Lobeckius ad Aj. 841. p. 355. Seidlerus de Versibus Dochm. p. 12. Hermannus autem Elem. p. 121. *His adde locos, inquit, in quibus crasis, qua eos adjuvare voluerunt, ferri non potest, Aeschyli in Persis* 490. [πλεῖστοι θάνον], *Sophoclis in Oed. Col.* 1602. [ταχεῖ πόρευσαν], 1608. [πεσοῦσαι, κλαῖον], *Philoct.* 360. [ἐπεὶ δάκρυσα], *Eurip. Heracl.* 33. [ἱκέται καθεζόμεσθα]. Similia monere videtur ad Trach. 900. [904.] ubi meae ad Bacch. 1132. annotationi respondet: *non attendit vir doctissimus, quas ipse elisiones statuit, crases esse prorsus insolitas atque inauditas.* De diphthongo οι mecum sentit Reisigius p. 376. *Nimis enim severos arbitror esse, qui crasin infitiantur, νικώμενοι 'κύρισσον, ἀναμεμιγμένοι φείδοντο: quam certe in τοι debent agnoscere.* Idem ταχεῖ 'πόρευσαν dedit v. 1602. sed πεσοῦσαι, κλαῖον v. 1608.

1604. ἐπεὶ δὲ παντὸς εἶχε δρῶντος ἡδονήν,] Δρῶντος, i. e. ὑπηρετοῦντος. Hesychius: Δρώοιμι: ὑπηρετοίην. Vide et Eurip. Cyclop. 132. [Οὐκ οἶδ', Ὀδυσσεῦ. πᾶν δέ σοι δρώημεν ἄν.] MUSGR. Δρῶντος. Pro δρωμένου. Brunckius ad v. 74. Sic Trachin. v. 196. τὸ ποθοῦν. SCHAEF. Vide ad τοῦ θέλοντος v. 1220. Sed nullam causam video, quare δρῶντος passivo sensu accipiatur.

1605. κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν ὧν ἐφίετο,] Ἀργόν, *infectum.* Theognis v. 597. s. Brunck. ἀλλὰ τὰ μὲν προβέβηκεν, ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι | ἀργά: ut probabiliter emendavit Eldickius Suspic. Specim. p. 2. SCHAEF. Par. F. κοὐκ ἦν οὐδὲν ἔτ' ἀργόν. Tricliniani Par. T. Farn. οὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδέν. Ceteri

MSS: κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν, ut impressi, nisi quod Vat. ἔργον habet.

1605. Omnium librorum scripturam ἐφίετο in ἐφίεται mutavi, ut recte elideretur prima proximi vocabuli ἐκτύπησε syllaba. Sententiae nihil refert. Noster Trach. 769. ἱδρὼς ἀνῆει χρωτί, καὶ προσπτύσσεται | πλευραῖσιν ἀρτίκολλος, ὥστε τέκτονος, | χιτὼν ἅπαν κατ' ἄρθρον. Euripides Alc. 181. κυνεῖ δὲ προσπίτνουσα. πᾶν δὲ δέμνιον | ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύεται
(324) πλημμυρίδι. Vulgo προσπτύσσετο et δεύετο, quae non desunt qui defendant. Priori exemplo usum esse Heindorfium ad Platonis Phaedonem p. 124. allatis aliis conjunctorum diversorum temporum exemplis, monet Hermannus. Simile est φράζει τε κἀδήλωσεν Aj. 31.

1606, 7. κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος, αἱ δὲ παρθένοι | ῥίγησαν ὡς ἤκουσαν,] Lege 'κτύπησε et 'ρρίγησαν, id est, ἐκτύπησε et ἐρρίγησαν, quarum vocum prima litera eliditur propter vocem praecedentem, quanquam versum alterum claudentem, in vocalem vel diphthongum desinentem. Similis elisionis exempla reperiuntur in Electr. v. 717. 718. [715. 716.] et Oedip. Tyran. v. 540. 541. [532. 533.] Heath. Exempla ab Heathio allegata non omnia hujus sunt loci. Rectius allegasset 'βρυχᾶτο Trach. 906. 'φρούρουν v. 917. 'φορεῖθ' El. 715. (nisi legendum ἐφορεῖθ'), 'φείδοντο v. 716. 'θάκουν apud Euripidem Hec. 1151. nisi legendum θακοῦν. Plura apud tragicos exstare non videntur. Neque his exemplis legi potest 'κτύπησε, nisi superiore versu legatur ἐφίεται, ut jam monui. Sed audiendus Hermannus Elem. p. 51. *Certe monstra sunt, quae hic illic, quoniam augmentum non videbatur omitti a tragicis posse, a criticis introducta videmus, ut apud Aeschylum in Persis v. 490. Ἔνθα δὴ πλεῖστοι 'θανον: multoque magis illud in Brunckii editione Oed. Col. 1605. κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν ὧν ἐφίετο, | 'κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος, αἱ δὲ παρθένοι | 'ρίγησαν, ὡς ἤκουσαν. Sed praeclare observavit Seidlerus, in nunciorum narrationibus, ut quae epici carminis quamdam similitudinem habeant, et fortasse etiam aliis quibusdam in sermonibus, qui ad illud genus referri possint, ut in gravibus sententiis, cujusmodi in locis solis istae augmenti neglectiones reperiantur, minori severitate in retinendo augmento usos esse tragicos.* Haec Hermannus; cui

respondere conatus sum ad Bacch. 1152. Recte Reisigius ad v. 1499. (1506. Br.) p. 376. *Ceterum non possum cum viris praeclarissimis non dissentire, qui epicorum consuetudinem augmentum omittendi a tragicis omnino ubi res gestas traderent, receptam putant.* Minus vera sunt sequentia: *In magnis rebus et gravibus grandibusque neque de vulgo sumptis placuit, nec unquam in* media *oratione nisi in* exordio versus, *tanquam in illustri et luculento loco; ac si minus in versus principio, tamen in* enuntiationis exordio, *utrovis modo ut vis eluceret: quod multis probavimus in Conjectt. p. 78—84. Cum his vero nunc etiam illa contendi debent quae de eliso ι dativi (305) diximus ad v.* 1431. [1436.]. In ea scilicet opinione est vir doctissimus, in dativo *Γοργόνι* ultimam literam elidi posse, in *γυναικὶ* non posse, quia res dira atque horrenda sit *Γοργών*, secus vero *γυνή*. In hac nuntii narratione omissi augmenti exempla habemus *καθέζετ'* v. 1597. *πόρευσαν* v. 1602. *κτύπησε* v. 1606. *ῥίγησαν* v. 1607. *κλαῖον* v. 1608. *θώϋξεν* v. 1624. Quae omnia tollere conatus est Heathius, omnia praeter *θώϋξεν* Brunckius. Nihil mutandum censent Seidlerus et Hermannus, quia *ῥῆσις ἀγγελικὴ* sit. Reisigius vero *πόρευσαν* scripsit, cetera intacta reliquit. Satis a Porsono defensum est *καθέζετ'*: neque negari potest, graves res esse *κτυπῆσαι, ῥιγῆσαι, κλαίειν, θωΰξαι*, quorum ad unumquodque exclamare potuisset Reisigius, *dii boni, quam graviter hoc!* Vide eum in Aristophanem p. 81.

1606. *Ζεὺς χθόνιος.* De fulmine subterraneo vide citata ad Eurip. Hippol. 1216. Plutonem nigrum Jovem vocat Seneca Herc. Oet. 1703. Hesiod. Op. et D. 465. *εὔχεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ*: ubi vide Graevium. Musgr. Eurip. Hippol. 1212. [1201.] *ἔνθεν τις ἠχὼ, χθόνιος ὡς βροντὴ Διὸς, | βαρὺν βρόμον μεθῆκε, φρικώδη κλύειν.* Brunck.

1607. Dicere potuisset noster *ἔφριξαν ὡς ἤκουσαν*, vel potius *ἔδεισαν ὡς ἤκουσαν*. Sed *Ὁμηρικῷ ζήλῳ* intulit *ῥίγησαν*, quod verbum saepius apud Atticos non legitur. Homericum *ἐρρίγα*, *horreo*, cum communi *ῥιγῶ*, *frigeo*, male confundunt grammatici. Hujus aoristus est *ἐρρίγωσα*, unde *ἐνερρίγωσα* Aristophanes Plut. 847. Ceterum male Brunckius *ῥίγησαν*. Nisi scribendum *ῥίγησαν*, ut vulgo, geminandum videtur ρ.

1607, 8. *ἐς δὲ γούνατα* | *πατρὸς πεσοῦσαι, κλαῖον,*] Lege *πεσοῦσαι 'κλαιον*. HEATH. Vat. *πεσοῦσ' ἄκλαιον*. Vulgatum *κλαῖον* probant Hermannus Elem. p. 121. (cujus verba vide ad v. 1602.) et Reisigius in Aristophanem p. 83. qui ait: *Sophoclis Oedipo Coloneo, v.* 1679. *Musgrav., ἐς δὲ γούνατα* | *πατρὸς πεσοῦσαι, κλαῖον,, et Ajace, v.* 308, *καὶ πλῆρες ἄτης ὡς διοπτεύει στέγος,* | *παίσας κάρα, θώϋξεν., non sine pondere profertur κλαῖον et θώϋξεν*. Haec qui legerat Hermannus in Ajace dedit *'θώϋξεν* cum hac annotatione: *Libri vett. θώϋξεν sine coronide: quod non damnem, siquidem verissima est Seidleri observatio, in narrationibus apud tragicos augmentum omitti posse.* Nondum igitur sententiam suam de caussa omissi augmenti Hermanno probavit Reisigius.

(526) 1608, 9. *οὐδ' ἀνίεσαν* | *στέρνων ἀραγμούς, οὐδὲ παμμήκεις γόους.*] Laur. A. *ἀνειεσαν*. Par. F. *ἀνήεσαν*. Noster Oed. T. 1277. *οὐδ' ἀνίεσαν* | *φόνου μυδώσας σταγόνας*. Mox Vat. *παμμήκους*.

1610. *ὅ δ' ὡς ἀκούει φθόγγον ἐξαίφνης πικρόν,*] Vat. *σκότον* pro *φθόγγον*.

1618. *οὔ τητώμεναι*] Par. F. *οὔ τηκόμεναι*. Ricc. *οὔ τιμώμεναι*.

1619. *τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον αὖ διάξετον.*] Wesselingio omnino assentior pro *αὖ* reponenti *εὖ*. Vide ejus Observat. p. 97. HEATH. Non possum doctissimo Wesseling assentiri *εὖ* pro *αὖ* reponenti. Videtur enim poëta perpetuum dolorem ex patris privatione opponere molestiae quidem, sed illi tamen gratae, quam in eo colendo toleraverant. In quo potentiorem affectum contineri existimo. VAUV. Aldus edidit *τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον διάξετον,* metro ruente ob syllabae defectum: nec aliter scriptus est hic versus in tribus codd. Turnebus e conjectura, ut videtur, *αὖ* inseruit, quod nihili est. Recte Wesselingius Observat. p. 97. reponit *εὖ*. *Vult enim pater, filias, se misero liberatas, tandem felicius aevum acturas.* Verba sunt ipsius viri doctissimi. Sic autem ista cum praecedentibus cohaerent: *κοὐκ ἔτι τὴν δυσπόνητον ἕξετ' ἀμφ' ἐμοὶ τροφήν.* Wesselingio obloquitur nuperus Parisinus editor, qui quum *αὖ* tuetur nulla auctoritate invectum, non animadvertit se nebulam pro Junone amplecti. BRUNCK. *Τὸ λοιπὸν*

ἤδη τοῦ βίου διάξετε. Ascivi scripturam Suidae T. III. p. 464. Brunckius τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὖ διάξετον. Εὖ illud infeliciter excogitatum: nam adversatur et verbis οὐ τητώμεναι, et omnino affectui, qui divinum hunc locum (sed quid non θεῖον in Coloneo, principe, si recte sentio, fabularum Sophoclearum?) pervadit tenerrimus. SCHAEF. Τὸ λοιπὸν ἤδη τοῦ βίου διάξετον. Suidae suffragati sumus, etsi non omni ex parte Aldinam condemnamus memoriam: quippe dualem, διάξετον, pluralis loco egregie suppeditant Aldus atque MSS. Intemperanter Elmsleius ad Eurip. Med. v. 1096. τὸ λοιπὸν ἤδη τὸν βίον alucinatus est. Sincerum utique judicium adhibendum, ne quis dissimilia pro similibus habeat, velut Trachinn. v. 168., τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ, neve nubem pro Junone amplectatur, veluti Brunckius hîc: necnon Elmsleius, ut arbitror. Conferre juvat de Ecclesiazusis Aristoph. v. 240., εὐδαιμονοῦντες τὸν βίον διάξετε., atque Trachinn. v. 81., τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων' ἔχειν, etsi Elmsleius ex uno MS. Rom. C. profert τὸ λοιπόν. REIS. Hanc scripturam nuper (527) admisit Hermannus. Sententiam non mutavi de nostro loco. Plerique MSS. τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον διάξετον, ut Aldus. Tricliniani Par. T. Farn. τὸν λοιπὸν ἤδη βίωτον διάξετον. Laur. A. Par. F. τὸ λοιπὸν ἤδη βίοτον διάξετον. Τὸ λοιπὸν pro adverbio accipere malo. Ita noster Trach. 168. τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ. Phil. 454. τὸ λοιπὸν ἤδη τηλόθεν τό τ' Ἴλιον | καὶ τοὺς Ἀτρείδας εἰσορῶν φυλάξομαι. Euripides Med. 1127. Κάλλιστον εἶπας μῦθον, ἐν δ' εὐεργέταις | τὸ λοιπὸν ἤδη καὶ φίλοις ἐμοῖς ἔσει. Andr. 1259. τὸ λοιπὸν ἤδη θεὸς ξυνοικήσεις θεῷ.

1620, 1. τοιαῦτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀμφικείμενοι | λύγδην ἔκλαιον πάντες.] Aristophanes Ach. 690. εἶτα λύζει καὶ δακρύει. Hesychius: Λυγγανόμενον: λύζοντα ἐν τῷ κλαίειν.

1622. οὐδ' ἔτ' ὠρώρει βοή.] Edit. Steph. οὐδέ τ'. Rectius ut edidimus. LOND. B. Edidimus οὐδ' ἔτ' ὠρώρει, secuti Cant. C. et Turn. lectionem marginalem. Editt. Steph. Turn. in textu, Ald. Franc. οὐδέ τ' ὠρώρει legunt. BURT. Οὐδέ τ' ὀρώρει βοή. Sic emendate scriptum in tribus codd. ut Aldus, Turnebus et Stephanus ediderunt. Prava lectio et prava distinctio recentiores editiones invasit, οὐδ' ἔτ' ὀρώρει βοή. BRUNCK. Οὐδ' ἔτ'. Al. οὐδέ τ'. Vitio typo-

graphico ὀρώρει tres Brunckianae laborant. Schaef. Quod Brunckius ex incuria dedit, οὐδέ τ' ὀρώρει, habent Ricc. Vat. Ceteri MSS. ni fallor, οὐδέ τ' ὠρώρει, ut Aldus. Recte margo Turnebianae οὐδ' ἔτι. Hodie nemo nescit δέ τε non Atticum esse. Vide ad οἱ δ' ἔτ' ἠθέων Oed. T. 18.

1622. Aeschylus Ag. 662. ἐν νυκτὶ δυσκύμαντα δ' ὠρώρει κακά. Saepius non legitur ὄρωρα apud Atticos, qui ejusdem formae habent ἄραρα, ὄδωδα, ὄλωλα, ὄπωπα.

1623, 4. ἦν μὲν σιωπή. φθέγμα δ' ἐξαίφνης τινὸς | θώϋξεν αὐτόν,] Lege ἐθώϋξεν, in qua voce fit etiam, ut opinor, synizesis. Heath. Legendum ἐθώϋξεν, ut monuit cl. Heath. Negat quidem cl. Brunck, [ad Euripidis Andr. 955.] nec synizesin in eo verbo fieri permittit. In quo primum rogo, quare, quod fiat semper in αὐτὸς et similibus, illud in θωΰσσω non liceat. Deinde quid synizesi indigemus, cum in prima versus sede ἐθώϋξεν anapaestum recte constituere possit, quoniam ω ante vocalem breve esse posse Euripidis autoritate probavimus? Vauv. Exemplum hîc habemus omissi augmenti in aoristo, quod rarissimum (328) est apud poëtas Atticos, nec tamen mendosum. Sic in Trach. 767. ἱδρὼς ἀνῄει χρωτί, καὶ προσπτύσσετο. Vide quae notavimus ad Euripidis Androm. 955. [962.] Bacchas 1123. [1132.] et ad Aeschyli Persas 414. [416.] Ridicule Heathius legendum pronuntiat ἐθώϋξεν. Brunck. Ἐν μὲν σιωπῇ φθέγματ' ἐξαίφνης τινὸς | αὐτῷ γ' ἐθώϋξ'. Sentio equidem cum Porsono praefat. Eurip. edit. Lips. pag. 5., augmentum in senariis nunquam omisisse Atticos poëtas. Quae cum ita sint, vide an probabiliter haec correxerim. Certe αὐτῷ γ' corruptum in αὐτόν, cum versum hiantem destitueret, transponi, et ἐθώϋξ' in θώϋξεν mutari, proclive fuit. Both. Porsonus ad Eurip. Phoeniss. v. 5. corrigit φθέγμα δ' ἐξαίφνης τινὸς | θεῶν ἐθώϋξ'. Schaef. Omnes MSS. φθέγμα δ' ἐξαίφνης τινὸς θώϋξεν αὐτόν, ut impressi ante Bothium. Quam scripturam sanam arbitratur Reisigius, cujus verba attuli ad κτύπησε v. 1606. Mihi secus videtur. Nec tamen Porsoni conjecturam admittere audeo. Sanum puto αὐτόν, licet alterum ejus constructionis exemplum memoria non teneam. Euripides Hipp. 219. κυσὶ θωΰξαι dixit. Mendosum videtur τινός, quod e θεοῦ natum suspi-

cor. Contrario fere vitio apud Euripidem Iph. A. 702. θεοῦ pro τινὸς hodie legi puto.

1624, 5. ὥστε πάντας ὀρθίας | στῆσαι φόβῳ δείσαντας ἐξαίφνης τρίχας.] Sic ὕπνῳ γ᾽ εὕδοντα Oed. Tyr. 65. φόβῳ ταρβοῦσαν Trachin. 176. φρίκῃ τρέμουσαν Eurip. Troas. 1043. [1026.] ταρβοῦντες φόβῳ Herc. Fur. 973. [971.] Pors.

1626. καλεῖ γάρ αὐτὸν πολλὰ πολλαχῇ θεός.] Hoc alienissimum a divina majestate, si rem aestimes ex nostro sensu, tamen non dedecebat Graecorum Δία τὸν χθόνιον deosque illi ministrantes. Schaef.

1626. Par. T. Farn. κάλει. Vat. κάλλει. Ceteri MSS. recte καλεῖ. Vide ad Oed. T. 1245. Deinde Laur. A. πολλαχεῖ.

1627, 8. Ὦ οὗτος, οὗτος Οἰδίπους, τί μέλλομεν | χωρεῖν;] Par. A. Ricc. semel tantum οὗτος. Ita noster Aj. 89. Ὦ οὗτος Αἴας, δεύτερόν σε προσκαλῶ.

1628. πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται.] Laur. A. πάλαι δή τ᾽ ἀπὸ σοῦ, unde Par. F. a prima manu πάλαι δῆτ᾽ ἀπὸ σοῦ.

1630. αὐδᾷ μολεῖν οἱ γῆς ἄνακτα Θησέα.] Laur. A. Par. F. οἱ. Par. B. οἱ (sic). Ceteri MSS. οἱ, ut impressi.

1632. δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις,] Vat. δός μοι χειρὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνον. Etiam Par. B. χειρός. De duplici dativo μοι et τέκνοις vide ad vv. 1518, 9.

1633. ὑμεῖς τε, παῖδες, τῷδε,] Haec verba διὰ μέσου esse ostendunt imperativi δὸς et κατάινεσον, quae ad eandem personam spectant. Ita Euripides Tro. 1016. Ὦ θύγατερ, ἔξελθ᾽, (αἱ δ᾽ ἐμοὶ παῖδες (529) γαμίους | ἄλλους γαμοῦσι, σὲ δ᾽ ἐπὶ ναῦς Ἀχαϊκὰς | πέμψω, ξυνεκκλέψασα,) καὶ παῦσον μάχης | Ἕλληνας ἡμᾶς. Melius exemplum praebet idem Herc. 624. ἀλλὰ θάρσος ἴσχετε, | καὶ νάματ᾽ ὄσσων μηκέτ᾽ ἐξανίετε, | (σύ τ᾽, ὦ γύναι μοι, σύλλογον ψυχῆς λαβὲ, | τρόμου τε παῦσαι,) καὶ μέθεσθ᾽ ἐμῶν πέπλων.

1634, 5. τελεῖν δ᾽ ὅσ᾽ ἂν | μέλλῃς φρονῶν εὖ ξυμφέροντ᾽ αὐτοῖς ἀεί.] Verte, *facturus vero quaecunque es animo benevolo te facere par est iis utilia in perpetuum.* Vide infra v. 1857. [1774.] et Antig. 464. [448.] Heath. Μέλλῃς. Videtur transitivum esse, et accusativum regere: quod et in aliis locis (sc. Tra-

chin. 967; 8. [955, 4.] Eurip. Orest. 1188. [1182.] Phoeniss. 1253. [1225.]) suspicatus sum. Hic fortasse *putandi* sensum habet; *quaecunque bene considerans* (φρονῶν εὖ) *putaveris* (μέλλῃς) *ipsis utilia fore.* Musgr. Μέλλῃς, scil. τελεῖν. Conf. infra v. 1773. s. Φρονῶν εὖ jungendum infinitivo qui praecedit, τελεῖν. Valet *benevole.* Longe aliter Musgravius. Schaef. Recte Heathius et Schaeferus. Laur. A. (qui ante correctorem ὥσὰν pro ὅσ' ἂν) Par. F. μέλλεις.

1636. ὁ δ' ὡς ἀνὴρ γενναῖος, οὐκ οἴκτου μέτα | κατῄνεσεν τάδ' ὅρκιος δράσειν ξένῳ.] An legendum: ὡς ἀνὴρ γενναῖος ὤν, οἴκτου μέτα. Certe οἶκτος non dedecorat virum magnum. Vid. Philoct. 988. [965.] 1112. [1074.] Lond. B. Οἶκτος hic non *misericordiam* significat, sed *lamentationem*, quae virum generosum non decet. Nihil igitur mutandum est. Heath. De septem ducibus, sacramento se ad Thebas expugnandas astringentibus, satis decore Aeschylus, οἶκτος οὔτις ἦν διὰ στόμα, v. 51. Non item Theseo decorum existimaverim nulla Oedipi miseratione commotum fuisse. Malim igitur οὐκ ὄγκου μέτα, *sine ulla caussatione.* Musgr. Οἶκτος hic est quod nos Galli dicimus *foiblesse.* Vauv. Οὐκ οἴκτου μέτα, *non ejulans et lamentans*, quamvis commotus miseratione. Schaef. Euripides Tro. 165. διὰ γὰρ μελάθρων | ἀΐων οἴκτους οὓς οἰκτίζει.

1639. ψαύσας ἀμαυραῖς χερσὶν ὧν παίδων,] Malim ἀφαυραῖς. Burt. Male vulgo ἀμαυραῖς. Has voces jam supra commutatas vidimus v. 1018. Brunck. Adsunt loci, iique non pauci, ubi ἀμαυρός, ἀμαυροῦν *infirmitatis* vim induit. Supra v. 182. Ἕπεο μάν, ἕπε' ὧδ' ἀμαυρῷ | ἰώ μοι μοι, | κώλῳ, πάτερ, ᾇ σ' ἄγω. Quem locum intactum reliquit Brunckius, quanquam ei non minus quam noster locus et v. 1018. τί δῆτ' ἀμαυρῷ φωτὶ προστάσσεις ποιεῖν; mutandus videri de-
(530) bebat. Xenoph. Ages. xi. 12. ἀεὶ τιθεὶς τὰ τῶν φίλων ἀσφαλῶς, ἀεὶ ἀμαυροῦν τὰ τῶν πολεμίων εἶχεν. Pind. Isthm. IV. 81. χρὴ δὲ πᾶν ἔρδοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν. Hinc fluxit significatio *perdendi, interficiendi.* Pind. Pyth. XII. 25. ἤτοι τό γε θεσπέσιον Φόρκοιο μαύρωσεν γένος. Cf. Hesiod. Opp. et Dies 691. Simonid. ap. Diod. Sic. XI. 10. p. 412. ed. Wess. Sed tamen malim in locis Sophocleis, v. 182. et 1638. ἀμαυρός ita interpretari, ut *caecum* significet. Tum κῶλον ἀμαυρόν idem esset, quod ποὺς τυφλός. Dobr.

Temere Brunckius emendandi conjecturam operatusque in puro atque incorrupto, si quod aliud, consumpsit vocabulo, ἀμαυραῖς χερσὶν in ἀφαυραῖς convertendo. Vertendo duntaxat in eodem genere peccaverat v. 174. [182.], ἀμαυρῷ κώλῳ, *infirmo* —. At id ita est explicandum, ut de coecitate Oedipi intelligatur. Sexies hac ratione loquutus Euripides. Nunquam autem infirmitatem notat, neque ἀμαυροῦν est *debilitare* proprie, sed *obscurare*, ἀφανίζειν. Itaque de ἀμαυρῷ φωτὶ cfr. annotata ad v. 1014. [1018.]. REIS. Omnes libri ante Brunckium ἀμαυραῖς, de quo vide ad v. 1018.

1640, 1. Ὦ παῖδε, τλάσας χρὴ τὸ γενναῖον φρενὶ | χωρεῖν τόπων ἐκ τῶνδε,] Τὸ γενναῖον pro adverbio γενναίως. Theocritus Idyll. I. 41. κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρί. Idyll. III. 3. Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε. Et 18. ὦ τὸ καλὸν ποθορεῦσα. Apollon. Rhod. II. 615. ἔλπομαι αὐτῇ νηΐ τό γ' ἔμπεδον ἐξαλέασθαι | ἡμέας. Antiphilus Anthol. p. 51. θαρβῶ σε τὸ μυρίον. Plato p. 832. C. [Legg. IV. p. 717. A.] τό γε ὀρθόν. Alciphron lib. I. epist. 36. πεινήσω τὸ καλόν. MUSGR. Τὸ γενναῖον. Subauditur κατά. Perperam in B. T. pro φρενὶ scriptum φέρειν. BRUNCK. Τὸ γενναῖον, i. e. γενναίως. Theocritus Eidyll. I. 41. κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρὶ ἐοικώς. Archias Epigr. I. p. 1. πορθεῖς με τὸ κρήγυον. Ad q. l. Jacobsius citat Valckenar. ad Theocriti Dec. Eidyll. p. 68. SCHAEF. Farn. δὴ pro χρή. Deinde Par. A. Ricc. τὸ γενναῖον φρενί, ut impressi. Laur. B. τὸ γὰρ γενναῖον φρενί. Ceteri MSS. τὸ γενναῖον φέρειν.

1641, 2. μή με ἃ μὴ θέμις | λεύσσειν δικαιοῦν, μηδὲ φωνούντων κλύειν.] Repono μηδ' ἅ, ut scribitur in quibusdam cod. [et in margine Turnebianae]. Quemadmodum autem hic, sic etiam supra (videlicet pag. 315. [v. 1565.]) habetur μ', mendose. STEPH. In Editt. Steph. Col. Flor. Ald. Franc. Turn. vitiose legitur μή μ' ἅ. Emendavi ex Cant. et Turn. marg. BURT. Omnino cum H. Stephano legendum est μηδ' ἃ μὴ θέμις. HEATH. Μηδ' ἃ μὴ θέμις. Sic legendum esse jam viderat Henr. Stephanus, qui ita scriptum esse in quibusdam codd. observavit. Id e nostris solus habet B. a secunda manu. BRUNCK. Aldi quidem μή μ' satis inelegans est, etsi facultate ejus explicandi non omnino caremus. Sed utrum μηδ' an μήθ' sit verius, equidem non decernam. (351)

Reis. Plerique MSS. μή μ' ἃ μὴ θέμις, ut impressi plerique ante Brunckium. Par. B. F. μή μ' ἃ μὴ θέμις.

1643, 4. πλὴν ὁ κύριος | Θησεὺς παρέστω μανθάνων τὰ δρώμενα.] [Legendum] μανθάνειν. Cohaeret enim cum κύριος. Reisk. Ὁ κύριος. Rarum hoc pro ἄναξ, δημοῦχος, κοίρανος, etc. Schaef. Vide ad v. 288.

1645, 6. τοσαῦτα φωνήσαντος εἰσηκούσαμεν | ξύμπαντες.] Εἰσηκούσαμεν, obtemperavimus. Vid. Eurip. Cyclop. 120. Herodot. III. 61. Musgr. Vide etiam ad κἀκούοντας v. 172.

1646, 7. ἀστακτὶ δὲ σὺν ταῖς παρθένοις | στένοντες ὡμαρτοῦμεν.] Vide supra ad v. 1315. [1251.] Musgr.

1648. χρόνῳ βραχεῖ στραφέντες, ἐξαπείδομεν] Schol. Ἴδιον αὐτοῦ τὸ πολλαῖς κεχρῆσθαι προθέσεσι. Saepius non legitur ἐξαφορᾷ.

1649. τὸν ἄνδρα, τὸν μὲν οὐδαμοῦ παρόντ' ἔτι,] Quis non reponeret τὼ ἄνδρε, si per metrum liceret? Ita noster Ant. 561. Τὼ παῖδε φημὶ τώδε, τὴν μὲν ἀρτίως | ἄνουν πεφάνθαι, τὴν δ' ἀφ' οὗ τὰ πρῶτ' ἔφυ. Euripides Phoen. 1621. νεκρὼ δὲ τώδε, τὸν μὲν εἰς δόμους χρεὼν | ἤδη κομίζειν, τόνδε δ' ὃς πέρσων πόλιν κ. τ. λ. Ceterum Vat. οὐδαμῇ.

1651, 2. ἄνακτα δ' αὐτὸν ὀμμάτων ἐπίσκιον | χεῖρ' ἀντέχοντα κρατός,] Male in B. T. ἔχοντα χεῖρα κρατός. Brunck. Ita Par. B. T. Vat. Farn. Ceteri MSS. χεῖρ' ἀντέχοντα κρατός, ut impressi.

1655. καὶ τὸν θεῶν Ὄλυμπον ἐν ταυτῷ λόγῳ.] Par. F. Ricc. (in quo supra scriptum ὂν) τῶν θεῶν. Vat. τὸν θεόν. Ceteri MSS. recte τὸν θεῶν.

1656. μόρῳ δ' ὁποίῳ κεῖνος ὤλετ',] Par. F. μόρῳ δὲ ποίῳ.

1658, 9. οὐ γάρ τις αὐτὸν οὔτε πυρφόρος θεοῦ | κεραυνὸς ἐξέπραξεν,] Laur. A. Par. F. Vat. αὐτῶν. Deinde Laur. A. Par. F. θεός.

1661. ἀλλ' ἤ τις ἐκ θεῶν πομπός,] Ald. Franc. Col. Flor. Turn. Cant. ἤ τις, ut nunc est in textu, exhibent. Editt. Steph. C. εἴ τις, puto minus bene. Burt. Rectius Aldina ἀλλ' ἤ τις ἐκ θεῶν πομπός. Heath. Soli Stephano debetur εἴτις, quod exhibent edd. recentiores pleraeque ante Brunckium.

(352) 1661, 2. ἢ τὸ νερτέρων | εὔνουν διαστὰν γῆς ἀλύπη-

τὸν βάθρον.] Pro ἢ τὸ annotatur [in appendice Turnebianae] etiam ἤ τὶς ex vet. cod. Ego autem vel ἤ τι, vel ἢ τὸ legendum puto. STEPH. Par. B. T. Vat. ἤ τις νερτέρων, quod ne metro quidem convenire hodie scimus. Farn. ἢ νερτέρων. Ceteri MSS. recte ἢ τὸ νερτέρων. Mox Vat. διεστάν.

1662. Ἀλάμπετον βάθρον, lucis expertem sinum. Homerus hymno in Lunam v. 5. στίλβει δ' ἄμ' ἀλάμπετος ἀήρ. Incertus in Heraclitum Anthol. p. 119. ὄρφνη καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον. MSS. omnes ἀλύπητον, sed ἀλάμπετον in nonnullis antiquitus scriptum fuisse testatur Scholiastes. MUSGR. Codd. et impressi ἀλύπητον. Alteram lectionem Scholiastae memoratam praetuli, cujus significatio huic loco aptior est. Nec qui regulis analogiae repugnare vox ἀλάμπετος Piersono Verisimil. p. 165. videri potuerit, satis intelligo. Sane a verbo λάμπω derivatur ἀλαμπής, quod exstat Trachin. 691. unde ἀλάμπετος. Postremum hoc legitur in veteri epigrammate in Heraclitum apud Diogenem Laërtium, et in Analectis nostris tom. III. p. 259. Μὴ ταχὺς Ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἴλεο βίβλον | τοὐφεσίου· μάλα τοι δύσβατος ἀτραπιτός. | ὄρφνη καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον· ἢν δέ σε μύστης | εἰσαγάγῃ, φανεροῦ λαμπρότερ' ἠελίου. Piersoni conjecturae futiles sunt, nec referri dignae. BRUNCK. Ἀλύπητον, in qua voce omnes codd. et editi. conspirant, omnino retinendum est, si modo sensu transitivo, dolorem non afferens, vertatur. DOBR. Laur. A. ἀλύπητον cum var. lect. ἀλάμπετον. Par. F. ἀλάμπετον. Ceteri MSS. ἀλύπητον, ut impressi ante Brunckium. Alteram scripturam praetulerunt Musgravius, Brunckius, Bothius, Schaeferus, Reisigius, nescio an recte. Si recte se habet ἀλύπητον, vide an huc respexerit Pollux III. 98. a Piersono allegatus: Πλάτων δὲ καὶ τὸ ἀλύπητος ἔφη, ὥσπερ καὶ Σοφοκλῆς ἀλύπητον. Eodem vocabulo usus est noster Trach. 168. τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ. Grammaticus apud Bekkerum p. 385. Ἄλυπος: ὁ μὴ λυπούμενος. λέγεται δὲ καὶ ἀλύπητος. Θεόπομπος. Nostro loco valet ὅπου μή λυπεῖταί τις.

1663. ἀνὴρ γὰρ οὐ στεναχτός,] Perperam in libris ἀνήρ. BRUNCK. Recte Schaeferus ἀνήρ. Vide ad vv. 32. 630. 1486.

1665, 4. οὐδὲ σὺν νόσοις | ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετ',]

Laur A. Par. F. ἀλγεινῶς, adverbium scilicet pro adjectivo. Vide ad ξυντομωτάτως v. 1579.

(333) 1665. εἰ δὲ μὴ δοκῶ φρονῶν λέγειν,] Par. A. Ricc. δοκῶν. Ceteri MSS. δοκῶ, praeter Laur. B. in quo neutrum exstat.

1666. οὐκ ἂν παρείμην οἷσι μὴ δοκῶ φρονεῖν.] Supplendum ἐκείνων hoc modo: οὐκ ἂν παρείμην ἐκείνων, οἷσι μὴ δοκῶ φρονεῖν: Παρίεμαι enim genitivum regit. Phrynichus apud Bekkerum p. 33. Οὐδέν σου παρίεμαι: οὐδὲν παραιτοῦμαι, οὐδὲν ἀποτρέπομαι. Verba οὐδέν σου παρίεμαι Platonis sunt, quorum sedem indicavit Ruhnkenius ad Timaeum p. 207. qui de verbo παρίεμαι instar omnium consulendus est. Significat *veniam peto*, ut apud Platonem Apol. Socr. p. 17. C. καὶ μέντοι καὶ πάνυ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο ὑμῶν δέομαι καὶ παρίεμαι. Verborum οὐκ ἂν παρείμην οἷσι μὴ δοκῶ φρονεῖν sensus est, *non tanti eos facio, quibus male sapere videor, ut eorum veniam impetrare cupiam.* Hoc monui ad Euripidis Med. 892. παριέμεσθα, καὶ φαμὲν κακῶς φρονεῖν. Longe aliter Sophoclis interpretes. Scholiastes συγγνωσθήσομαι. Winsemius et Brunckius *concesserim.* Johnsonus *cessero.*

1667. Ποῦ δ' αἵ τε παῖδες, χοἰ προπέμψαντες φίλων;] Par. F. ποῦ δέ τε παῖδες. Sequentia verba, χοἰ προπέμψαντες φίλων, de uno Theseo accipienda sunt. Recte gl. ἀντὶ τοῦ, ὁ Θησεύς.

1668, 9. γόων γὰρ οὐκ ἀσήμονες | φθόγγοι σφε σημαίνουσι δεῦρ' ὁρμωμένας.] Ἀσήμων saepius apud tragicos non legitur.

1669. Laur. B. Par. A. Ricc. φθόγγοι σφε σημαίνουσι, ut impressi. Ceteri MSS. φθόγγοις δὲ σημαίνουσι, nisi quod Vat. δὲ omittit.

1670, 1, 2. Αἲ αἶ, φεῦ, ἔστιν, ἔστιν νῷν δὴ | οὐ τὸ μέν, ἄλλο δὲ μή, πατρὸς ἔμφυτον | ἄλαστον αἷμα δυσμόροιν στενάζειν,] Primus horum versuum, ut metrum antithetico respondeat, ita restituendus est: Αἲ αἶ, φεῦ, ᾽στίν, ἔστι νῷν δή. Ἔστι νῷϊν in Aldina legitur. Mudg. Par. B. Vat. ἔστιν ἔστι, ut Aldus. Triclinianì Par. T. Farn. ἔστ' ἔστι. Ceteri MSS. ἔστιν ἔστιν. Sic etiam Stephanus et sequentes ante Brunckium, qui Heathio auctore ᾽στίν, ἔστι reposuit. Reisigius ἔστιν, ἔστι. Nequeo non suspicari Sophoclem scripsisse: Αἲ αἶ, φεῦ, πάρεστι νῷν δή.

1670, 1, 2. Verte, *Ah, ah, heu, est, est quidem*

nobis infelicibus lugendum, non hoc quidem malum, illud vero non, sed malum omnia simul mala comprehendens: paterna scilicet sanguine conjuncta et nunquam non memoranda mors. Mudg. Τὸ μέν: Subaudi κατά: κατὰ τὸ μέν, κατ' ἄλλο δὲ μή. Vide ad Oed. Tyr. 325. [317.] Musgr. Locus difficilis, in quo explicando parum consentiunt interpretes. Schol. (334) Τὸ ἑξῆς· ἔστι νῷν στενάζειν οὐ τὸ ἔμφυτον μὲν πατρὸς αἷμα, ἄλλο δὲ μή, ἀλλὰ πολλὰ δηλονότι. Winsemius: *Heu, heu, nunc est tempus, ut non quidem sanguinem illum nativum et intolerabilem infoelices deploremus.* Johnsonus: *Heu, heu, nunc nunc nobis instat tempus infelicibus tam alia gemendi, quam patris nativum et intolerabilem sanguinem.* Brunckius: *Ah, ah, heu! adest, adest nobis jam, non ut hoc solum, absque alia calamitate lugeamus, nos infelices lucem hausisse scelesto patris satu.* Conferendus Phocylides apud Gaisfordium T. I. p. 444. *Καὶ τόδε Φωκυλίδεω. Λέριοι κακοί· οὐχ ὁ μέν, ὃς δ' οὔ· | πάντες πλὴν Προκλέους· καὶ Προκλέης Λέριος.* Apud Sophoclem supplendum videtur κατὰ secundum Musgravium, ut sensus sit: οὐ κατὰ τὸ μέν, κατ' ἄλλο δὲ μή, ἀλλὰ κατὰ πάντα. Verba πατρὸς ἔμφυτον ἄλαστον αἷμα vix alio referri possunt quam ad mortem Oedipi, licet αἷμα tali mortis generi minus conveniat. De ἄλαστον vide ad v. 1483.

1673. ᾧτινι τὸν πολὺν | ἄλλοτε μὲν πόνον ἔμπεδον εἴχομεν,] Magis Attica sunt ὅτου et ὅτῳ quam οὔτινος et ᾧτινι. Nec tamen haec omnino exemplo carent. Aeschylus Ag. 1367. Οὐκ οἶδα βουλῆς ἧστινος τυχὼν λέγω. Euripides Hipp. 905. τὸ μέντοι πρᾶγμ', ἐφ' ᾧτινι στένεις, | οὐκ οἶδα. Aristophanes Pac. 1278. σὺ γὰρ εἰπέ μοι, οἷστισι χαίρεις.

1674. Male contra metri anapaestici legem Aldus et codd. veteres ἔχομεν. Brunck. Metrum dactylicum est, non anapaesticum. Laur. A. Par. F. T. Farn. et edd. recentiores, εἴχομεν. Ceteri MSS. ἔχομεν, ut Aldus.

1675, 6. ἐν πυμάτῳ δ' ἀλόγιστα παροίσομεν | ἰδόντε καὶ παθούσα.] Παροίσομεν ita forsitan interpretere, ut de annumerando valeat: *superioribus malis denique annumerabimus malum immensum et inexputabile.* Quo uno vocabulo, ἀλόγιστα videlicet, mala significantur nec providenda neque ullo modo expedienda. Vulgatam παροίσομεν fert Suidas hoc

prolato versu a. v. Ἀλόγιστα, explicatione a Scholiasta petita. Explicat enim: ἀδιήγητα κακὰ βαστάζομεν: itaque βαστάζομεν in Scholio est emendandum. Juvat conferre ex Oedipo Tyranno v. 167. 168. ἀνάριθμα γάρ φέρω πήματα. REIS. Winsemius: Nunc vero infanda sustinemus. Johnsonus: Sed nunc denique omnem modum excedentia ferimus mala. Brunckius: Ad extremum inenarrabilium malorum speciem
(335) inducemus. Ἀλόγιστα fortasse Anglice reddendum incalculable. De altero vocabulo auctorem habemus Hesychium: Παροίσομεν: παρενέγκομεν (sic MS.), παρακομίσομεν. Quae tamen interpretatio non multum adjuvat. Neque lucem affert Euripides Iph. A. 981. αἰσχύνομαι δὲ παραφέρουσ' οἰκτροὺς λόγους, ἰδίᾳ νοσοῦσα, σὺ δ' ἄνοσος κακῶν ἐμῶν. Ubi παραφέρουσα pro προσφέρουσα dictum videtur.

1676. Ἰδόντε καὶ παθούσα. Qui hoc est? Monstrum procul dubio. Nam etiamsi liceat in talibus participio masculino uti, at nunquam certe masculino conjunctim et feminino, cujus exemplum nullum aliud reperies. VAUV. Ἰδόντε καὶ παθοῦσαι. Sic in B. T. In ceteris παθοῦσα, minus eleganter. At Sophoclem scripsisse opinor ἰδόντε καὶ παθόντε. BRUNCK. Laur. A. (in quo primo scriptum παθοῦσα) Par. A. ἰδόντε καὶ παθοῦσα, ut impressi ante Brunckium. Vat. ἰδεῖν τε καὶ παθοῦσαι. Ceteri MSS. ἰδόντα καὶ παθοῦσαι, ut Brunckius. Malebat Vauvilliersius, cujus argumenta omitto, ἰδοῦσα καὶ παθοῦσα. Veterem scripturam ἰδόντε καὶ παθούσα revocavit Reisigius.

1677. Οὐκ ἔστιν μέν, εἰκάσαι, φίλοι.] Quod ante nos legebatur, non posse, quae acciderint, conjectura colligi, parum commode respondetur ad interrogationem τί δ' ἔστιν; qua quidem Chorus caussam lamentandi rogat. Nos οὐκ ἔστιν μὲν interpunctione seclusimus. Non est amplius, videlicet; inquit. REIS. Εἰκάσαι pro ὡς εἰκάσαι legitur Oed. T. 82. ut jam monui ad hujus fab. v. 152. Ingeniosa est Reisigii ratio. Mihi tamen satis facit vulgata.

1678—1683. Ista personis aliter dividi possent. In T. ita distributa sunt, ut ea exhibemus. In vett. codd. ut in Aldina versus 1679 et tres sequentes Choro tribuuntur. In membr. ex librarii oscitantia Chori persona linea inferius quam oportuit notata fuit, nempe ante versum 1682, qui versui 1679 subjectus est, quia in illo codice versus in singulis paginis per tres

columnas digesti sunt in eadem transversa linea se invicem excipientes. Hanc personarum distinctionem secutus est in versione Vitus Winsemius; nostram Georgius Ratallerus. Erudito Britanno in nova editione Pentalogiae Jo. Burtoni tertia placet: nempe εἴρηκεν absque interrogatione Antigonae continuari, reliquamque versus partem cum quatuor sequentibus Choro tribui. Brunck. Personarum distributionem (556) in MSS. neglexi. Triclinium sequutus est Turnebus, Turnebum plerumque Brunckius.

1678. Ὡς μάλιστ' ἂν εἰ πόθῳ λάβοις.] Malim ἐν πόθῳ, vel εἰς πόθον, secundum alteram scripturam. Cant. Legendum omnino est cum Cantero ἐν πόθῳ. Particula enim ἂν cum conditionali nunquam conjungi solet. Verte autem: *Ita ut tu quam maxime mori velles.* Heath. Reponit Canterus ἐν πόθῳ λάβοις. Plato Theaeteto: ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτοῦ εἶναι. Plutarchus Alcibiade: ὀργῇ καὶ φόβῳ τὸ γεγονὸς λαμβάνοντες. Vol. I. p. 200. D. Musgr. Elegantissimam esse Canteri emendationem legentis ἐν πόθῳ vel εἰς πόθον libens fateor. Sed fortasse etiam legi potest εἰ πόθον λάβοις. Sensus fuerit: *Ut maxime cuperes, siquidem cuperes mori.* Vauv. Εἰς πόθον λάβοις. Vulgo εἰ πόθῳ. Canterus legendum conjecerat ἐν πόθῳ λάβοις. Elegantior est nostra lectio, quam ob oculos probabile est habuisse librarium codicis T. in quo scriptum a prima manu εἰ πόθον. Brunck. In εἰ particula omnes congruunt libri. Εἰ ἂν cum optativo juncta, quid essent, declaravimus in Commentatione de Ἂν, p. 107—109. et p. 122. 123., item trajecta particula. Reis. Par. T. εἰ πόθον. Farn. εἰ πόθον. Ceteri MSS. εἰ cum dativo, ut impressi plerique. Brunckii εἰς πόθον jam occupaverat Canterus, cujus verba *secundum alteram scripturam* de appendice Turnebianae, in qua legitur εἰ πόθον, accipienda sunt. Optima scriptura mihi videtur ἐν πόθῳ, quam in prima et secunda editione exhibuit Brunckius.

1679. *Τί γάρ;*] *Quidni?* Sic Euripid. Orest. v. 476. Pors. [482.] ubi haec formula Reiskium fefellit. Schaef.

1679, 80. ὅτῳ μήτ' Ἄρης, [μήτε πόντος ἀντέκυρσεν,] Dorvillius ad Charit. V. 9. p. 497. πόνος pro πόντος ex cod. Vat. et Schol. interpretatione per πό-

σος inferre vult. At vulgatam lectionem tum metrum, tum v. 1660. *κοντία θύελλα* (cf. Hom. Il. VI. 346.) satis tuentur. DOED. Quoniam apud Scholiastem est: *ᾧ τινι μήτε πόλεμος μήτε νόσος ἐπῆλθεν*, credas nec illud non exstitisse, *μήτε νοῦσος ἀντέκυρσεν*. REIS. Haec conjectura ex earum numero est, quas *leves* appellare solet vir doctissimus*. [Egregie accidit in hoc loco, ut summa esset ipsius Elmsleii *levitas*, qui priorem tantum annotationis meae partem legerit, alteram praetermiserit. Conjecturam enim istam nullo unquam modo meam esse volui sed cogitavi potuisse aliorum esse, atque ita finxi ut ipse reprobarem atque refellerem opinionemque inanem, cuius foret cunque, exstinguerem: id quod altera disputationis parte factum esse cognoscet Elmsleius si legerit. *Rei-*
(337) *sigius*.] Scholiastae scripturam servavit Vat. *μήτε πόντος ἀντέκυρσεν*. Ceteri MSS. *πόντος*, ut impressi.

1682. *ἐν ἀφανεῖ τινι μόρῳ φαινόμεναι;*] Quid sibi hoc velit nescio. Fortasse *σαινόμεναι*, *concussae*, vel *χαινόμεναι*, *dehiscentes*, si vox haec non sit πονηροῦ κόμματος. Favet nonnihil huic conjecturae Scholiastes: *ἀλλ' ἀφανῶς διὰ χάσματος ἀπολομένῳ*. Sed ampliandum censeo. LOND. B. *In occulto quodam fato ipsae manifestae*. Id est, quanquam Oedipi mors occulta prorsus ac nemini nisi Theseo visa evenerit, in plagis tamen istis eam evenisse manifestum erat. HEATH. *Φαινόμεναι*. Non mutaverim, cum supra innuat Auctor Erebi penetralia Theseo visa fuisse v. 1723. [1652.] MUSGR. Verbis *ἄσκοποι* et *ἀφανεῖ* manifesta intercedit repugnantia cum extremo *φαινόμεναι*. Gravissimum autem accedit metri argumentum. Itaque *ἐπαγόμεναι* reposui, in quo syllaba prima per crasin absorpta lapsi sunt librarii perinde atque supra v. 550. [557.] et v. 281. [289.]. Nequaquam probamus, quod Hermannus mihi proposuit, *φερόμεναι*. REIS. Pro *φαινόμεναι* Reis. ex

* P. 245. *Leviem Brunckii conjecturam operae pretium non est multis refutare.* P. 261. *nam levius est quod ex MS. B. memoratur χειρωσαι.* P. 313. *Egregia Brunckii est levitas, quippe δυσστομεῖν geminato σ scribendum putat.* P. 354. *Leviter Brunckius ad v. 1417. existimat hic ferri posse αὐτός γ'.* P. 355. *De accentu levius egit Jungermannus ad Pollucem p.* 798. P. 360. *illis αὖ leviter immutantibus.* P. 378. *Porsonis illae emendationes—omnium sunt levissimae.* P. 396. *Leviter enim impugnaverat Pierso Verisimilibus, p.* 165. Ita passim vir doctissimus.

conj. παγόμεναι. Malim φερόμεναι. MART. Vat. φαινόμεναι. Ceteri MSS. φαινόμεναι, ut impressi ante Reisigium. Verum videtur φερόμεναι, licet minus congruum.

1683, 4. τάλαινα. νῷν δ' ὀλεθρία | νὺξ ἐπ' ὄμμασιν βέβηκε.] Ταλαινὰ numero duali ponitur: *Heu miserae*. HEATH. 1683. Versus dimeter est iambicus, ut antistrophicus 1710. Proinde τάλαινα non est in duali. BRUNCK. Non labefactaretur hoc argumento Heathii conjectura ταλαίνα, si sententiae utilis esset. Versus enim 1710. στένει δακρῦον, οὐδ' ἔγω, ita in pedes distribui potest, ut primus sit bacchius, secundus creticus, tertius iambus. Sed praestat vulgata ratio.

1683. Laur. A. ὀλεθρίαν.

1684. Metrum plane requirit ὄμμασιν. Sed sine librorum auctoritate nihil muto. BURT. Lege ὄμμασιν, ut constet metrum. HEATH. Audacior scilicet Burtono Heathius, qui in tantula re librorum auctoritatem non desideravit. Tricliniani Par. T. Farn. ὄμμασιν habent, quod neglexit Turnebus.

1685. πῶς γὰρ ἢ τιν' Ἀπίαν γᾶν,] Ἀπίαν (558) γᾶν, *terram longinquam*. Hom. Odyss. *Η*. 25. τηλόθεν ἐξ Ἀπίης γαίης. Quod sic interpretatur Hesychius: Ἐξ ἀπίης γαίης: ἀλλοτρίας, ἢ ξένης, ἢ μακρὰν οὔσης. Nec aliter Strabo p. 371. D. De altera vocis notione vid. ad v. 1368. [1303.] MUSGR. Vat. πῶς γὰρ ἢ τίνα ποίαν γᾶν.

1686, 7. βίου | δύσοιστον ἕξομεν τροφάν;] Hesychius: Δύσοιστος: δυσυπομόνητος. Noster Phil. 508. πολλῶν ἔλε | ξεν δυσοίστων πόνων | ἄθλ'.

1688—1696. De his decem versibus, deque illis octo 1716—1723. qui horum antistrophici esse videntur, non solum eam legem mihi constitui, ut nihil solius metri caussa mutarem, verum etiam veterem versiculorum distributionem ex Aldina revocarem. Incredibili audacia vulgatam scripturam mutarunt Triclinius et Brunckius. Quanquam aliquando modestius se gessit Triclinius, quippe qui non nisi chori verba antistrophica esse putarit, duas vero Ismenae ῥήσεις pro duobus systematibus dissimilibus acceperit. Reisigii sententiam vide ad v. 1717.

1688. Hic versus et quatuor sequentes in Aldina et veteribus codd. Antigonae continuantur. BRUNCK. Ismenae tribuuntur in omnibus edd. recentioribus.

1689, 90. πατρὶ | ξυνθανεῖν γεραιῷ] Par. B. γηραιῶς. Vat. apud Dorvillium γηραιῷ, apud Amatium γεραιῶς.

1693. Ὦ δίδυμα τέκνων ἄριστα,] Recte in Turnebi editione excusum, Ὦ διδύμα τέκνων ἀρίστα. Nam hîc duo adjectiva numero duali posita sunt, ut ex antistophico versu 1720. liquet. BRUNCK. MSS. Tricliniani Par. T. Farn. ὦ διδύμα τέκνων ἀρίστα. Ceteri ὦ δίδυμα τέκνων ἄριστα, ut Aldus. Triclinium sequuti sunt Turnebus, Brunckius, Bothius, Schaeferus, ceteri omnes Aldum.

1694. 5. τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς | φέρειν χρή.] Φέρον Attice, cum significatione passiva pro φερόμενον. BURT. Pro τὸ φέρον recte, ut opinor, τὸ παρὸν reponit Sallierius. Vide Hist. Acad. Gallic. Inscript. tom. III. p. 121. [T. V. p. 83. ed. maj.] HEATH. Τὸ φέρον, *veniens, quod venit.* Vid. ad Aj. 810. [799.] Herod. VII. 19. φέρειν ἐπὶ πᾶσαν γῆν. Vid. et VIII. 137. MUSGR. Τὸ φέρον. Temere solicitatur haec lectio ab eruditis viris, quibus legi placet τὸ παρόν. (339) *Quod fors fert,* τὸ φέρον ἐκ θεοῦ. Sic Terentius Phorm. I. 2. 28. *Quod fors feret, feremus aequo animo.* Palladas in Epigr. Analectorum nostrorum T. II. p. 482. Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρου. Hîc φέρον accipi debet pro φερόμενον, activum pro passivo, ut in exemplis quae protulimus ad v. 74. BRUNCK. Plura vide ad v. 1424. Libri Tricliniani scripti et impressi τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς χρὴ φέρειν. Hos sequutus est Brunckius. In Laur. B. bis scriptum καλῶς. Ceteri MSS. et Suidas v. Τὸ φέρον omnia ut Aldus, cujus scripturam revocavit Reisigius. Si recte se habet v. 1720. τὸ τέλος, ὦ φίλαι, βίου, vide an hic legendum τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς, nec plura, ut cogitatione supplendum relinquatur ἔχει. Quae ellipsis nihilo durior est illa, quae exstat in fine Trachiniarum, κοὐδὲν τούτων ὅτι μὴ Ζεύς.

1695, 5*. μηδ᾽ ἄγαν οὕτω | φλέγεσθον.] Vox οὕτω versum corrumpit. Reperitur tamen in omnibus Editionibus. BURT. In hunc et sequentem versum mala manus alienas voces infersit, quas ipsa metri ratio spurias esse ostendit. In Aldina et veteribus codd. legitur: φέρειν χρή, μηδ᾽ ἄγαν οὕτω | φλέγεσθον. οὔ | τοι κατάμεμπτ᾽ ἔβητον. Antistrophici autem versus in iisdem libris sic leguntur: λήγετε τοῦδ᾽ ἄχους. κακῶν γὰρ | δυσάλωτος οὐδείς. In his legitima metri for-

sed non aliter concinnari potest, quam si, recisis initiis, ad hunc modum disponantur: *Χρὴ φέρειν, μηδ' ἄγαν φλέγεσθον· | οὔτοι κατάμεμπτα. Λήγετον τοῦδ' ἄχους· κακῶν γὰρ | οὐδεὶς δυσάλωτος.* BRUNCK. *Οὕτω*, quod auctore Burtono delevit Brunckius, defendit noster Phil. 598. *Τίνος δ' Ἀτρεῖδαι τοῦδ' ἄγαν οὕτω χρόνῳ | τοσῷδ' ἐπεστρέφοντο πράγματος χάριν;* Ita Euripides Iph. A. 1385. *καὶ γὰρ οὐχ οὕτω τι λίαν ἐμὲ φιλοψυχεῖν χρεών·* El. 1005. *καὶ γὰρ οὐχ οὕτως ἄγαν | χαίρω τι, τέκνον, τοῖς δεδραμένοις ἐμοί.* Thucydides I. 75. *μὴ οὕτως ἄγαν ἐπιφθόνως διακεῖσθαι.* Frustra igitur solicitatur *ἄγαν οὕτω*, quod revocavit Reisigius.

1695*, 6. *οὔ | τοι κατάμεμπτ' ἔβητον.*] *Κατάμεμπτ'* adverbialiter pro *καταμέμπτως*. *Ἔβητον*. An supplendum *τύχης* vel *μοίρας*? *Οὔτοι κατάμεμπτα τύχης ἔβητον*, *quoad fortunae statum, non culpanda vobis jam obtigerunt.* Conf. Electr. 1100. [1094.] Eurip. Heraclid. 611. [610.] et citata ad Ion. 1271. [1262.] MUSGR. Vide ad *εὖ βεβηκόσιν* El. 979.

1696. Par. A. F. T. Ricc. Farn. *κατάμεμπτ'*, ut impressi plerique. Laur. A. *κατάμεμπτ'*, Laur. B. *κατάμπτ'* (sic). Par. B. Vat. *κατα* *πτ'* (sic). Brunckii scripturam *οὔτοι κατάμεμπτα* recte repudiavit Reisigius. Scripsi *ἐβήτην* pro *ἔβητον*, de quo vide ad Oed. T. 1511. (340)

1697. *Πόθος καὶ κακῶν ἄρ' ἦν τις.*] Ricc. *πάθος*. Deinde Laur. A. *ἄρ' ἦν τίς ἦν*. Par. B. Vat. *ἄρα ἦν τις*.

1697. *Ἦν* passim dicitur loco praesentis *ἐστί*, inprimis comitem habens particulam *ἄρα*. Aelianus de Nat. Anim. XV. c. 17. in. *Φυσικὴ δ' ἄρα ἦν κοινωνία τις* κ. τ. λ. SCHAEF. Noster v. 118. *Ὅρα. τίς ἄρ' ἦν; ποῦ ναίει;*

1698, 9. *καὶ γὰρ ὃ μηδαμῇ δὴ τὸ φίλον φίλον, | ὁπότε γε καὶ τὸν ἐν χεροῖν κατεῖχον.*] Malim *μηδέν*: nam *μηδαμῇ* versus non patitur. BURT. *Ὃ μηδαμᾶ δὴ τὸ φίλον* Graecum non est, longe diversum ab iis quae annotavimus ad Trachiniarum versum 139. Versus ad suam normam redigi potest scribendo: *καὶ γὰρ ὃ μηδαμᾶ τῳ φίλον, φίλον*. *Quod enim nemini unquam jucundum, jucundum erat, tum quidem cum* &c. Aliam emendandi rationem iniri video a cl. Brunck, not. in Persas, v. 429. *καὶ γὰρ ὃ μηδάμα δὴ φίλον,*

ἦν φίλον: quae erudito nemini displicebit. VAUV. Καὶ γὰρ ὅ μηδαμὰ δὴ φίλον, ἦν φίλον. Versus est dimeter anapaesticus, ut strophicus 1671. Proinde legi debet, ut eum exhibemus. In veteribus codd. καὶ γὰρ ὃ μήδαμῇ δὴ τὸ φίλον φίλον. In T. scriptum ὅ, et adposita inepta glossa, λείπει διδοὺς. In Aldina, καὶ γὰρ ὅ μηδαμῇ τὸ φίλον φίλον. Quibus in lectionibus nec metri nec sententiae habita ratio. De μηδαμὰ ultima brevi vide quae notavimus ad Aeschyli Persas 429. BRUNCK. Laur. A. B. Par. F. T. Farn. καὶ γὰρ ὃ μηδαμῇ (Laur. A. μηδαμῆι) δὴ τὸ φίλον φίλον. Par. A. B. Ricc. Vat. καὶ γὰρ ὃ μηδαμῇ δὴ τὸ φίλον φίλον. Priorem rationem sequutus est Turnebus, alteram Stephanus et sequentes ante Brunckium. Satis metro facit μηδαμά, quod bis in hac fabula jam habuimus, vv. 517. 1104. ubi confer annotata. Sententiam bene reddidit Vauvilliersius, qui articulum ante φίλον non esse Graecum contendit. Novum certe loquendi genus ὅ μηδαμὰ τὸ φίλον pro τὸ μηδαμῶς φίλον, sed non temere sollicitandum. Reisigius hanc scripturam dedit: καὶ γὰρ ὅ μηδάμ' ἰδεῖν, τὸ φίλον, φίλον | ὅτ' ἦν γε, καὶ τὸν ἐν χεροῖν κατεῖχον. Cujus rationes apud ipsum petantur.

1699. Vat. ὁπότε καὶ τόν, omisso γε.

1699. Τόν. Τὸν πατέρα. BURT. Verba ἐν χεροῖν neque a τὸν neque a κατεῖχον commode avelli possunt. Nescio an huc faciat Aeschylus Eum. 174. Κἀμοί τε λυπρὸς καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται. Simonides apud Stobaeum LXXIII. 61, 52. κεχηνότος γάρ ἀνδρὸς οἱ δὲ γείτονες | χαίρουσ' ὁρῶντες καὶ τὸν ὡς

(341) ἁμαρτάνει. Quae verba plus una difficultate laborant.

1701. ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος,] Χρόνον post τὸν ἀεὶ subaudiendum non male suspicatur Reisigius, cujus verba vide ad v. 1584. Sed nihil obstat, quo minus τὸν ἀεὶ σκότον intelligamus, ut vulgo.

1701. Εἱμένος pro ἠμφιεσμένος. Euripides Tro. 496. τρυχηρὰ περὶ τρυχηρὸν εἱμένην χρόα | πέπλων λακίσματ'. Saepius non legitur apud tragicos.

1702. οὐδὲ γέρων ἀφίλητος ἐμοί ποτε,] Subaudi ἦς. BURT. Wimsemius: Qui senex cum esses, mihi tamen charus eras. Johnsonus: Senex licet esses, mihi tamen charus eras. Brunckius: Nec, quum senilem ducebas vitam, inamatus unquam fuisti mihi. Parum dubito quin pro γέρων, quod agnoscunt omnes libri, scribendum sit θανών, νεκρὸς, vel aliquid

ejusmodi. Quo admisso sublataque distinctione post κοτε, nova eaque optima oritur interpretatio, quam ad v. sequentem exponam.

1703. *καὶ τάδε μὴ κυρήσῃς.*] Invenitur et τᾷδε [in Turnebiana], cum quo dativo subaudiendus erit alter, videlicet γᾷ, ut perinde sit ac si Antigone illi terram levem precaretur. STEPH. Edit. Steph. Col. Flor. Franc. Ald. Cant. C. τάδε dant. Lectio, quam nos ex Turn. reposuimus, astipulante itidem optimo Scaligero, qui ad oram codicis sui eam scripserat, sententiam, ni fallor, aeque ac metrum adjuvat. Versus ita secandus est: καὶ τᾷδε μὴ | κυρήσῃς: h. e. καὶ τᾷδε γᾷ μὴ ἀφίλητος κυρήσῃς. BURT. Et metrum et sententia postulant ut legamus τᾷδε, huic scilicet δεικτικῶς, ipsi Antigonae, quod viderunt etiam Johnsonus et Scaliger, et astipulatur Turnebiana. HEATH. *Καὶ τάδε.* Ita editt. praeter Turneb. et nuperam Oxoniens. quae τᾷδε habent. Neutrum probabilem sententiam praebet. Lego igitur: κάτω δὲ μὴ κυρήσῃς. MUSGR. Scaliger, Turnebus, Johnson, Heath, legunt καὶ τᾷδε μὴ κυρήσῃς: scilicet ut versus cum strophico conveniret, de sensu securi. Nam quaeso quid hoc est τᾷδε? Pro ἐμοὶ positum. Sed ἐμοὶ jam dictum est in fine versus praecedentis: et oppositionem manifestam requiri inter praeteritum tempus et praesens vel futurum intellexit Scholiastes καὶ τανῦν. Quod idem est ac si dixisset οὐδὲ γέρων, οὐδὲ θανών. Quam vocem alicubi scriptam reperiri velim. Sed κυρήσεις reperietur certe. Nescio an sic existimaverit cl. Brunck. VAUV. *Καὶ τᾷδε μὴ κυρήσεις.* Perperam vulgo καὶ (342) τάδε, metro et sententia reclamante: male etiam κυρήσῃς. Recte in T. τᾷδε cum glossa τῇδε: in membr. a prima manu κυρήσεις. BRUNCK. Tricliniani Par.

T. Farn. τᾷδε. Ceteri MSS. τάδε, ut impressi plerique ante Brunckium. Deinde Vat. κυρήσεις. Ceteri MSS. praeter Par. B. (in quo scriptura ambigua est) κυρήσῃς, vel κυρήσης, vel κυρήσης. Hunc etiam versum male ceperunt interpretes. Schol. καὶ τὰ νῦν μὴ γένοιό μοι ἄφιλος. Winsemius: *Et nunc eris.* Johnsonus: *Nec mihi charus esse desines.* Brunckius: *Nec eris posthac.* Ordo est; οὐδὲ θανὼν μὴ κυρήσῃς (i. e. οὐδὲ θανὼν κυρήσεις) ἀφίλητός ποτε ἐμοὶ καὶ τᾷδε (scilicet Ismenae). Latine: *Ne mortuus quidem inamatus mihi unquam et huicce eris.* De futuro negativo οὐδὲ μὴ κυρήσῃς satis dictum ad v. 177.

1704. *XO.* *Ἔπραξε—; AN. Πᾶν ἔπραξεν οἷον ἤθελεν.*] Lacunam unius syllabae post ἔπραξε illud quod Chori est, male expleverunt, qui cum Turnebo ἔπραξεν οὖν posuerunt. Ad Antigonam pertinere lacunam, ex stropha perspicitur. Luculentum igitur exstat in hoc loco documentum, quomodo nonnunquam personae signo vocula aliqua obscurata interciderit: quod genus monstravimus in Conjectt. p. 308. Nam quum ita esset litteris mandatum primo: ἔπραξε; ἀν. πᾶν ἔπραξεν—, paullatim evanuit alterum. Reis. Aldus: χο ἔπραξεν; ἀν ἔπραξεν οἷον ἤθελε. Libri Tricliniani scripti et impressi οὖν post prius ἔπραξεν addunt, quod retinuit Brunckius. Hermannus vero apud Seidlerum de Versibus Dochm. p. 248. legendum censet: *XO.* *Ἔπραξεν; AN.* *Οὐκ ἔπραξεν οἷον ἤθελε.* Qua scriptura hoc assecutus est, ut singuli senarii 1677. 1678. 1704. 1705. ternas syllabas choro, novenas Antigonae tributas haberent. Eodem redit Reisigii conjectura, qua posthabita alterum ἔπραξεν in ἐξέπραξεν mutavi. Conferendus omnino v. 941. ubi ἔπραξα pro ἐξέπραξα habent MSS. plerique. V. 1349. nonnulli πέμψας pro προσπέμψας. V. 1733. vulgo quidem legitur ἐνάριξον, sed metrum ἐπενάριξον postulare videtur. Similia passim occurrunt. Quod vero verbum compositum ἐξέπραξεν post simplex ἔπραξεν usurpavit noster, nihil insoliti fecit. Ita Euripides Iph. T. 984. σῶσον πατρῷον οἶκον, ἔκσωσον δ' ἐμέ. Tro. 892. αἱρεῖ γὰρ ἄμματ' ἀνδρός, ἐξαιρεῖ πόλεις.

1704. *Ἔπραξεν οἷον ἤθελε.* Sic in Aj. 967. ὧν γὰρ ἠράσθη τυχεῖν, | ἐκτήσαθ' αὑτῷ, θάνατον, ὅνπερ ἤθελε. Brunck.

1705, 6. *Ἃς ἔχρηζε γᾶς ἐπὶ ξένας | ἔθανε.*] Eadem (343) fere verba, μὴ γᾶς ἐπὶ ξένας θανεῖν ἔχρῃζες, sed diversa significatione, leguntur v. 1713.

1706, 7. *κοίταν δ' ἔχει | νέρθεν εὐσκίαστον αἰέν,*] Laur. A. αἰεὶ correctum ab eadem manu. Vat. αἰάν (sic).

1708. *οὐδὲ πένθος ἔλιπ' ἄκλαυστον.*] Sic bene membr. Vulgo ἄκλαυτον. Brunck. Par. A. Ricc. ἄκλαυστον. Ceteri MSS. ἄκλαυτον, ut impressi ante Brunckium. Vide ad v. 1360.

1709. 10. *ἀεὶ γὰρ ὄμμα σε τόδ', ὦ πάτερ, ἐμὸν | στένει δακρῦον,*] Synizesis exemplum in ἀεί maxime dignum memoratu annumerare licet illis, quae sunt apud Boissonadum ad Philostrati Heroica, p. 295. Sed quoniam in stropha paeon quartus obtinet, et hic

quoque in reliqua parte versus, conjicias ἀεὶ Doricum Pindariumque esse abditum vulgato. Reis. Laur. B. ἀεὶ γάρ ὄμμά τε τόδ'. Par. B. Vat. ἀεὶ γὰρ ὄμμά σε καὶ τόδ'. Ceteri MSS. ἀεὶ γὰρ ὄμμα (vel ὄμμά) σε τόδ', ut impressi. Licet ἔτι de tantulo temporis intervallo minus commode dictum videatur, vix dubitari potest, quin scribendum sit ἔτι γὰρ ὄμμα σε τόδ'. Conferendum omnino πω, quod reposui v. 1712.

1710. Triclinius nescio qua socordia dedit δακρύρροον. Intellexit versum esse dimetrum jambicum, sed non meminit observationis, quam ipse fecit ad priorem Oedipum 1515. [Μετοχή ἐστιν ἐνταῦθα τὸ δακρύων. τὸ ὄνομα γὰρ ἀεὶ βραχὺ ἔχει τὸ ῡ· ἡ μετοχὴ δὲ δύναται καὶ μακρὸν αὐτὸ ἔχειν καὶ βραχύ.] Brunck. Non δακρύον, ut Aldus, nedum δακρῦον, ut recte Reisigius, sed δάκρυον in libro suo reperisse videtur Triclinius. Sic enim Laur. A. B. Par. F. Vat. Rectius Par. A. B. Ricc. δακρύον, ut Aldus. Libri Tricliniani scripti et impressi δακρύρροον.

1710, 1, 2. οὐδ' ἔχω | πῶς με χρὴ τὸ σὸν τάλαιναν | ἀφανίσαι τοσόνδ' ἄχος πω.] Deest in Par. B. Vat. (a quo abest etiam χρή) v. 1712, quidquid scilicet inter τάλαιναν et μὴ γᾶς ἐπὶ ξένας legitur. In nullo libro exstat πω, quod metri caussa a me additum est. Plura de hac scriptura ad v. sequentem.

1713, 4. ἰὼ μὴ γᾶς ἐπὶ ξένας θανεῖν ἔχρῃζες, ἀλλ' | ἔρημος ἔθανες ὧδέ μοι.] Par. B. Vat. (in quibus deest v. 1712.) μὴ γᾶς (Vat. γῆς) ἐπὶ ξένης. Par. T.
οι
Farn. ἰὼ μὴ (Par. T. μὴ) γᾶς ἐπὶ ξένης. Ceteri MSS. ἰὼ μὴ γᾶς ἐπὶ ξένας, ut impressi plerique. In Par. B. Vat. μὴ versus initium est. In ceteris MSS. tres syllabae ἰὼ μὴ ad superiorem versum relatae sunt. Versus aliter distribuendos esse primus monuit Hermannus Elem. p. 437. ed. pr. quo auctore v. 1685. trochaicum dimetrum feci, v. vero 1686. et 1713. (344) iambicos trimetros. Sed quocunque modo distribuantur verba, fieri nequit, ut syllabis πῶς γὰρ ἤ τιν' Ἀπίαν γᾶν, ἢ πόντιον κλύδων', respondeant syllabae ἀφανίσαι τόσονδ' ἄχος. ἰὼ μὴ γᾶς ἐπὶ ξένας. Heathii, Musgravii, Bothii et Reisigii conjecturas omitto. Longe leniorem medicinam quam quisquam eorum adhibui, literam π scilicet pro ι cum diversa distinctione. Insigne confusorum π et ι exemplum habemus πόλεως pro ἰόλεως apud Euripidem Heracl. 859. Huic contrarium est ἰὼ pro πω.

1715. *Μὴ ἔχρῃζες.* Scholiastes: *ἀντὶ τοῦ, μὴ ὤφελες.* Qui usus verbi *χρῄζειν* perrarus est. SCHAEF. Vide ad *χρῄζει* v. 1426.

1716—9. *Ὦ τάλαινα, τίς ἄρα με πότμος | αὖθις ὧδ᾽ ἔρημος, ἄπορος, | ἐπιμένει, σέ τ᾽, ὦ φίλα, | πατρὸς ὧδ᾽ ἐρήμας;*] 1717. Versus etiam heic unus desideratur. CANT. Nihil hic deest, quod Cantero visum fuit. REISK. Quis hanc non sibilis excipiat jejunam verbositatem, *τίς—πότμος—ἔρημος—ἐπιμένει—ὧδ᾽ ἐρήμας;*. Quid? quod idem totidem verbis paullo post recurrit versiculus post v. 1726. [1734.]. Quid quaeris? furcilla extrudendus versus alienus fuit. Cfr. disputata in vv. 176. 177. p. 209. Ceterum non est quod commoneam, multa correctionum pericula frustra fecisse Brunckium, ut antistrophica consueret, quae nulla fuere unquam. Verum perspicua tamen certaque est forma non antistrophicorum, sed systematicorum, quam mente informaverit poëta. In altera parte, quam systema appellavimus, congruentia est metrorum Ismenae atque Chori ea, ut medio utrinque versu discrepent, concinant in ceteris. In antisystemate vero bini Chori versus inter sese congruentes logaoedici, binis intertexti sunt extremos Ismenae referentibus. Similiter in Ismenae versibus duos fuisse existimo gemellos ipsos, eosque se excipientes invicem. Itaque alieni versus loco prius alium exstitisse proprium puto, quem desideramus, item trochaicum dimetrum. REIS. Ismenae versus 1688—1692. et 1716—1719. antistrophicos esse primus monuit Canterus. Triclinius enim non nisi in Chori versibus eam rationem obtinere arbitratus est, ut jam monui ad v. 1688. Itaque quum quinque versus in stropha, nec plures quam quatuor in antistropho reperisset Canterus, annotavit ad v. 1717. *Versus etiam heic unus desideratur.* Iisdem verbis usus est ad Ant. 1301. respiciens scilicet ad illa, quae
(345) dixerat ad El. 1432. Quatuor versus 1716—1719. in quinque diviserunt Heathius et Brunckius, mutata etiam scriptura versus 1718. ut mox videbimus. Systematica Reisigii ratio ex ipsius verbis colligi potest. Mea quidem sententia haec antistrophica sunt, sed gravius corrupta in codice archetypo, quam ut ex conjectura sanari possint.

1718. 9. [Legendum:] *ἐπιμένει | σέ τ᾽, ὦ κασιγνήτα φίλα, | πατρός γ᾽ ὧδ᾽ ἐρήμας;* Vox *κασιγνήτα*, aut alia similis moduli, ad metrum adimplendum de-

sideratur. Heath. Πατέρος. Libri omnes πατρός. Brunck. Par. A. ἐπιμένεις ἔτ' ὦ φίλα, ut Aldus. Ricc. ἐπιμένεις ὧδε φίλα, cum var. lect. γρ. ἔτ' ὦ φίλα. Ceteri MSS. et edd. recentiores ante Brunckium ἐπιμένει σέ τ' ὦ φίλα, aut non multo secus. Omnes πατρὸς ὧδ' ἐρήμας, nisi quod Ricc. ἐρήμα habet. Brunckius: ἐπιμένει, | σέ τ' ὦ φίλα . . . . . | πατέρος ὧδ' ἐρήμας; Reisigius ut edd. superiores. Nescio an legendum: ἐπιμένει, σέ τ', ὦ φίλα παῖ, | πατρὸς ὧδ' ἐρήμας; In stropha vero: τάλαιν', ὡς ἔμοιγ' ὁ μέλλων | βίος οὐ βιωτός. Sic τάλαινα v. 1683.

1720, 1. Ἀλλ' ἐπεὶ ὀλβίως γ' ἔλυσε | τὸ τέλος, ὦ φίλαι, βίου,] Par. B. Vat. ὀλβίως τ' ἔλυσεν. Ceteri MSS. ὀλβίως γ' ἔλυσε (vel ἔλυσεν.)

1722. λήγετον τοῦδ' ἄχους.] Ex hoc versu exciderit necesse est vox quaedam disyllaba, quae ad metrum explendum desideratur. Heath. Soli libri Tricliniani λήγετον ante Brunckium, quem vide ad v. 1695. Ceteri MSS. et Suidas v. Ἄχος, λήγετε, ut Aldus, quod revocavit Reisigius. Quinque syllabis μηδ' ἄγαν οὕτω male respondent quatuor λήγετε τοῦδ'.

1722, 3. κακῶν γὰρ | δυσάλωτος οὐδείς.] Ita ut Aldus et Suidas omnes MSS. praeter Triclinianos Par. T. Farn. qui οὔτοι ante δυσάλωτος insertum habent. Edd. recentiores ante Brunckium: κακῶν γὰρ οὔ | τοι δυσάλωτος οὐδείς. Brunckius: κακῶν γὰρ | οὐδεὶς δυσάλωτος. Reisigius ut Aldus.

1725 — 1750. Haec non monostrophica sunt, ut putavit Triclinius, sed systematica ἀλλοιόστροφα, sicut praecedentia, et constant ex stropha, systemate κατὰ περικοπήν, antistropha, et antisystemate. Heath. Rectius Brunckius totum carmen in strophen et antistrophum divisit. Quum strophe uno versu brevior sit antistropho, Heathius versum 1733. Ἄγε με, καὶ τότ' ἐνάριξον, in duos divisit, et decem syllabarum defectum asteriscis supplevit. Brunckius vero post verba Τί τόδε μάλ' αὖθις v. 1731. versum deesse (546) monuit. Sic etiam Reisigius. Rectius, ni fallor, lacunae signum post v. 1733. posui.

1725. Πάλιν, φίλα, συθῶμεν.] Laur. B. σωθῶμεν.

1725. Ὡς τί ῥέξομεν.] Versum hunc, uti et sequentes constanter, quibus recentiores Impressi Ismenae nomen praefigunt, Choro tribuunt Ald. Col. Franc. Flor. Burt. Vel hoc unum comma abunde demonstraverit, Ismenen esse quae hic cum Antigona

interloquitur; non Chorum, cui Ismenae partes tribuit ed. Ald. Musgr. Nullas in hac stropha esse chori partes vidit Triclinius, quo auctore omnia quae choro tribuerat Aldus, Ismenae tribuit Triclinius. Plura de personis vide ad v. 1731. 1734.

1725. [Legendum] ῥεξόμεν', pro ῥεξόμεναι. Interrogarat enim chorus, quo cogitent, quid facturae. Cam. Lego juxta editionem Camerarianam ῥεξομέν' pro ῥεξομένα numero duali, non ῥεξόμεναι, ut volebat Camerarius. Diphthongus enim αι vocem polysyllabam terminans nunquam nisi in verbis eliditur. Heath. In membr. ὡς τί ῥέξομεν. Quae scriptura si probetur, hic versiculus cum praecedenti in unum contribuendus, qui senarius erit; sicque duo primi antistrophes in unum coalescent: Φίλαι, τρέσητε μηδέν. Ἀλλὰ ποῖ φύγω. Ὡς, ut finale significans, saepe cum futuro indicativi construitur. Vide Eurip. Med. 1316. nostrae editionis. Alcest. 74. ubi juxta veteres libros omnes legendum: στείχω δ' ἐπ' αὐτήν, ὡς κατάρξομαι ξίφει. Androm. 717. [718.] ἔπαιρε σαυτήν, ὡς ἐγώ, καίπερ τρέμων, | πλεκτὰς ἱμάντων στροφίδας ἐξανήσομαι. Haud minus bona videtur ceterorum librorum lectio, ὡς τί ῥέξομεν; Sic supra 398. Ὅπως τί δράσῃ; Brunck. Laur. B. Par. A. Ricc. ὡς τί ῥέξομεν, ut Aldus. Laur. A. ὡ στί ῥέξωμεν. Par. F. T. Farn. ὡς τί ῥέξωμεν. Par. B. Vat. ὡς τι ῥέξωμεν. Subjunctivum habent impressi recentiores ante Bothium et Schaeferus. Ceteri recte futurum. Fallitur Brunckius. Ὡς enim et hic et apud Euripidem Andr. 718. ἐπεὶ significat.

1727. Τὰν χθόνιον ἑστίαν ἰδεῖν.] Pro χθονίαν rescripsi χθόνιον, Turnebiani marginis auctoritatem secutus. Heath. Τὰν χθόνιον. Sic B. T. recte. Vulgo τὰν χθονίαν. Brunck. Τὰν versum jugulat. Both. Par. A. Ricc. τὰν χθονίαν, ut impressi ante Brunckium. Ceteri MSS. τὰν χθόνιον. Neutra scriptura metro satis facit. Bothio τὰν omittenti assentitur Doederlinus. Potius solicitandus videtur antistrophicus v. 1740.

(347) 1728. ΙΣ. Τίνος; ΑΝ. Πατρός. τάλαιν' ἐγώ.] Pro ἔγωγε repono ἐγώ, metro ita postulante. Heath. Perperam in libris ἔγωγε. Brunck. Solus Vat. recte ἐγώ.

1729, 30. Θέμις δὲ πῶς τάδ' ἐστί; μῶν | οὐχ ὁρᾷς;] Τὸ δῆτ' ejeci, quod ab Aldina etiam abest. Heath. Libri Tricliniani scripti et impressi δῆτ' post μῶν in-

sertum habent, eo scilicet consilio additum, ut ex his verbis efficeretur senarius.

1731. *Τί τόδε μάλ' αὖθις.*] Pro αὖθις lego αὖ. HEATH. Hic etiam potius antistrophicum versum 1740. corruptum esse arbitror. Brunckius et Reisigius utrique puncta addunt, quasi exciderint syllabae nonnullae.

1731. *Καὶ τόδ', ὡς —*] Haec verba Ismenae recte tribuunt edd. recentiores. In Aldina Antigonae continuantur, ita tamen a superioribus et inferioribus ejus verbis separata, (versum enim integrum faciunt,) ut personae notam male deesse manifestum sit.

1732. *Ἄταφος ἔπιτνε, δίχα τε παντός.*] De hoc versu dixi ad Med. 53. *Quod paullo ante in eadem fabula v. 1732. legitur, ἔπιτνε, praeteritum imperfectum est.* Respondet Hermannus Diarii Classici T. XIX. p. 285. *Plane vero pro arbitrio dicit, in eadem Sophoclis fabula v. 1732. ἔπιτνε imperfectum esse. Nam requiritur ibi aoristus.* Non ita hospes sum in his literis, ut credam aoristum ab hac sententia alienum esse. Neque ignorat Hermannus, nihil apud poëtas Graecos frequentius esse praeterito imperfecto aoristi significationem obtinente. Hinc est quod v. 298. Aldinam scripturam ἔπεμπεν fortasse servari debere monui. Non igitur ex sententia constat, ἔπιτνε utrum praeteritum imperfectum an aoristus sit. Quare praeteritum imperfectum esse dixerim, caussam nunc exponam. Sive πίτνω scribendum est, sive πιτνῶ, literam hujus verbi penultimam non esse *radicalem*, ut cum Hebraeis loquamur, sed *servilem* fatentur omnes. Radix enim est ἔπετον, *cecidi*, quod usus in ἔπεσον mutavit. Hinc derivata γαπετής, γονυπετής, διιπετής, δοριπετής et similia. Eandem literam servilem habent δάκνω, κάμνω, τέμνω, ἱκνοῦμαι, ὑπισχνοῦμαι, quorum aoristi ἔδακον, ἔκαμον, ἔτεμον, ἱκόμην, ὑπεσχόμην, literam servilem omnes abjiciunt. Ἔπιτνον igitur, siquid analogiae tribuendum, aoristus esse nequit. Quod si praeteritum imperfectum est, magnum inde pondus accedit meae suspicioni, quam ad Med. 53. copiose declaravi, nullum fuisse verbum circumflexum πιτνῶ. Aldus quidem πιτνεῖν Oed. (348) C. 1740. πιτνῶν Aj. 186. 300. ἐμπιτνῶν v. 58. προπιτνῶ El. 1380. προσπιτνῶν Phil. 485. προσπιτνοῦσα El. 453. Sed alteram scripturam exhibent nonnulli MSS. in plerisque locis. Plura vide ad v. 1754.

1733. *Ἄγε με, καὶ τότ' ἐνάριξον.*] Mihi quidem

non satis liquet, cur Antigone ab Ismena, quae quidem de regione nihil magis, quam ipsa, compertum habere poterat, ad patris sepulcrum duci velit. Haud scio, an Sophocles scripserit: Ἄγ', ἔμ' ἔα, καὶ τότ' ἐνάριξον. Sine me (scil. *ire ad patris sepulcrum*) et *postea me interfice*. Interdixerat enim Ismene v. 1729. illud iter. Brunckius τότε, nescio quo jure, *ibi* vertit. Hac quidem correctione versus melius respondet strophico suo v. 1747. Ναί, ναί, ξύμφημι κἀυτός. Quippe ἔα monosyllabice pronuntiari debet. Doed. Laur. B. ἄγε με καὶ τότ' ἐξενάριξον. Ricc. ἄγε με καὶ τότ' ἐνάριξον. Vat. ἄγε μοι καὶ τάδ' ἐνάριξον. Ceteri MSS. ut impressi. Versus antistrophicus non est 1747. sed 1746. Μέγ' ἄρα πέλαγος ἐλαχέτην τι. Qui trochaicus dimeter esse videtur, qualis fere est v. 1733. ex conjectura Doederlini, modo ἔα pro duabus syllabis accipiatur. Casu igitur nec tale quidquam cogitans metro satis fecit vir doctus. Quod vero reposuit, sententiae prorsus inutile est: siquidem ἄγε με an ἀγέτω με τις legatur, nihil refert. Scribendum suspicor: Ἄγε με, καὶ τότ' ἐπενάριξον (τῷ πατρὶ scilicet, vel τῷ πατρὸς τύμβῳ). Ita aut eadem aut altera puella v. 1689. κατά με φόνιος Ἀΐδας ἕλοι πατρὶ ξυνθανεῖν γεραιῷ. Compositum ἐπεναρίζω saepius non legitur, si bene memini. Sed eodem fere sensu sexies apud Euripidem exstat ἐπισφάζω. Idem Or. 561. et Aeschylus Ag. 1513. ἐπιθύω.

1734, 5, 6. Αἶ αἶ, δυστάλαινα, ποῖ δῆτ' | αὖθις ὧδ' ἔρημος, ἄπορος, | αἰῶνα τλάμων ἕξω.] Hos versus Antigonae ab Aldo continuatos Ismenae tribuunt MSS. Tricliniani et impressi recentiores. Ego vero tandem Antigonae eos restitui. Ismenae fuit versus, cujus defectum asteriscis indicavi.

1734. Laur. B. πῇ. Ceteri MSS. recte ποῖ, ut impressi. Sensus enim est ποῖ ἐλθοῦσα. Vide ad v. 23.

1736. Αἰῶνα τλάμον' ἕξω. Vulgo τλάμων, inconcinne. Emendavit G. Hermann. [Elem. p. 457. ed. pr.] Both. Laur. B. τλάμων ἄξω. Ceteri MSS. τλάμων ἕξω, ut impressi ante Bothium.

(349) 1738. Φίλαι, τρέσητε μηδέν.] Vat. φίλοι.

1739, 40. Καὶ πάρος ἀπεφύγετον | σφῷν τὸ μὴ πιτνεῖν κακῶς.] Pro ἀπεφεύγετον lego ἀπεφύγετον. Heath. Male in libris ἀπεφεύγετον. Brunck. Omnes MSS. ἀπεφεύγετον, quod in ἀπεφυγέτην mutavi. Vide ad εἰχέτην Oed. T. 1115.

1740. Plerique MSS. σφῶϊν, ut Aldus. E solo Vat. enotatum habeo σφῶν. Schol. κακῶς ἡ ἀντωνυμία· διὸ τὸ ȳ. Vertit Johnsonus, quem sequitur Brunckius: *Jam antea effugistis, ut ne quid mali accideret vobis.* Sed ne sic quidem omnia recte procedunt. Syllaba enim versui deest. Hermannus Elem. p. 437. ed. pr. σφῶϊν disyllabum legendum censuit, quod exemplo carere apud Atticos videtur. Neque sententiae convenit dativus σφῶϊν vel σφῶν. Nam verba τὸ μὴ πίτνειν κακῶς significare videntur *calamitatem pati.* Conferendus v. 395. Γέροντα δ' ὀρθοῦν φλαῦρον, ὃς νέος πέσῃ. Reisigius satis sibi fecit scribendo: *XO.* Καὶ πάρος ἀπεφύγετ'. *AN.* Ὦ. | *XO.* Φωνῶ τὸ μὴ πιτνεῖν κακῶς. Rectius vulgatam intactam reliquisset. Nihil mutant MSS. nisi quod Laur. A. μὴ πίτνειν habet, Laur. B. πίτνειν omisso μή. De accentu vide ad vv. 1732. 1754.

1741. Φρονῶ.] *Agnosco.* Ita infra Trachin. v. 293. [289.] φρόνει νιν ὡς ἥξοντα. Heath. Φρονῶ pro οἶδα.

1741. Τί δῆθ' ὑπερνοεῖς;] Ὑπερνοεῖς, *insuper meditaris.* Heath. Saepius non legitur ὑπερνοῶ, in quo praepositionis vim non penitus accipio.

1742, 3. Ὅπως μολούμεθ' ἐς δόμους | οὐκ ἔχω.] Legitur et μολοῦμ' ἐς [in appendice Turnebianae]. Steph. Futurum activi usurpasse dicendus est Rhianus IV. v. 11, si cum Vaticano libro legas: χαίρετε, καλοὶ παῖδες, ἐς ἀκμαίην δὲ μολεῖτε | ἥβην, καὶ λευκὴν ἀμφιέσεσθε κόμην. Sed mihi magis placet sic scribere: χαίρετε, καλοὶ παῖδες, ἐς ἀκμαίην δὲ μόλοιτε | ἥβην, καὶ λευκὴν ἀμφιέσασθε κόμην. In Christodori Ecphr. v. 128. μολοῦντες mutandum in μολόντος. Schaef. Par. B. Vat. βουλόμεθ'. Tricliniani Par. T. Farn. μολοῦμ'. Ceteri MSS. μολούμεθ', ut impressi. Infinitivum μολεῖσθαι usurpat Aeschylus Prom. 689. Verbum μολῶ, quod nullum unquam fuit, frequens est in MSS. librariorum errore. Ipsae membranae Laur. v. 415. μολοῦντες pro μολόντες, ut suo loco monui. Recte μόλοιτε apud Rhianum Schaeferus. Sed quidni scripsit etiam ἀμφιέσαισθε?

1743. Μηδέ γε μάτευε.] Laur. B. μὴ δή γε μάτευε. Par. B. Vat. μή δέ γε μάστευε. De qua scriptura vide ad v. 210. De particulis μηδέ γε vide ad vv. (350) 1417. 1432. Ita Aristophanes Ran. 1077. *EY.* Μὰ Δί', οὐ γὰρ ἐπῆν τῆς Ἀφροδίτης οὐδέν σοι. *AI.* Μηδέ γ'

ἐκείνη. Quo exemplo usus est Reisigius ad μηδέ γ' ἐντρεπώμεθα v. 1541.

1744. μόγος ἔχει.] Forte ἐκεῖ scil. domi. LOND. A. Optime se habet vulgata lectio, nec sollicitari oportuit. Verte: *Neque sane ut domum redeas sollicita sis; molestia eam tenet.* HEATH. Non displicet editoris Londinensis conjectura μόγος ἔχει. MUSGR. Inanis est editoris Londinensis conjectura, proponentis μόγος ἐκεῖ. REIS. Solus Laur. B. λόγος σ' ἔχει.

1744, 5. Καὶ πάρος, ἐπεὶ | τοτὲ μὲν πέρα, τοτὲ δ' ὕπερθεν.] Verte, *Atque antehac etiam molestia eam tenuit, quandoquidem interdum exundabat, interdum vero ad culmen pervenit.* Metaphora ab aestu marino sumitur, quod ex versu sequente liquet. HEATH. Sententiae parum convenit πέρα, [quod in πάρα mutavi.] Malorum enim vicissitudinem declaratura ita debet loqui: *alterum adest, alterum imminet:* hoc est διαδοχὴ κακῶν, vel τρικυμία. REIS. Verba καὶ πάρος ἐπεὶ choro continuat Aldus, typographi fortasse errore. Omnia Antigonae recte tribuunt edd. recentiores, quae post καὶ πάρος distinguunt, ἐπεὶ cum sequentibus verbis conjungunt. Lacunae signum post ἐπεὶ posuit Brunckius. Metrum postulare videtur, ut pro ἐπεὶ amphibrachys vel etiam bacchius reponatur, pro πέρα tribrachys. Vertit Johnsonus: *Imo et antea; quippe modo quidem ultra, modo supra modum.* Brunckius vero: *Et antea fuit; siquidem graves nos semper urgent aerumnae, modo quidem ultra, modo supra modum.* Vereor ne ad conjecturam confugiendum sit. Ego nullam habeo, quae et metro et sententiae satis faciat.

1746. Μέγ' ἄρα πέλαγος ἐλάχετόν τι.] Pro Aldino ἆρα MSS. nescio an omnes et edd. recentiores recte ἄρα. Deinde contra omnes libros reposui ἐλαχέτην. Vide ad εἰχέτην Oed. T. v. 1511.

1747. Ξύμφημι καὐτός.] Par. F. ξύμφημ' αὐτός.

1748. Φεῦ, φεῦ, ποῖ μόλωμεν, ὦ Ζεῦ;] Laur. A. μέλωμεν. Par. B. F. Vat. μέλλομεν.

1749, 50. ἐλπίδων γὰρ ἐς τίν' ἡμᾶς | δαίμων τανῦν γ' ἐλαύνει;] Sic legendum esse, tam structurae quam metri ratio arguit. De se et sorore loquitur Antigone, ποῖ μόλωμεν. Tum, quemadmodum strophicus 1735. versus 1749. trochaicus dimeter esse debet. Perperam in libris ἐλπίδων γὰρ ἔς τί με. BRUNCK. (351) Omnes MSS. et impressi ante Brunckium ἐς τί με. Heathius ἔς τί με**. Reisigius ἐς τί . . με. Idem post

excidisse conjicit. Legi etiam posset: ἐλπίδων γὰρ εἴς τί δή με.

1750. Par. B. τὸ νῦν δ' ἐλαύνει. Far. F. τὰ νῦν ἐλαύνει. Vat. τονῦν ἐλαύνει.

1751, 2, 3. Haec Theseo non Choro tribuenda censeo. HEATH. Haec ῥῆσις a Theseo, ni fallor, enunciatur. Nam a Choro, qui dudum cum Ismena et Antigona collocutus erat, propter abruptum ejus initium, minime credibile est proficisci. MUSGR. Hos versus male Choro tribui in libris cum Tyrwhitto et Heathio censeo. BRUNCK.

1751. *Παύετε θρήνων, παῖδες.*] Sic in scholiis legitur, ut primus edidit Henr. Stephanus. Codd. παύετε θρῆνον. BRUNCK. Laur. A. B. (a correctore) Par. F. Vat. θρήνων, quod e scholiis impressis admisit Stephanus, ut recte monet Brunckius. Laur. B. (a prima manu) celerique MSS. θρῆνον, ut Aldus, quod tandem revocavi. Eadem varietas v. 1778. ubi θρήνων et metrum et sententiam corrumpit. Legitur quidem apud Euripidem Hel. 1335. *Δρομαίων δ' ὅτε πολυπλανήτων | μάτηρ ἔπαυσε πόνων.* Sed hujusmodi exempla apud Atticos rarissima sunt. Magis cum vulgo loquitur idem Andr. 1271. *παῦσαι δὲ λύπης τῶν τεθνηκότων ὕπερ.* V. 1277. *παύω δὲ λύπην, σοῦ κελευούσης, θεά.*

1751, 2, 3. *ἐν οἷς γὰρ | χάρις ἡ χθονία ξυναπόκειται, | πενθεῖν οὐ χρή· νέμεσις γάρ.*] Ita verte: *Illos enim lugere non decet, cum quibus in sepulcro repostae simul conservantur gratiae huic terrae promissae: id enim reprehensione esset dignum.* Ut constet autem metrum, legendum videtur ξὺν γ' ἀπόκειται. HEATH. *Χάρις, donum, munus,* ut supra v. 663. [656.] 1559. [1489.] 1568. [1498.] *Χθονία,* i. e. ἐγχωρία, *in hanc terram collocata.* Vide supra ad v. 1003. [948.] *Ξυναπόκειται, simul cum ipso custoditur.* MUSGR. *Ξὺν γ' ἀπόκειται.* Vulgo claudicante versu ξυναπόκειται. BRUNCK. *Νῦν ἀπόκειται.* Vulgo ξυναπόκειται. PORS. Exquisitum ξὺν' ἀπόκειται facile abierat in ξυναπόκειται: γὲ enim Heathii Brunckiique in hoc loco prorsus ineptum. Nihil expedit νῦν scribere cum Porsone in Adversariis. Illud autem ξυνὰ est κοινά, ut in Antigona, *μή μοι θάνῃς σὺ κοινά* pro κοινῶς [v. 546.]. Ergo supererat unum vocabuli illius exemplum apud tragicos praeter ea, quae a Lobeckio notata sunt ad Ajacem, v. 180. p. 246. Neutrum autem

pluralis in eodem loquendi genere, μέγιστα, restituit (552) Guil. Canterus v. 692. [700.] μέγιστα θάλλει: paullo post, v. 707. [716.], est ἐκπαγλα: v. 1116. [1120.] ἄελπτα. Reis. Par. B. Vat. ἐν οἷα γὰρ ῆ χάρις ἡ χθονία συναπόκειται. Etiam Par. T. Farn. συναπόκειται. Ceteri MSS. ξυναπόκειται, ut impressi ante Brunckium. Reisigii conjecturam admittere non dubitavi. Vide ad ἄλεκτρα γηράσκουσαν El. 962.

1754. Τέκνον Αἰγέως, προσπιτνοῦμέν σοι.] In Aldina legitur: ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίπτομέν σοι. Unde scribendum forsan est: Ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι. A πίτνω, πίτνεις, est ἔπιτνον apud Hesiod. Scut. Herc. v. 291. et ἐπίτναντο Pindar. Nem. 5. v. 20* Heath. Προσπίτνομεν. Male in veteribus codd. ut in Aldina, προσπίπτομεν, solemni librariorum errore in hac forma. Πίτνειν prima brevi frequenter adhibent Tragici, ubi metri lex syllabam longam verbi πίπτειν non admittit. Brunck. Cum Aldo consentiunt Laur. A. B. Par. A. B. T. Vat. nisi quod Laur. A. interjectionem ὦ in margine habet, ab eadem tamen scriptam manu. Par. F. τέκνον αἰγέως προσπίτνομέν σοι. Tricliniani Par. T. Farn. τέκνον αἰγέως προσπιτνοῦμέν σοι. Edd. recentiores ante Brunckium: Τέκνον Αἰγέως, προσπιτνοῦμέν σοι. Si ὦ in libro suo reperisset Triclinius, haud dubie προπιτνοῦμεν potius quam προσπιτνοῦμεν scripsisset. Vulgo enim legitur El. 1380. αἰτῶ, προπιτνῶ, λίσσομαι, γενοῦ πρόφρων ἡμῖν ἀρωγὸς τῶνδε τῶν βουλευμάτων. Utra vero scriptura melior sit, προσπίτνομεν an προπιτνοῦμεν, adhuc in controversia est. Hermannus Diarii Classici T. XIX. p. 286. *Dirimeret litem, inquit, Sophocles Oed. C. 1754. Ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι, si id libri haberent, et quidem aut multi, aut boni. At omnes προσπίπτομέν σοι, ut in perpetua horum verborum commutatione eodem jure, quo illud posuit Brunckius, etiam προπιτνοῦμέν σοι scribere possimus.* Non omnes libri προσπίπτομέν σοι. Par. enim F. προσπίτνομέν σοι habet. Quamquam exiguam ejus auctoritatem esse fateor. Meam de hac quaestione sententiam jam dixi ad v. 1732.

1755. Τίνος, ὦ παῖδες, χρείαν ἀνύσαι;] Libri omnes χρείας contra structurae legem. Τίνος χρείαν ἀνύσαι θέλουσαι; Verbum ἀνύσαι cum quarto casu

* Duo verba omnino diversa, πίτνω, cado, et πίτνημι, pando, confudit Heathius. Legitur ἐκπίτναντο apud Euripidem El. 713.

semper construitur. BRUNCK. Sententia eadem in Oedipo Tyr. v. 1455. sic expressa: *Καί του με χρείας ὧδε λιπαρεῖς τυχεῖν;* Quae autem verborum constructio esset, praeteriit Brunckium, quoniam in annota- (355)
tione *χρείαν* accusativum expetit*. Erat interpunctio adhibenda, uti fecimus, ut in *ἀνύσαι* Theseus cogitetur. Cfr. annotata ad vv. 1490. 1491. [1496, 7, 8.], *τε—καὶ φίλους ἐπαξίοις, παραδχεῖν.* REIS. Omnes MSS. *χρείαν*, quod recte revocavit Reisigius.

1758. *Ἀλλ' οὐ θεμιτὸν κεῖσ' ἐστὶ μολεῖν.*] Aldus et codd. omnes habent *ἀλλ' οὐ θεμιτὸν κεῖσε μολεῖν*. Turnebus *σοι* infersit [ante *κεῖσε*]. Melius nos *κεῖσ' ἐστὶ μολεῖν*. BRUNCK. Omnes MSS. ut Aldus, nisi quod Laur. A. *θεμιστὸν* habet eraso *σ*. In Brunckii conjectura cum Reisigio acquievi, licet quid scripserit Sophocles valde incertum sit.

1759. *Πῶς εἶπας, ἄναξ, κοίραν' Ἀθηνῶν;*] In Vat. deest *εἶπας*.

1761, 2, 3. *μήτε πελάζειν ἐς τούσδε τόπους, | μήτ' ἐπιφωνεῖν μηδένα θνητῶν | θήκην ἱεράν, ἣν κεῖνος ἔχει.*] Constructio est: *μηδένα θνητῶν μήτε πελάζειν ἐς τούσδε τόπους, μήτε ἐπιφωνεῖν θήκην ἱεράν*. MUSGR. Consentiunt Winsemius, Johnsonus, Brunckius, omnes in versione Latina.

1764, 5. *καὶ ταῦτά μ' ἔφη πράσσοντα, καλῶς | χώραν ἕξειν αἰὲν ἄλυπον.*] Laur. B. *χώραν ἔχειν*. Vat. *χώρας ἕξειν*.

1765. *Ἄλυπον*. Conf. v. 1589. [1519.] MUSGR.

1766. *ταῦτ' οὖν ἔκλυε δαίμων ἡμῶν,*] Plerique MSS. *ἔκλυε*. Ricc. *ἔκλυεν*, quod admisi. Raras apud Sophoclem et Euripidem dipodiae anapaesticae formas esse ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ et – – – ⏑ ⏑ monui ad Med. 1051. p. 242. iterumque ad Oed. T. 1301. Dixit quidem Sophocles Oed. C. 146. *Δηλῶ δ'. οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ἀλλοτρίοις.* V. 1773. *Δράσω καὶ τάδε; καὶ πάνθ' ὁπόσ' ἄν.* Ant. 129. *πολλῷ ῥεύματι προσνισσομένους.* Trach. 1272. *Λείπου μηδὲ σύ, παρθέν', ἐπ' οἴκων.* Phil. 1463. *δόξης οὔποτε τῆσδ' ἐπιβάντες.* El. vero 96. *φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξείνισε*, recte Brunckius *ἐξένισεν*.

1768, 9. *Ἀλλ' εἰ τάδ' ἔχει κατὰ νοῦν κείνῳ, | ταῦτ' ἂν ἀπαρκοῖ.*] Par. F. (in quo supra scriptum *οῖ*) Vat. *ἀπαρκεῖ*.

1769, 70. *Θήβας δ' ἡμᾶς | τὰς ὠγυγίους πέμψον,*]

*Non nisi in tertia editione, quam non inspexisse videtur Reisigius, conjecturam suam in textum admisit Brunckius.

Τὰς ὠγυγίους, antiquas. Vide Stanleium ad Aeschyl. Sept. c. Theb. 327. et interpretes Hesychii v. *Ὠγυγία*. Musgr.

1770, 1, 2. *ἐάν πως | διακωλύσωμεν. ἰόντα φόνον | τοῖσιν ὁμαίμοις.* Laur. B. *ἐάν πω.*

1772. In Turn. edit. annotatur e regione hujus versus *ἴσως συνομαίμοις*. At ego non intelligo quid (354) necesse sit *ὁμαίμοις* in *συνομαίμοις* mutare, quum hic versus *τοῖσιν ὁμαίμοις* non minus ferri posse videatur, quam ille qui hujus fabulae penultimus est, *θρῆνον ἐγείρετε.* Steph.

1773, 4. *Δράσω καὶ τάδε, καὶ πάνθ' ὅσα ἂν | μέλλω πράσσειν πρόσφορά θ' ὑμῖν,*] Lege *ὅσα γ' ἂν* euphoniae causa. Lond. A. Ad fulciendum versum malim cum editore Londinensi *ὅσα γ' ἄν.* Heath. An legendum metri causa *ὅσα γ' ἄν*? Musgr. *Καὶ πάντα γ' ὅσ' ἄν.* Aldus et membr. *καὶ πάνθ' ὅσα ἄν.* In B. *καὶ πάνθ' ἅσ' ἄν.* Brunck. *Ὁπόσ' ἄν.* Ita lege: non *ὅσα ἂν* cum editis neque *ὅσα γ' ἂν* cum Heathio. Vide Aeschyl. Prom. 121. Theb. 876. 934. Aristoph. Pac. 558. Pors. Par. A. *ὅσα ἄν*, ut impressi ante Brunckium. Ceteri MSS. *ὅσ' ἄν*, ne Par. T. quidem excepto, quem cum Aldo consentire credidisse videtur Brunckius. Porsonum sequutus est Reisigius.

1774. *Μέλλω πράσσειν, facere par est.* Ita supra v. 1706. [1634.] *τελεῖς δ' ὅσ' ἂν | μέλλῃς φρονῶν εὖ ξυμφέροντ' αὐτοῖς ἀεί.* Heath.

1775, 6. *καὶ τῷ κατὰ γῆς, ὃς νέος ἔρρει, | πρὸς χάριν.*] Laur. A. *νέον ἔρρεις.* Pejus Par. F. *νέος ἔρρεις.*

1777, 8. *Ἀλλ' ἀποπαύετε, μήτ' ἐπὶ πλείω | θρῆνον ἐγείρετε.*] Laur. A. Par. T. Farn. *μήτ' ἐπιπλείω.* Ceteri MSS. *μήτ' ἐπὶ πλείω*, ut impressi. Dedi *μηδ'.* Vide ad vv. 496. 1196. praecipue vero ad Oed. T. 817.

1777, 8. *Ἐπὶ—ἐγείρετε* pro *ἐπεγείρετε*, per Tmesin Poetis familiarem. Burt.

1778. Laur. A. Par. B. Vat. *θρήνων.* Par. F. *θρήνων.*

1779. *πάντως γὰρ ἔχει τάδε κῦρος.*] *Haec* (utpote Theseo spondente) *omnino rata et firma sunt.* Musgr. Eodem sensu dixisset *τάδε κύριά ἐστιν.* Aeschylus Suppl. 396. *ὡς οὐκ ἔχουσι κῦρος οὐδὲν ἀμφὶ σοῦ.* Saepius non legitur *κῦρος* apud tragicos. Hesychius: *Κῦρος*: *ἐξουσία, ἡ παῖς.* Verba *ἡ παῖς* ad *κόρος* respicere monent interpretes. Idem: *Τὸ κῦρος*: *ἡ ἐξουσία, ἡ δεσποτεία.* Ceterum Laur. B. *τόδε.*

INDICES IN ELMSLEII ANNOTATIONEM*

I. INDEX SCRIPTORUM.

* Accesserunt hi indices in editione Lipsiensi. Numeri paginarum sunt editionis Oxoniensis, in marginibus notati.

II. INDEX GRAECUS.

III. INDEX LATINUS.